

**ACTA  
NUNTIATURAE POLONAE**



**ACADEMIA SCIENTIARUM ET LITTERARUM POLONA**

**SUMPTIBUS FUNDATIONIS LANCKOROŃSKI**

**ACTA  
NUNTIATURAE POLONAE**

**TOMUS LIV**

**IOANNES ANDREAS ARCHETTI**

**(1776–1784)**

**\***

**Volumen 1**

**(8 IV 1775 – 25 VII 1776)**

**edidit**

**PAULUS ZAJĄC OMI**



**CRACOVIAE 2013**

CONSILIIUM EORUM, QUI EDITORIBUS ACTORUM  
NUNTIATURAE POLONAE SUADENT:

Marco Jačov, Ioannes Kopiec, Iosephus Korpanty,  
Vanda Lohman (secretarius), Marius Markiewicz, Stanislaus Wilk,  
Georgius Wyrozumski (praeses)

Volumen hoc edendum curavit:  
Vanda Lohman

Summaria et adnotationes Latine vertit:  
Iosephus Korpanty

Verificationem textuum latinorum fecit:  
Iosephus Korpanty

Verificationem textuum italicorum fecit:  
Maria Domin

Indicem confecit:  
Paulus Zając OMI

Textum ad imprimendum composuit:  
QUAD

© Copyright by Polska Akademia Umiejętności  
Kraków 2013

ISBN 978-83-7676-143-5



*Ioannes Andreas Archetti Archiepiscopus  
Calcedoniensis Brixianensis S.R.E. Presbyter Cardinalis creatus  
à S.S.D.N. PIO VI. in Consistorio secreto die 20. 7bris. 1784.  
C. Antonini sculp.*

*Romae ex Calcographia R.C.A.*



## CONSPECTUS RERUM

Introductio .....	VII
1. De Ioanne Andreae Archetti nuntio eiusque adiutoribus ...	VIII
2. De fontibus ad nuntiaturam Ioannis Andreae Archetti pertinentibus .....	XX
Itinera, quae Ioannes Andreas Archetti nuntius apud Polonos fecit .....	XXIX
Index fontium qui in hoc volumine publicantur .....	XXXIII
Fontes in adnotationibus citati .....	XXXVII
Fontes citati in adnotationibus – adiuncta ad commercia publica epistularum a nuntio habita .....	XXXIX
Fontes ad integram nuntiaturam Ioannis Andreae Archetti typis iam impressi .....	XL
Studia et fontes auxiliari quibus in hoc volumine apparando usi sumus .....	XLII
Index notarum .....	LIII
TEXTUS .....	1
Index nominum, institutorum et locorum .....	615



## INTRODUCTIO

### 1. De Ioanne Andrea Archetti nuntio eiusque adiutoribus

Ioannes Andreas Archetti natus est die 11 mensis Septembris anni 1731 Brixiae (Republica Veneta); filius fuit quartus Petri et Paulae de domo Gioldi. Prima documenta ad Archettiorum familiam pertinentia saeculo XVI exeunte et XVII ineunte scripta sunt. Archettii prope Brixiam mercaturam fecerunt et saeculo XVIII ineunte in Italia septentrionali in numero familiarum divitissimarum fuerunt. Cives Reipublicae Venetae, cum anno 1742 praedium beneficiarium Formigaria prope Cremonam in Lombardia situm emissent, imperatoris quoque subiecti facti sunt. Anno 1743 Maria Theresia, fratres Petrum (obiit Venetis anno 1752) et don Franciscum (obiit Brixiae anno 1769) Formigariae marchiones et Sacri Romani Imperii barones fecit. Qui tituli in Petri familia e primogenitura masculorum hereditarii erant<sup>1</sup>. Mense Augusto anni 1775 Maria Theresia titulum illum Ioanni-Antonio, Petri filio natu maximo, eiusque heredibus legitimis confirmavit<sup>2</sup>. Ioannes-Andreas, Ioannis-Antonii frater natu minor, usus est formula “ex Marchionibus Formigariae”. Quod fuit insigne Archettiorum continens aureo-venetum scutum cum aquila nigra in campo primo et cum tribus arcibus argenteis in columnam compositis in campo altero<sup>3</sup>.

Opera data est, ne magna Archettiorum praedia in parvas partes dividerentur utque ex iure fideicommissi hereditarentur. Quod genus fideicommissi anno 1724 constituit Carolus Archetti, Ioannis Andreae avus, qui tum solus praedia familiae possidebat. Quae res in prima progenie heredum prospere cessit, sed Petro mortuo filii eius iterum et saepius controversias ad iudices deferebant, quarum vestigia in epistulis Andreae nuntii apud Polonos facti inveniuntur<sup>4</sup>. Qua re factum est, ut patrimonium familiae divideretur et saeculo XIX ineunte dilaberetur.

Anno 1746 Ioannes Andreas Archetti ut clericus-convictor Seminarii Romani in Collegio Romano litteris imbui coepit. Disputationes eius vel

---

<sup>1</sup> Cf. Guerrini, *Il Cardinale bresciano*, p. 11-13; Locatelli, *Arch. Archetti*, p. 2-3, ubi enumerantur praedia omnia Archettiorum, quae illi saeculo XVIII ineunte possidebant.

<sup>2</sup> Copia edicti Mariae Theresiae, Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 173.

<sup>3</sup> Piovanelli, 23-30.

<sup>4</sup> Cf. documenta pertinentia ad controversias Archettiorum circa hereditatem, Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Serie: Liti, Scatola 3-Scatola 17.

orationes academicae adeo placuerunt, ut bis typis imprimerentur<sup>5</sup>, anno autem 1750 publicata est oratio, quam ad Benedictum XIV papam habuit ipso Pentecostes die<sup>6</sup>. Cum triennio philosophiae operam dedisset, studia iuridica incepit in archigymnasio Sapientiae et die 16 mensis Maii anni 1754 doctor utriusque iuris absolvit<sup>7</sup>. Iam discipulus collegii Iesuitarum honores ecclesiasticos petere constituit. Simul ac Romam venit, statim tonsuram accepisse videtur. Cum opinio de eius moribus ac ingenio increbrisset, die 19 mensis Aprilis anni 1747 de numero participantium in numero protonotariorum apostolicorum haberi coepit<sup>8</sup>.

Primo praelatus iuvenis factus est vicelegatus papalis Bononiensis inde a die 2 mensis Novembris anni 1754 usque ad diem 18 mensis Augusti anni 1758<sup>9</sup>, deinde fuit relator congregationis Consultae inde a die 23 mensis Novembris anni 1759<sup>10</sup>. Praeterea variis temporibus Archetti profuit Congregationi Rituum, Congregationi Concilii et Apostolicae Signaturae Gratiae<sup>11</sup>. Iam anno 1764 fuit decanus protonotariorum apostolicorum de numero participantium<sup>12</sup>. Quem honorem gessit usque ad annum 1773 vel 1774. Mense Augusto anni 1773 Clemens XIV papa commisit ei, ut promulgaret breve ordinis iesuitarum in Collegio Germanico tollendi et monasterii una cum bonis mobilibus intercipiendi<sup>13</sup>. Cum curiae Romanae magistratus variis muneribus fungeretur, speravit se ob officia congregationi Consultae praestita maiores honores consecuturum esse. Iam anno 1773 decanus est praelatorum-relatorum eiusdem congregationis<sup>14</sup>. Pio VI papa electo (die 15 m. Februarii a. 1775) speravit se congregationis secretarium factum iri. Sed secretarius Consultae factus est Thomas Maria Ghilini, adhuc nuntius Bruxellensis. Usque ad eius reditum in Romam

---

<sup>5</sup> *Dissertationis de Lumine pars prima [- et secunda] publice propugnata in Seminario Romano Societatis Jesu a marchione Andrea Archetti* [auctore Ruggiero Giuseppe Boscovich], Romae, typis Antonii de Rubeis, 1748: BAV, R.G. Miscell. C.15 (int. 11); *Theses ex universa philosophia (...)*, Ibid. 1749: BAV, R.G. Miscell. A.47 (int. 6).

<sup>6</sup> *De Sancti Spiritus adventu. Oratio habita in sacello Pontificio ipso Pentecostes die ad sanctissimum Dominum nostrum Benedictum XIV (...)* a marchione Andrea Archetti (...), Ibid. 1750: BAV, R.G. Miscell. B.29 (int. 46).

<sup>7</sup> Cf. autographum diplomatis doctoralis, AV, Dataria Ap., Processus Datariae 152, f. 375r-378r.

<sup>8</sup> Cf. Marchesi Buonaccorsi, p. 553; Nevigari, p. 5.

<sup>9</sup> *Legati e governatori*, p. 60. Dies pertinent ad documenta, quibus magistratus gesti confirmantur. Sed fiebat, ut magistratus paulo longius gereretur.

<sup>10</sup> Sacra Congregatio pro consultationibus negotiorum Status ecclesiastici (fuit annis 1588-1870), cf. *Legati e governatori*, p. 49; Pásztor, p. 754.

<sup>11</sup> Cf. Nevigari, p. 6-7.

<sup>12</sup> *Notize 1764*, p. 73.

<sup>13</sup> Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 137.

<sup>14</sup> *Notizie 1773*, p. 72.

Archetti prosecretarius congregationis erat et parabat se, ut nuntius apostolicus in Poloniam iret.

De Archettio futuro nuntio apud Polonos sermo esse coepit aperte fortasse anno 1774, quo Clemente XIV mortuo conclave convocatum est. In instructione ab aula Polona cardinali protectori Francisco Albani die 13 mensis Octobris eiusdem anni scripta candidati, qui Iosepho Garampi succederent, nominati sunt praelati: Caprara, Ranuzzi et Archetti<sup>15</sup>. Ex epistulis privatis Archettii et ex epistulis nuntii Garampi anno 1775 scriptis intellegi potest iam ante quattuor annos, id est post munus Angeli Durini finitum, Archettium candidatum nuntiaturae Polonae habitum esse<sup>16</sup>. Fortasse iterum candidatus habebatur anno 1773, quo Garampi candidatus nuntiaturae Vindobonensis fuit. Sed Clemens XIV successorem eius Varsaviensem non fecit.

Pius VI papa in primo pontificatus sui consistorio, die 24 m. Aprilis a. 1775, Archettium nuntium Varsaviensem creavit<sup>17</sup>. Sed nominatio inofficialis mansit propter difficultates circa novum nuntium Neapolitanum creandum. Quae difficultates tamen proximis tribus mensibus superatae sunt. Die 20 mensis Iulii anni 1775 praelatus notam officialem a secretariatu status missam accepit, qua certior factus est se nuntium apud Polonos creatum esse. Die 6 mensis Augusti papa Chalcedonum sedem titularem archiepiscopalem ei assignavit<sup>18</sup>. Proximis hebdomadis sacramenta inferiora omnia, diaconatum et sacramenta sacerdotalia accepit<sup>19</sup>. Dum processus informativus habebatur et ante sacramenta episcopalia accepta Archetti propter dignitatem suam et officia longo tempore Sedi Apostolicae praestita laudatus est<sup>20</sup>. Sacerdos creatus est die 10 mensis Septembris

<sup>15</sup> Cf. Platania, p. 50.

<sup>16</sup> Cf. N. 3 et N. 116 cum adnotationibus. In epistula ad fratrem Carolum Archetti die 22 IV 1775 data Archetti, cum famam de se nuntio apud Polonos facto enarraret, scripsit: „Quattro anni addietro mi conveniva, adesso mi travaglia”. Cf. Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f., cf. quoque N. 20, ubi Garampi annotavit: „Ella sa' se fin da lungo tempo io desideravo, ch'ella non già mi succedesse, ma bensì mi prevenisse in questo ministero”.

<sup>17</sup> Cuius rei confirmationem formalem inveni in epistula Ioannis Francisci Brunati ad Kaunitz die 26 IV 1775 data, cui adiunctus est index nominationum. Cf. HHStA, Rom-Korrespondenz 186, fasc. Berichte Brunati-Kaunitz, 1775, f. 16r. Quod Giuseppe Garampi quoque oblique confirmat in epistula ad secretarium status die 17 V 1775 scripta, cf. N. 7.

<sup>18</sup> Ex audientia Pii VI, 6 VIII 1775, AV, Dataria Ap., Processus Datariae 152, f. 381v; Ex audientia Pii VI, 6 VIII 1775, Arch. Concist., Acta Congr. Concist. 1775-1776, f. 43r.

<sup>19</sup> Cf. N. 40.

<sup>20</sup> Cf. documenta processus informativi ante Archettium episcopum creatum, AV, Dataria Ap., Processus Datariae 152, f. 369r-370v, 383r. [*Forma iuramenti* f. 371r-v, 382r]; AV, Arch. Concist., Processus Concist. 167, f. 251r-252v, 255r-256v. [*Forma iuramenti* f. 253r-254r].

anni 1775 a cardinali Carolo Rezzonico in eius sacello privato<sup>21</sup>. Postridie consistorium habitum est, in quo Pius VI nuntium nuper creatum dignitate archiepiscopi Chalcedonensis in partibus infidelium donavit<sup>22</sup>. Simul dispensatus est a necessitate accipiendi sacramenta sacerdotalia saltem sex mensibus ante quam episcopus crearetur. Episcopus consecratus est die 17 mensis Septembris anni 1775 a cardinali Carolo Rezzonico<sup>23</sup>.

Archetti die 26 mensis Novembris anni 1775 in Poloniam ire coepit. Iter fecit per Florentiam, Brixiam, Bergomum, Mediolanum, Brixiam usque ad Vindobonam, quam in urbem venit die 9 mensis Martii anni 1776. In imperii urbe principe unum mensem commoratus est. Acceptus est ab imperatrice regina, Maria Theresia, et filio suo, imperatore Iosepho II, et a multis nobilibus<sup>24</sup>. Deinde per Cracoviam iter faciens Varsaviam venit die 25 mensis Aprilis anni 1776<sup>25</sup>. Postridie a Iosepho Garampi documenta et archivum nuntiaturae in ordinem adducta accepit eamque rem nomine suo scripto confirmavit<sup>26</sup>. Feria secunda die 29 mensis Aprilis Garampi a Stanislao Augusto Poniatowski rege auditus est. Qua occasione oblata nuntius novus apud regem introductus est. Eodem die munera praedecessoris explenda suscepit, qui Varsaviam reliquit et die 6 mensis Maii anni 1776 Vindobonam iter facere coepit.

Archetti nuntius Varsaviensis fuit usque ad annum 1784. Quo tempore quieto nullae fere res malae factae sunt. Aliter res se habuit temporibus, quibus nuntius fuit Angelus Durini (confoederatio in oppidulo Bar facta) et Iosephus Garampi (cum comitia haberentur, partitio Poloniae decreta est). Archiepiscopus iuvenis, curiae Romanae alumnus, mox intellexit se in Polonia, quam Russia cum concursu Austriae et Prussiae subegit<sup>27</sup>, nullam vim ad ea, quae gererentur, habere posse. Igitur id potissimum egit, ut iura et privilegia Ecclesiae catholicae Polonae servanda curaret atque catholicis, qui in Russia et Prussia vivebant, consuleret, praecipue cum civitates illae anno 1772 magnam partem terrarum Reipublicae occupavissent. Cum Ottone von Stackelberg, legato Russico, primo discordias habuit ad praecedentiam diplomaticam pertinentes, sed brevi factum est, ut controversiae

---

<sup>21</sup> Confirmatio honorum sacerdotalium captorum, 10 IX 1775, AV, Dataria Ap., Processus Datariae 152, f. 374r.

<sup>22</sup> Documenta pertinentia ad Archettium archiepiscopum Chalcedonensem in partibus infidelium creatum, AV, Arch. Concist., Acta Camerarii 38, f. 93r; Arch. Concist., Acta Congr. Concist. 1775-1776, f. 9r, 28r, 42r.

<sup>23</sup> Ritzler-Sefrin, HC VI, p. 161.

<sup>24</sup> Cf. N. 119, 123, 130.

<sup>25</sup> Cf. Itinerarium in hoc volumine.

<sup>26</sup> Cf. N. 146.

<sup>27</sup> Cf. N. 160.

illae componerentur<sup>28</sup>. Commercium cum legatis Austriacis vel Prussicis<sup>29</sup> minoris momenti fuisse videntur.

De nuntiatura Archettii facillime iudicare possumus ex epistulis officialibus, quas scripsit ad secretarium status, card. Lazarum Opatium Pallavicini, et ad sequentes praefectos congregationis de Propaganda Fide, Iosephum Mariam Castelli (obiit 1780) et Leonardum Antonelli, cum quo Archetti in magna amicitia fuit.

Nuntius imprimis operam dedit rebus ecclesiastico-politicis, quae pertinebant ad auctoritatem Ecclesiae in systemate politico Reipublicae et ad catholicismum, quae religio fuit superior. Quae cum ita essent, nuntio maximae curae impendendae erant temporibus, quibus comitia habebantur, quorum participes soli tum leges ferre potuerunt. Archetti quatuor comitiorum testis fuit, quae annis 1776, 1778, 1780 et 1782 Varsaviae habita sunt<sup>30</sup>. Anno 1784 comitia Grodnae habita sunt inde a die 4 mensis Octobris usque ad diem 13 mensis Novembris. Quo tempore Archettii successor Ferdinandus Maria Saluzzo iam nuntius factus erat et Franciscus Guglielmi, Archettii auditor<sup>31</sup>, legatus papalis comitiis interfuit. Initio horum comitiorum Archetti Bielostokii commoratus est et Grodnam venit, ubi die Dominica 24 mensis Octobris biretum cardinalitium a Stanislaio Augusto Poniatowski rege accepit.

Cum Archetti Varsaviam venisset, statim comitiis interfuit et multas res tractavit. Operam dedit maximam, ne protestans legatus fieret, quod fieri potuit ex Acto Separato anno 1775 lato, quod a Stanislaio Augusto Catharina II posebat<sup>32</sup>. Aestate anni 1776 id fieri potuit in conventiculo in Vschovia habito<sup>33</sup>. Ex epistulis, quae in hoc volumine publicantur, discimus nuntium effecisse, ut in omnibus conventiculis legati catholici eligerentur. Cum comitia haberentur, nuntius sollicitus erat propter regem ordinibus adversum. Fieri potuit, ut magna bona monasterialia a rege caperentur, qui ipse abbates nominare voluit. Quam ob rem non contigit, ut lex anno 1768 lata tolleretur, ex qua non nisi viris aetate provectoribus concessum est, ut vota monasterialia profiterentur. Contentus fuit Archetti, quod dissidentes nihil assecuti sunt. Contentus fuit etiam lege in comitiis lata, qua

---

<sup>28</sup> Cf. N. 321; Wolff Larry, *A Duel for Ceremonial Precedence*.

<sup>29</sup> Legati regis Prussorum Varsavienses: Gedeon Benoît (1776), Friedrich Blanchot (1776-1779), Axt (1779-1780), Ludovicus Buchholtz (1780-1789). Legati Austriaci: Carolus Reviczky (1776-1779), Benedictus de Caché (1779-1780, 1783-1784) et Johannes Franciscus Thugut (1780-1783), cf. *Historia dyplomacji polskiej*, p. 606-608.

<sup>30</sup> Praeter epistulas officiales ad secretarium status scriptas cf. AV, Arch. Nunz. Varsavia 18-22, scripta ad comitia Poloniae spectantia 1776-1782.

<sup>31</sup> Rouët de Journal, p. 404, 417-418,

<sup>32</sup> Cf. *Volumina legum*, VIII, 61; N.I. Panin ad O. Stackelberg, 12/23 VIII 1775, SIRIO, vol. 135, p. 452-453.

<sup>33</sup> Cf. Michalski, *Sprawa wyboru posłów dysydydentów na sejm 1776 roku*.

factum est, ut denuo unum conventiculum pro palatinatibus Posnaniensi, Calissiensi et Gnesnensi in oppido Środa in Polonia Maiore sito haberetur. Qua re factum est, ut conventiculum, quod anno 1768 in Vschovia habitum est, postea haberi desiit. Igitur vix fieri potuit, ut in hac regione dissidens legatus crearetur<sup>34</sup>. Inde a mense Iunio medio anni 1778<sup>35</sup> Archetti operam dedit corpori legum iudicialium, quod comitia anno 1776 habita Andreae Zamoyski comparandum mandaverunt. Cum prima exemplaria huius codicis prelo data essent, nuntius, iura ac privilegia Ecclesiae defensurus, codicem excutere coepit. Codex Archettio non placuit, sed non ille effecit, ut a comitiis anno 1780 habitis codex reiceretur. Non ille quoque vim habuit magnam ad res, quae aetate Stanislai Augusti regis emendabantur. Sed Codicis Zamoysciani in comitiis annis 1778-1780 habitis Archetti censor severus effecit, ut a historicis posterioribus vituperaretur<sup>36</sup>. Quod ad comitia anno 1782 habita pertinet, nuntius nihil egit nisi de eis comitiis narravit, cum legati plerumque in rebus et controversiis inanibus tempus tererent, exempli gratia de statu iuridico episcopi Caietani Sołtyk morbo affecti disputaverunt<sup>37</sup>. Quibus comitiis factio adversa consulto non est usa et res epi Sołtyk causa fuit ad regem et concilium perpetuum impugandum<sup>38</sup>. Archetti propter munus suum et ea, quae ipse sensit, Stanislao Augusto regi non semel palam adversaretur. Sed speravit se adiutum iri in iuribus Ecclesiae defendendis et adversus dissidentes nimia poscentes. Opinio de rege, quae legitur in epistula ad secretarium status die 20 mensis Novembris anni 1782 data, id est statim post comitia finita, digna est, quae afferatur: „Si fa gran torto al Re attribuendogli dei disegni, e delle mire per divenir sovrano più assoluto. Egli è il primo repubblicano per indole, e per educazione avuta alla scuola dei defonti principi Czartoryski. Ma con ragione si crede fornito di maggiori cognizioni, che qualunque suo suddito, o vogliam dire concittadino, e desidera render felice la sua Nazione sino a fare illusione a se medesimo sopra di ciò, che la politica dei vicini più potenti non sarà mai per permettergli durante lo stato attuale delle cose”<sup>39</sup>.

Praeter res politico-ecclesiasticas, quae praecipue temporibus comitorum habendorum in controversiam veniebant, nuntius tractavit fortunam catholicorum ritus latini et graeco-catholici, qui in terris orientalibus

---

<sup>34</sup> Cf. *Volumina legum*, VII, 750; VIII, 907; Archetti ad Pallavicini, 30 VIII 1776, AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 88v sqq.

<sup>35</sup> Cf. Archetti ad Pallavicini, 17 VI 1778, AV, Segr. Stato, Polonia 333 f. 24v sqq.

<sup>36</sup> Cf. Zając, *Polska i Polacy w korespondencji J.A. Archettiego*, passim; cf. Borkowska-Bagińska, p. 5-15.

<sup>37</sup> Cf. Archetti ad Pallavicini, 23 X 1782, AV, Segr. Stato, Polonia 336 f. 145v sqq.

<sup>38</sup> Cf. Rudnicki, p. 230.

<sup>39</sup> Cf. Archetti ad Pallavicini, 20 XI 1782, AV, Segr. Stato, Polonia 336 f. 185r.

Reipublicae sub dominatione Russica vitam degerunt. Anno 1776 catholici et orthodoxi in Ucraina Polonica iterum vim sibi invicem attulerunt<sup>40</sup>. Qua re factum est, ut uniti exagitarentur et ecclesiis privarentur. Quibus rebus exercitus Russicus interfuit, qui fines civitatis libere transire potuit<sup>41</sup>. Archetti operam dedit, ne legatus Stackelberg, rex et Consilium Permanens in controversiis diiudicandis rationes unitorum neglegerent. Quae quaestio postrema pertinebat ad Mixtum, qui dicitur, Iudicium, qui vi legis latae in comitiis creatus est ad controversias inter homines variarum religionum in Ucraina diiudicandas. Quo Iudicio creato nuntius putavit libertatem Poloniae violatam esse, cum concessum sit, ut iudices alieni quoque de Polonis iudicia ferrent<sup>42</sup>.

Magni momenti erat causa catholicorum in Russia degentium sub iurisdictionem alienam subiunctorum et causa iesuitarum, qui Catharina II regnante opus suum libere facere potuerunt, quamquam Societas Iesu a Clemente XIV papa sublata est<sup>43</sup>. Quae causae confluerunt ad episcopum Stanislaum Boguslaum Siestrzeńcewicz, qui mense Octobri anni 1773 consecratus est et iurisdictionem fecit commissam ab episcopis earum dioecesium Polonarum, quarum terrae post primam partitionem a Catharina II regebantur. Sed imperatrix cogitabat quaedam de iesuitis et episcopo Siestrzeńcewicz. Primo permisit, ut novitiatus iesuitarum Polociae die 27 mensis Februarii anni 1777 conderetur, deinde die 31 mensis Decembris anni 1780 pallium episcopo dari poposcit, qui ei obsequens epistulam pastorem divulgavit, qua novitiatum iesuitarum condi permisit (die 29 mensis Iunii anni 1779), qua re fecit, ut oboedientia sua Sedi Apostolicae debita incerta fieret. Quibus rebus pastores summi Ecclesiae Catholicae et ipse Archetti perturbatus erat, sed nihil erat, quod facere possent. Sed Catharina II Sedi Apostolicae inimica longius progressa est et metropoliam Mohiloviae condi iussit (die 26 mensis Ianuarii anni 1782) et deinde de ea re solito modo Pium VI certiosem fecit (die 10 mensis Februarii anni 1782). Sedes Apostolica cum legato Stackelberg colloqui temptavit, sed ille ab imperatrice die 15 mensis Novembris anni 1782 colloquia habere vetitus est. Papa imperatrici cessit et proposuit, ut Archetti de rebus ecclesiae catholicae in Russia ordinandis colloquia haberet. Qui cum unum annum Petropoli degisset, cardinalis creatus est<sup>44</sup>.

Res omnes, quas Archetti annis 1776-1784 in epistulis tractavit, in praefatione concisa in breve cogi non possunt. Sed archivalibus ad archiepiscopum Chalcedonensem pertinentibus optime edocemur de fide

---

<sup>40</sup> Cf. N. 229, 231, 308.

<sup>41</sup> Cf. N. 222.

<sup>42</sup> Cf. N. 430; Likowski, p. 102-103; Kołbuk, passim; Butterwick, p. 148sqq.

<sup>43</sup> Cf. Loret, Załęski, Ingot, passim.

<sup>44</sup> Cf. Rouët de Journal, passim.

ac pietate erga Deum Polonorum, qui paenultima decade liberae Reipublicae vixerunt. Archetti rationem documentorum archivisandorum ab Iosepho Garampi inventam secutus est. Qua re factum est, ut plura quam eius praecessores documenta asservaret<sup>45</sup>. Nuntius epistulas scripsit non solum ad viros in curia Romana celeberrimos<sup>46</sup>, sed etiam ad episcopos Polonos<sup>47</sup>, superiores monasteriales, monachos<sup>48</sup> et sacerdotes mediocres, viros in civitate summos et nobiles infimos<sup>49</sup>. Epistularum commercium habuit cum superioribus et alumnis collegiorum pontificiorum, praesertim Brausbergensibus et Vilnensibus<sup>50</sup>, cum missionariis communitatum catholicarum traditionalium, quae fuerunt in Russia, praecipue Petropoli et in Civitate Rigensi<sup>51</sup>. Nuntius tractavit de disciplina ecclesiastica et monasteriali, de moribus maritorum, praesertim de matrimoniis temerarie abrogandis, quae res in iudiciis ecclesiasticis Polonis fiebat. Saepe sermo erat de controversiis praediorum – causa monasterii camedulorum in vico Wigry, praepositurae Congregationis Canonicorum Regularium Custodum S. Sepulchri Domini Hierosolymitani in Krzyżanowice, eorumque conventus Cracoviensium in Stradomia, controversia inter Felicianum Wołodkowicz, metropolitam unitum Kioviensem, et eius coadiutores orta, denique aestimatio abbatiarum, quarum abbates a rege creandi erant etc. Numerus epistularum a nuntio scriptarum admirationem movet magnam. Imago plenior nuntii apparet, qui adhuc spectabatur e cura rerum ecclesiasticopoliticarum et e gratia, quae ei cum legato Stackelberg fuit. Praeterea cum Archetti nuntius esset, habiti sunt processus informativi et episcopi creati sunt viri hi: Antonius Ostrowski (archiepiscopus Gnesnensis, 1777), Antonius Narzyski (suffraganeus Pultoviensis in dioecesi Plocensi, 1778), Antonius Matthias Sierakowski (episcopus Livonicus, 1778), episcopus Ioannes Stephanus Giedroyć (episcopus Samogitiensis, 1778), Michaël Żurawski (suffraganeus Plocensis, 1779), Georgius Pawłowski (suffraganeus Livonicus, 1780), Adamus Kościa (suffraganeus Samogitiensis, 1780), Franciscus Rydzyński (suffraganeus Posnaniensis, 1780), Ioannes Kaczowski (suffraganeus Luceoriensis, 1781), Stanislaus Górski (suffraganeus Cuiaviensis, 1781), Matthias Garnysz (episcopus Chelmenis, 1781), episcopus Jason Junosza Smogorzewski (metropolita unitus Kioviensis-Haliciensis, 1781), episcopus Gedeon Horbacki (coadiutor cum futura

---

<sup>45</sup> Cf. Wojtyska, ANP 1, p. 323-325.

<sup>46</sup> Cf. reg. et or. Archetti ad diversas Congregationes, *ibid.*

<sup>47</sup> Cf. scripta super dioeceses ab Archetti collecta, or. episcoporum ad Archetti, *ibid.*

<sup>48</sup> Cf. scripta super regularibus ab Archetti collecta; or. div. regularium ad Archetti, *ibid.*

<sup>49</sup> Cf. miscellanea, reg. Archetti ad diversos, *ibid.*

<sup>50</sup> Cf. scripta ad Collegia Pontificia Poloniae spectantia, *ibid.*

<sup>51</sup> Cf. or. et scripta super missionibus ab Archetti collecta, *ibid.*

successione metropolitanae Smogorzewski (1781), Caspar Szajowski (suffraganeus Lovitiensis in archidioecesi Gnesnensi), Iosephus Kossakowski (episcopus Livonicus, 1781), Petrus Alexander Toczyłowski (suffraganeus Vilmensis, 1782), Adalbertus Iosephus Gadomski (suffraganeus Plocensis, 1782), Antoninus Malinowski (suffraganeus Samogitiensis, 1782), Franciscus Gzowski (suffraganeus Trocensis in dioecesi Vilmensi, 1782)<sup>52</sup>.

Summa difficultate affectus est Archetti, cum creandus esset successor in archiepiscopatu unito Polocensi. Post mortem Feliciani Wołodkowicz, metropolitanae Kioviensis (1778), et Ludovici Leonis Szeptycki (1779) metropolis Kioviensis Jasoni Junosza Smogorzewski, archiepiscopo Polocensi, regenda erat. Polocia tum sita erat in terra, quae prima a Russia capta est. Uniti igitur summa vi cogebantur, ut orthodoxi fierent. Nuntius operam dedit magnam, ut episcopus unitus studiosus nominaretur, qui unitorum animos confirmaret<sup>53</sup>. Archetti colloquia difficilia cum legato Stackelberg habuit, ne Catharina II impediret, quominus Maximilianus Ryłło episcopus Chelmensis crearetur. Cum tamen Ryłło in terra ab Austriacis capta episcopus Premisliensis factus esset, imperatrix moleste id ferens Sedem Apostolicam prospero successu pressit in causa episcopi Sistrzeńcewicz, quem metropolitanam Mohiloviensem creari voluit. Postulationibus Catharinae reiectis Polocia nullum episcopum habuit<sup>54</sup>.

Qua re factum est, ut Pius VI de superbo episcopo Mallo in partibus infidelium cedere cogetur. Archetti autem munus diplomaticum Petropoli explendum suscepit. Varsavia profectus est die 16 mensis Iunii anni 1783 et iter die 4 mensis Iulii finivit. Petropoli annum fere commoratus est. Res maxima facta est haec: metropolia Mohiloviensis condita est et episcopo Sistrzeńcewicz die 28 mensis Ianuarii anni 1784 pallium traditum est. Die 8 mensis Februarii Archetti Ioannem Benisławski suffraganeum Mohiloviensem cum futura successione creavit. Nihil consecutus est de iesuitis, qui in Russia opus suum agebant, quamquam ordo eorum a papa sublatus est. Die 27 mensis Martii anni 1784 in Poloniam redire cogitavit, sed a secretario status iussus est, ut munus suum explere omitteret et iussa a Roma expectaret<sup>55</sup>. Iurisdictionem nuntiaturae propriam porro fecit episcopus Christophorus Hilarius Szembek, coadiutor Plocensis, internuntius tempore, quo Archetti Petropoli fuit. Die 3 mensis Aprilis Pallavicini Archettium certiozem fecit papam Catharina rogante eum cardinalem creare constituisse<sup>56</sup>. Igitur octo annis post nuntius assecutus est id, quod

<sup>52</sup> AV, Arch. Concist., Processus Concist. 173, 175, 176, 178, 179, 180, 181, 182.

<sup>53</sup> Archetti ad Pallavicini, 9 VI 1779, AV, Seg. Stato, Polonia 334 f. 12r sqq.

<sup>54</sup> Cf. Welykyj, Epistolae Smogorzewskyj, passim.

<sup>55</sup> Rouët de Journal, p. 313.

<sup>56</sup> Rouët de Journal, p. 316 sqq.

in Poloniam proficiscens speravit se multo ante assecuturum esse<sup>57</sup>. Munus Russicum cum exleret, nullis magnis rebus excelluit, sed effecit, ut in historiographia Ecclesiae emereret. Praeterea diu auctor fuisse putabatur *Commentariorum de Legatione Petropolitana ab Joanne Andrea Archetto archiepiscopo tum Calcedonensi postea S.R.E. Cardinali administrata*<sup>58</sup>, quod nunc in dubium vocatur<sup>59</sup>.

Die 20 mensis Septembris anni 1784 Romae consistorium habitum est, in quo Pius VI dignitatem cardinalitiam in Archettium contulit<sup>60</sup>. Alter cardinalis in pectore in hoc consistorio purpura donatus est, sed nomen eius papa numquam detulit. Grodnae die Dominica 24 mensis Octobris anni 1784 Archetti biretum cardinalitum a Stanislaio Augusto Ponia-towski rege accepit<sup>61</sup>. Quae cum facta essent, Archetti Varsaviae tempus quoddam degit. Urbem illam iam petebat successor eius – Ferdinandus Maria Saluzzo. Cardinalis Varsavia profectus est die 24 mensis Novembris et per Dresdam et Vindobonam die 25 mensis Ianuarii Brixiam, ubi natus est, venit. Ibi magna cum pompa in foris maximis publice salutatus est, senatus urbanus habitus est. Inscriptionibus laudatus est ob legationes apud Poloniae regem et imperatricem totius Russiae obitas:

Io[anni] Andreae Archetto  
Pontificiis Legationibus  
Apud Stanislaum Augustum Poloniae Regem  
Et Extra Ordin[ariam]  
Apud Catharinam II Totius Russiae  
Autocratricem  
Summa Fide et Prudentia Perfuncto  
et ob Eximia in Catholicam Religionem  
Sanctaeque Sedis Dignitatem  
Merita  
PII VI P[ONTIFICIS] M[AXIMI]

---

<sup>57</sup> N. 4.

<sup>58</sup> Exemplar in BAV quoque, Borg. lat. 233 (s. XIX), ff. 1r-41v.

<sup>59</sup> Cf. Pásztor, p. 755.

<sup>60</sup> AV, Arch. Concist., Acta Camerarii 38, f. 294r-295r.

<sup>61</sup> Cf. Formula iuramenti a novis cardinalibus prestandi, BAV, Vat. lat. 8338, ff. 133r-135v; Instruzione formata per l'Ablegato, ch'era stato prescelto a presentare la Berretta, BAV, Vat. lat. 8260, p. II (s. XVIII), ff. 371-377v; Cf. Formulam iuramenti a novis cardinalibus praestandi (cum nomine Archettii inscripto). De celebritate pillei cardinalitii Archettio imponendi cf. Guglielmi ad Secr. Status, Grodnae 30 X 1784, BAV, Vat. lat. 8338, ff. 136r-138v.

Munificentia  
 In S[ancte] R[omanae] E[cclesiae] Cardinalium Collegium  
 Magno Omnium Plausu Nuper Adlecto  
 Optimo Civi  
 Brixia Exultans<sup>62</sup>.

Mense Iunio alia quoque ad dignitatem cardinalitiam pertinentia facta sunt. Archetti ecclesiam Sancti Eusebii titularem ingressus est. Inde a die 5 mensis Iulii usque ad diem 18 mensis Septembris anni 1795 Bononiae legati papalis munera explevit<sup>63</sup>. Kalendis Iuniis anni 1795 praeconizatus est in episcopatum Asculanum-Picenum, quem retinuit etiam postquam in sedem episcopalem Sabinensem die 2 mensis Aprilis anni 1800 translatus est<sup>64</sup>. Iam Bononiae prima signa revolutionis, quae nunc dicitur, in Italiam pervadentis vidit. Autumno anni 1794 pauci iuvenes studiosi Bononienses cum emissariis Francogallicis agentes id studuerunt, ut potestas papalis tolleretur. Custodes publici impediverunt, ne id fieret, sed iuvenibus contigit, ut banna ad res evertendas adhortantia suspenderent et illigamenta trium colorum, scilicet coloris rubri, albi et viridis, per incolas distribuerent. Primo igitur, ut videtur, colores vexilli Italici manifestati sunt<sup>65</sup>.

Quibus rebus factum est, ut labor pastoralis episcopi Asculani perturbaretur. Ingressus Archettii mense Octobri anni 1795 factus est. Episcopus sollemnissime salutatus est, quia dioecesis inde ab anno 1792 vacavit. Brevi tempore studia magistratuum urbis, cleri et fidelium sibi paravit<sup>66</sup>. Anno 1796 dioecesim visitare coepit, sed rem ad finem non adduxit, quia Francogalli Italiam invaserunt. Asculani urbem ab exercitu revolutionario defendere parabant. Per urbem profugi ex Italia septentrionali transibant et res pretiosae transportabantur, ne a Francogallis caperentur<sup>67</sup>. Anno 1797 Archetti cum ceteris cardinalibus in Regnum Neapolitanum se abdidit,

---

<sup>62</sup> Cf. Descrizione delle due macchine eseguite in onore dell'Emo Sig. Cardinale Giannandrea Archetti Patrizio Bresciano. Biblioteca Queriniana (Brescia), Fondo Fè d'Ostiani, faldone 38 ms. 10; Orazione detta li 2 Aprile MDCCXXXV nell'illustrissimo Consiglio Generale della Magnifica Città di Brescia [impressa], Brescia 1785, Biblioteca Queriniana (Brescia), M II 23, inserta 30.

<sup>63</sup> Weber, p. 161. Archivum Publicum Bononiense certiore me fecit multa documenta asservata esse, quae ad munus legati ab Archettio expletum pertinent: Archivio del legato, Expeditiones, numeri 261-268 (1785-1795); Archivio del Legato, Suppliche, numero 117 (1785-1796); Archivio del Legato, Bullarium libri, numero 31 (1706-1796); Archivio del Legato, Bandi speciali, numeri 75-79 (1785-1796). Quaeri igitur potest de vita Archettii et de eis, quae Bononiae fecit.

<sup>64</sup> Ritzler-Sefrin, HC VI, p. 101-102.

<sup>65</sup> Nevigari, p. 20.

<sup>66</sup> Nevigari, p. 24.

<sup>67</sup> Quae infra rettuli, Nevigari, p. 25-27 scripserat.

quamquam initio mansit in oppidulo Accumoli, quod ad dioecesim Asculanam pertinuit. Pace Tolentini die 19 mensis Februarii anni 1797 facta Asculum revertit. Initio anni 1798 iterum turbatum est, cum exercitus Francogallicus terras Patrimonii Sancti Petri disposite occupare coepisset. Card. Archetti in carcerem coniectus est, Maceratam, Romam et Centumcellas abductus est, inde cum ceteris cardinalibus Caietam et Neapolim venit. Die 17 mensis Martii anni 1798 ad Prosperum Tournefort, amicum suum, epistolam brevem scripsit atque Asculum misit de monasterio delle Convertite al Corso, in quo cum aliis cardinalibus detinebatur atque expectabat, ut in portum Centumcellarum veheretur. In custodiam a revolutionariis datus fatum suum complexus est hoc modo: “Servire Deo regnare est”<sup>68</sup>. Neapoli commoratus est inde a die 19 mensis Aprilis anni 1798 usque ad annum sequentem medium. Kalendis Octobribus iam Venetiis fuit, ubi die 18 mensis Octobris canonicos cathedrales Asculanos certiores fecit Pium VI Valentiae mortuum esse<sup>69</sup>.

Archetti interfuit conclavi, quod Venetiis inde a Kalendis Decembribus usque ad diem 14 mensis Martii anni 1800 habitum est et Pium VII pontificem maximum creavit. Initio paucorum cardinalium suffragia tulit, sed postea operam dedit, ut suffragia illa card. Aloisius Barnabas Chiaramonti ferret, qui papa creatus est<sup>70</sup>. Una cum Pio VII mense Iunio anni 1800 ad Romam versus profectus est, sed Anconae agmen papale reliquit et Asculum Picenum revertit<sup>71</sup>.

Archetti, cum dioeceses Sabinam et Asculanam regeret, Asculi manere constituit atque operam dedit, ut oppidum illud floreret. Exempli gratia anno 1802 a pontifice maximo impetravit, ut Asculi universitas concederetur, quae habuit quattuor facultates: theologiam, philosophiam, iuridicam et medicam. Universitas anno 1804 condita est. Praeterea cardinalis sumptu proprio fundavit bibliothecam publicam eamque plurimis libris pretiosis ornavit<sup>72</sup>. Mense Maio anni 1805 Archetti ultimum adiit Brixiam, ubi natus est. Casu factum est, ut in illa urbe Napoleon commoraretur, qui cardinalem Archetti episcopum Brixianum fecit. Is imperatori formaliter resistere non potuit, qui nuper Mediolani rex Italiae diadema cepit.

---

<sup>68</sup> Cf. Archivio Diocesano di Ascoli Piceno, Capitolo della Cattedrale, sezione: Appendice, busta C, fascicolo 1, s.f., epistula die 17 III 1798 data [nomen destinatarii deest, sed plurimae epistulae eo tempore ad Prosperum Tournefort scriptae sunt]. Gratias ago maximas don Aelio Nevigari, archivistae dioecesano Asculano, qui transcriptiones epistularum ab Archettio illo tempore scriptarum et dissertationem suam de cardinali tractantem, qua doctoris titulum adeptus est, inspiciendas mihi dedit.

<sup>69</sup> Ibid. epistula die 18 X 1799 ad canonicos camerlingos data.

<sup>70</sup> Guerrini Paulo, *Desiderio Scaglia e G. Andrea Archetti. I due cardinali bresciani che furono tra i „papabili”*, p. 816.

<sup>71</sup> Nevigari, p. 49.

<sup>72</sup> Ibid.

Sed dioeceses Sabinam et Asculanam relinquere et Brixiam redire metuit. Huc accedebat, quod familiae Archettiorum administranda erant bona, quae formaliter dividi non poterant. Qua de re controversiae movebantur. Cardinalis igitur operam dedit, ut papa Napoleonis voluntatem reiceret vel, si Brixiam redire cogere, administrationem dioecesis Sabinae retineret. Cardinales Consalvi et Antonelli per litteras mensibus Iunio et Iulio anni 1805 datas Archettium consolabantur, cum nomine papae nuntiarent eum difficultatis inscium non esse atque paratum esse colloqui cum cardinali Iosepho Fesch, qui Francogallorum legatus apud Sedem Apostolicam fuit<sup>73</sup>. Antonelli ostendit rem nondum diiudicatam esse et, si Archetti episcopus Brixianus esse abnuat, eum crimen inoboedientiae erga regem evitaturum esse.

Sed Ioannes Andreas Archetti, cum Asculum revertisset, gravi valetudine affectus est, a qua se non recollegit et die 5 mensis Novembris anni 1805 morbo obiit. Sepultus est in cathedra Asculana. Nevigari tradidit anno 1838 arcam funebrem in capellam lateralem translata esse et locum sepulturae inscriptione ornatum esse hac:

MEMORIAE DULCISSIMAE IOAN. ANDREAE ARCHETTI CARDINALIS  
 DOMO BRIXIA QUI PER TEMPORA DIFFICILLIMA  
 REXIT ECCLESIAM NOSTRAM.  
 TRANSLAT. AD EPISCOP. SABIN.  
 HANC UTI ADMINISTRATOR  
 PRAESENTIA EXILARAVIT  
 BENEFICENTIA DITAVIT  
 OB. NONIS NOV. M. DCCCXV.  
 ANN. LXXIV M. I. D. XXIV  
 EXUVIIS IN HOCCE SACELLUM  
 AD VOT. EIUS INLATUS  
 POST ANN. ABS. OBITU XXXII  
 SALVE MANSURAM ADEPTE BEATITATEM  
 NULLA UNQUAM DE TE SILEBIT POSTERITAS

Quae inscriptio non est asservata et adhuc memoria eius nullo alitur epitaphio<sup>74</sup>. Historicus polonus Meysztowicz scripsit de Ioanne Andrea Archetti: „Ultimus est cardinalium cui biretum rubrum a Rege Poloniae impositum est”<sup>75</sup>.

<sup>73</sup> Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 24, fasc. 1374.

<sup>74</sup> Nevigari, p. 49.

<sup>75</sup> Meysztowicz, p. 31.

## 2. De fontibus ad nuntiaturam Ioannis Andreae Archetti pertinentibus

Fontes maximi momenti ad nuntiaturam Ioannis Andreae Archetti pertinentes asservantur in Archivio Segreto Vaticano et in Bibliotheca Angeli Mai Bergomensis (Biblioteca Civica Angelo Mai). Pauci fontes minoris momenti inventa sunt in archivis Italicis, Austriacis et Polonis. Acta in Polonia inventa ad vitam Archettii illustrandam multa conferunt et ad nuntiaturae Varsaviensis negotia pertinent.

In **Archivio Segreto Vaticano** in sectione **Archivio Nunziature, Varsavia**, asservantur fontes collecti, qui ita divisi sunt, ut ad personas vel ad quaestiones pertineant:

a) epistulae manu ipsius secretarii status ad Ioannem Andream Archetti scriptae, in voluminibus 46 (25 V 1776-1777), 47 (1778-1779), 48 (1780-1781), 49 (1782-IV 1783) et scripta autographa congregationum Romanarum, imprimis Congregationis de Propaganda Fide, in voluminibus 69 (III 1776-IV 1783), 72 (III 1776-IV 1783).

b) Registra epistularum Ioannis Andreae Archetti ad secretarium status scriptarum, in voluminibus 60 (V 1776-IV 1777), 61 (V 1777-IV 1778), 62 (V 1778-IV 1779), 63 (V 1779-IV 1780), 64 (V 1780-1781), 65 (1782-VII 1783), sed etiam registra epistularum ab Ioanne Andrea Archetti ad congregationes Romanas scriptarum in voluminibus 76 f. 1-442v (V 1776-1780), 77 f. 443r-734v (1781-VI 1783).

c) Registra epistularum Archettii ad varias personas scriptarum in voluminibus 83/2 (V 1776-1777), 84 (1778-1780), 85 (1781-VI 1783).

d) Scripta autographa monachorum ad Archettium missa in voluminibus 128-131 et documenta ad res monasteriales pertinentia a nuntio collecta in voluminibus 125-128. Accedunt scripta ad munus in Russia explendum pertinentia in volumine 105 atque documenta ad collegia pontificia pertinentia, imprimis ad collegia Polona (ubi asservantur etiam epistulae ad collegium Leopoliense pertinentia, in terra ab Austriacis capta et in Krasław, in fine terrae a Russis captae) in voluminibus 9-10. Volumina annos 1775-1784 amplectuntur.

e) Scripta autographa cardinalium 146-147 (1775-1784) et acta ad dioeceses pertinentia 144-145 (1775-1784); singula documenta et epistulae collectae pertinentes ad episcopos, monachos sed etiam laicos asservantur in voluminibus "Miscellanea" 100-102 (1767-1784) et "Affari sospesi" 150-151 (1775-1784).

f) Fontes ad comitia pertinentii, inter quae sunt copiae diariorum, orationes in comitiis habitae typis impressae, copiae codicis legum ab Andrea Zamoycki comparati et alia in voluminibus 18-22 (1776-1782).

Maximi momenti est etiam **Segreteria di Stato, Polonia**, continens collectiones has:

a) Registra et minutae epistularum a secretariatu status ad Ioannem Andream Archetti scriptarum in voluminibus: 240A f. 259r-336v (9 XII 1775-1779), 242 f. 244r-613v (27 IV 1776-1779), 243 (1779-1781).

b) Scripta autographa ab Archettio ad secretariatum status missa: 317 f. 253r-435v (8 V-31 VII 1776), 318 (7 VIII-XII 1776), 319 (1 I-25 VI 1777), 320 (VII 1777-7 I 1778), 321 (14 I-VI 1778), 322 (8 VII-XII 1778), 323 (I-XII 1779), 324 (I-VI 1780), 325 (VII-XII 1780), 326 (I 1781-26 VI 1782), 327 (2 XII 1775-29 XII 1779), 328 (I 1780-XII 1783), 329 (scripta Archettii et Guglielmii 5 I 1784-6 I 1785).

c) Registra scriptorum ab Archettio ad secretariatum status missorum: 331 (XII 1775-XII 1776), 332 (1777-IV 1778), 333 (V 1778-IV 1779), 334 (V 1779-IV 1780), 335 (V 1780-1781), 336 (1782-11 VI 1783), 338 (13 VI 1783-3 II 1784).

d) Registrum scriptorum a secretario status ad Archettium missorum: 337 (25 V 1776-30 IV 1783).

e) Registrum scriptorum ab Archettio ad congregationes Romanas missorum: 339 (15 V 1776-1780), 340 (1781-6 VI 1783) et ad varias personas missorum 340 f. 202r-271v (19 V 1776-5 II 1783).

f) Ad res Russicas et munus diplomaticum Petropolitanum ab Archettio expletum pertinent volumina 334/V (17 VII-22 VIII 1784), 371 (registrum epistularum ab Archettio ad secretarium status missorum 11 VI 1783-11VI 1784), Add. 19 (inter alia reliqua de legatione Petropolitana Archettii illiusque "Commentaria").

g) Variae epistolae dispersae a secretario status ad Archettium missae, epistolae a nuntio ad secretarium status missae, sed etiam minutae epistularum a Roma ad nuntium missarum asservantur in voluminibus:

Dignae, de quibus mentio fiat, sunt etiam aliae collectiones Archivi Segreti Vaticani: **Epistolae ad Principes** ms. 175: quod manuscriptum continent litteras accreditivas nuntio missas. **Segreteria dei Brevi** cum subsectione Registra brevium ms. 3826 asservat copias facultatum Archettio in Polonia commoranti a Pio VI datarum. **Archivio Concistoriale** in voluminibus Processuum Concistorialium 173, 175, 176, 179-182 continet acta processuum informativorum episcoporum Polonorum, quibus Ioannes Andreas Archetti nuntius praefuit. Praeterea e fontibus, quorum in volumine I Actorum Nuntiaturae Polonae nulla mentio facta est, enumerandae sunt collectiones hae: **Congregazione del Concilio**: in Libris Litterarum inveniri possunt scripta autographa nuntii ad res Polonas a congregatione tractatas pertinentia. Similia dici possunt de **Congregazione dei Vescovi e Regolari**, ubi scripta ad Archettium nuntium pertinentia inventa sunt in voluminibus Positionum Episcoporum et Positionum Regularium. **Fondo Garampi**, ms. 12, fasc. C et ms. 183, 189-193, 288, ubi asservantur minutae epistularum Iosephi Garampi, nuntii Vindobonensis, ad suum successorem Varsaviensem scriptarum. **Segreteria di Stato**, in volumine Memoriali

e Biglietti, ms. 224, illustrat postremos gradus Archetti nuntii apud Polonos creandi. Praeterea in voluminibus Principi, ms. 260, 264, 265 et Vescovi, ms. 360 asservantur autographa epistularum Stanislai Augusti Poniatowski et Andreae Młodziejowski episcopi et cancellarii Regni Poloniae, quibus papae gratias egerunt, quod Archettium nuntium apud Polonos creaverat. Qui de Archettio nuntio creando omnia scire vult, necesse est legat documenta asservata in collectionibus his: **Dataria Apostolica**, Processus Datariae 152; **Archivio Consistoriale**, Acta Congregationis Consistorialis 1775-1776; Processus Consistoriales 167; Acta Camerarii 38.

Est, quod addam multa documenta in Vaticano asservata, imprimis in collectionibus Segr. Stato, Polonia et Arch. Nunz. Varsavia, microfilmata esse et legi posse Varsaviae et Romae in Punctis Consultativis Papalis Instituti Studiorum Ecclesiasticorum et partim Lublini in centro Archivorum, Bibliothecarum et Musaeorum Ecclesiasticorum.

Magni momenti est corpus epistularum, quod asservatur Bergomi in **Bibliotheca Civica Angelo Mai**. Sacerdos Wojtyska in primo volumine Actorum Nuntiaturae Polonae monstravit sectionem ex illis, quae ibi asservantur, primam: **Archivio Archetti**, quae in tres subsectiones divisa est: **Documenti**, **Lettere** et **Liti**. Maximi momenti sunt Lettere, Scatola 1, fasc. 21, ubi epistulae privatae cardinalis Leonardi Antonelli ad Archettium annis 1775-1784 scriptae asservantur; Lettere, Scatola 3, fasc. 30, ubi epistulae privatae Archettii annis 1748-1774 scriptae asservantur, e quibus discimus de eo iuvene curiae operam dante; Lettere, Scatola 4, fasc. 31, ubi asservantur epistulae, quas Archetti ad fratrem, Carolum Archetti, annis 1775-1788 scripsit. Praeterea epistulae dispersae et documenta ad nuntiaturam pertinentes asservantur in: Lettere, Scatola 5, 10, 12, 13, 23, 25 (autographum epistulae episcopi Młodziejowski), 30 (autographum epistulae cancellarii Alexandri Michaelis Sapieha). Quae scripta inveniuntur inter plurimas epistulas privatas et ad Archettiorum familiam pertinentes et nonnumquam desunt in inventario archivali. In **Archivio Archetti** asservantur multa documenta pertinentia ad Russiam, episcopatum Mohiloviensem, episcopum Siestrzeńcewicz, iesuitas Russicos et denique ad Archettium cardinalem creatum, sed in subsectione Documenti, Scatola 6, fasc. 61 et 62. In bibliotheca Angelo Mai asservantur documenta, in ANP I omissa, quae ad nuntiaturam Archetti illustrandam maximi sunt momenti. Quod documentorum corpus **Archivio Gamba** vocatur, cui adiunctum est inventarium optimum 24 volumina continens, in quibus mille nongenta fere documenta perscripta sunt, quorum pars magna ad Archettium eiusque munus apud Polonos obitum pertinet. Quod ad annos 1775-1784 pertinet, maximi momenta sunt: Scatola 3, 4, 5, 6, ubi inter alia asservantur registra epistularum officialium, quarum vestigium nullum est in supra nominatis collectionibus Archivorum Vaticanorum Secretorum: Segr. Stato, Polonia et Arch. Nunz. Varsavia. Praeterea asservantur multae magni momenti

epistulae privatae a Ioanne Andrea Archetti ad fratrem Carolum Archetti et cardinalem Antonelli scriptae et epistulae scriptae ad Ioannem Andream Archetti. Asservantur etiam minutae epistularum ab Archettio nuntio ad varias personas scriptarum et alia scripta. Quae collectio fontium facta est pars archivi Iosephi Gamba, quod anno 1949 Bibliothecae Bergomensi traditum est. Gamba documenta Archettiana a principe Giambattista Camozzi-Vertova accepit, qui ea accepit a matre, principessa Camozzi-Vertova, quae fuit filia Ioannis Baptistae Vertova, filii sororis et heredis cardinalis Archetti<sup>76</sup>. Similiter per progeniem familiae Camozzi-Vertova Bergomum venerunt litterae in Archivio Archetti collectae<sup>77</sup>. Addendum est Ioannem Baptistam Vertova, filium Clarae, sororis cardinalis Archetti, perpetuo ad avunculum epistulas scripsisse. Quin etiam eo auctore insigni Sancti Stanislai ornatus est<sup>78</sup>.

Tertio nominandum est **Archivum Historicum S. Congregationis de Propaganda Fide (APF)** cum maximis collectionibus his: **Istruzioni**, ms. 3 f. 442r-459v, 464r-468v, asservant instructionem Ioanni Andreae Archetti datam, quae revera non est nisi commentarius et addit quaedam ad instructionem ampliorem Iosepho Garampi traditam, cui instructioni successor eius quoque oboedire debuit. Registra epistularum ad nuntium scriptarum inveniuntur in voluminibus **Lettere**, ms. 228-244, collocatae sunt ordine chronologico sed passim. Scripta autographa nuntii, saepe cum multis additamentis, asservantur in voluminibus collectionis **Scrittura riferite nei Congressi (SC), Moscovia Poloni Ruteni**, ms. 12-15.

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. Incipit: Giovedì diedi principio al mio ritiro.*

## N. 46

*Rudolphus Iosephus Colloredo ad Ioannem Andream Archetti*

*Vindobonae, 21 VIII 1775*

*Notum facit epistulam nuntii sibi allatam esse et de nominatione gratulatur.*

---

<sup>1</sup> Franciscus de Dembiany Dembiński (circa 1730-1777). Possessor domus magnificae Varsaviae ad plateam Senatorska.

<sup>2</sup> Ioannes Antonius Archetti.

<sup>3</sup> Antonius Maria Portalupi (obiit a. 1791), theatinus.

*Cop.*: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 174 s.f.

*Min.*: HHStA, Rom, Varia 55, fasc. Nuntiatur 1773-1775, s.f. In margine ascriptum: A Mons. Archetti destinato Nunzio in Polonia. 21. Agosto 1775. Toccando la partecipazione da lui data a Sua Maestà della destinazione sua alla Nunziatura di Polonia.

<sup>a</sup>Ill.mo e Rev.mo Sig. Padrone Colendissimo<sup>a</sup>

Mi è pervenuta, per mezzo dell'Eminentissimo Signore Cardinale Alessandro Albani<sup>1</sup> la lettera, colla quale la Signoria V.ra Ill.ma e Rev.ma umilia a Sua Maestà l'Augustissimo Imperatore la notizia della destinazione sua alla Nunziatura di Polonia, ed avendola abbassata alla stessa Maestà, ho la soddisfazione di accertarla d'essere stata dal Monarca con particolare e benigno gradimento accolta.

Mi congratulo per parte mia di questa degna prescielta, fatta da Sua Santità nella Persona di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma e bramandomi nuovi incontri onde poterla ubbidire, mi protesto con vera e distinta considerazione. <sup>a</sup>Vienna, 21 Agosto 1775.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

Devotissimo e Obbligatissimo Servitore  
Principe Colloredo<sup>a</sup>

<sup>a</sup><sup>a</sup> tantum in copia

## N. 47

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, 26 VIII 1775

*Tractat de controversiis perpetuis cum fratribus habitis et rebus familiaribus. Colloquia habentur cum sac. Portalupi et curatore domus baronis Rewiczky de rebus ad commorationem Varsaviensem Archettii pertinentibus. Archetti solus preces faciens sacramenta episcopalia exspectat. Adhuc munus prosecretarii Consultae non deposuit. Papa hoc ei permisit usque ad reditum Mons. Ghilini, novi secretarii Consultae. Archetti mense Octobri Varsaviam ire cogitat.*

*Autogr.*: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. Incipit: Finalmente doppo la quarta cavata di sangue...

---

<sup>1</sup> Alexander Albani (1692-1779), cardinalis inde ab anno 1721, delegatus et protector Austriae apud Sedem Catholicam.

## N. 48

*Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, 2 IX 1775

*Tractat de impedimentis Varsaviam vehendis et de rebus familiaribus. Proximis diebus omnia sacramenta necessaria accipiet.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* Seguirò brevemente l'ordine della v.ra 24 dello scaduto Agosto.

## N. 49

*Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, 9 IX 1775

*Controversiae cum fratribus non cessant. Postridie sacramenta sacerdotalia accipiet. Post hebdomadam episcopus creabitur.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* Scrivo questa sera (anzi ho già scritto) al Card. Borromeo...

## N. 50

*Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, 16 IX 1775

*Controversiae pecuniariae non cessant. Archetti ab amicis Vindobonensibus adiutus impedimenta vehenda curat.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* La mia proposizione scritta a Giovanni Battista...

## N. 51

*Iosephus Garampi ad Ioannem Andream Archetti*

Varsaviae, 17 IX 1775

*Docet de colloquiis de domo conducenda habitis.*

*Cop.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f.

Copia di lettera di Mons. Garampi. Varsavia 17 Settembre 1775.  
Mons. Riverendissimo.

Dopo vari discorsi, ch'ebbi qua col cam[erario] che il Sig. Dewbinski<sup>1</sup> avea spedito per contrattare l'affitto di questa casa, dove tuttavia dimoro, ci separammo da esso senza nulla conchiudere, io non estenendomi oltre ai 450 ongari, e quello non restringendosi a più che a 550. In questi giorni passati però il Sig. Dewbinski mi ha fatto ultimare il prezzo a 500. Non ho né accettata, né ruscata la proposizione, ma mi sono prese 7 settimane di tempo per fargli decisiva risposta. Non mi ha detto per quanto tempo dovrebbe essere la pigione, ma suppongo secondo il solito per tre anni sicché ella possa trovare una migliore casa. Nondimeno non debbo celare, che anche questa ha i suoi incomodi, e specialmente quello di avere il cortile comune a molti altri pigionanti. Posso chiudere la notte il mio portone, ma molti altri ingressi sonovi per il cortile, e fra giorno non è possibile d'impedire il passaggio per il mio.

Giacché vedo, che la di lei mossa di costà va prolungandosi molto più di quello, che avevo creduto, siamo rimasti di concerto col Maestro di Casa del Barone Rewiczki di aspettare le di lei risposte intorno alla pigione di questa casa prima di contrattare i mobili in questione. Intanto me rassego etc.

## N. 52

### *Facultates generales a Pio VI Ioanni Andreae Archetti concessae*

*Romae, 18 IX 1775*

*Litterae facultatum nuntio Archetti concessarum*<sup>1</sup>.

*Reg.: AV, Sec. Brev., Reg. 3826 f. 93r-102v. In f. 102v in margine et sub textu: Pro R.P.D. Ioanne Andrea Archiepiscopo Chalcedonensem. Nuntiatura Poloniae cum solitis facultatibus iuxta expeditionem pro Antecessore.*

Venerabili Fratri Ioanni Andreae Archiepiscopo Chalcedonensi ad Carissimum in Christo Filium nostrum Stanislaum Augustum Poloniae Regem Illustrem Nostro, et Apostolicae Sedis Nuntio Pius Papa VI Venerabilis Frater, salutem etc. Romanus Pontifex, cum suos et Apostolicae Sedis nuntios ad Regna remota destinat, eosdem apostolicis privilegiis, quantum tempus, et locorum ratio requirit, cumulate prosequi consuevit, ut ipsi privilegiis huiusmodi suffulti, eiusdem Sedis benignitatem erga

<sup>1</sup> Dembiński.

<sup>1</sup> Cf. ANP XLII/1, p. 7-14.

illius fideles et devotos, cum occasio tulerit, valeant salubriter impertiri. Cum itaque Nos Te ob singularem erga Nos, et Apostolicam Sedem fidem, et devotionem, doctrinam, prudentiam, et in rebus gerendis industriam, ac solertiam, aliasque praeclaras animi tui dotes, Nostrum, et eiusdem Sedis nuntium ad Carissimum in Christo Filium nostrum Stanislaum Augustum Poloniae Regem Illustrem cum potestate Legati de Latere destinaverimus, ut mandatis, consiliisque nostris instructus, Sanctae Romanae Ecclesiae, et nostrae orthodoxaeque Fidei negotia ad totius Reipublicae Christianae salutem pro viribus exequaris. Nos eius Regni locorum a nobis longinquorum, ac personarum eorundem saluti et statui per operam, et ministerium tuum in Domino consulere volentes, hoc tuum munus specialibus facultatibus prosequendum censuimus, quibus suffultus, iuxta datam tibi a Domino sapientiam ibi utaris moderate, et prudenter, prout ad Dei gloriam, Populorumque solamen [93v] et aedificationem ipsiusque Sedis decorem videris expedire.

Itaque ut locis et personis praedicti Regni<sup>a</sup>, et omnium Ducatum, Comitatum, Provinciarum, Civitatum, Terrarum et Dominiorum dicto Stanislao Augusto Regi quomodolibet subiectorum opportune consulere, Teque erga illos utilem, et benignum exhibere possis, Tibi, legatione tua huiusmodi durante, et intra illius fines, atque erga illius personas, et loca ibi existentia dumtaxat per Te ipsum, vel alium, seu alios Viros probos, et idoneos, Primatiales, Metropolitanas, et alias Cathedrales, ac Collegiatis, et Parochiales ecclesias, nec non Monasteria tam Virorum, quam Mulierum, Prioratus, Praepositatus, et loca saecularia, et quorumvis ordinum etiam Mendicantium, Regularia, nec non Hospitalia etiam exempta, dictaeque Sedi immediate subiecta, et quocumque alio privilegio suffulta, eorumque Capitula, Conventus, Universitates Collegia, et personas tam saeculares, quam regulares, etiam, ut praedicitur, exemptas, et subiectas, quoties Tibi videbitur, iuxta Sacros Canones, et Decreta Concilii Tridentini Apostolica auctoritate visitandi, et in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, et consuetudines, vitam, mores, ritus, disciplinam, tam coniunctim, quam divisim, ac tam in capite, quam in membris diligenter inquirendi, necnon Evangelicae, et Apostolicae Doctrinae ac Sacrorum Canonum, et Conciliorum generalium Dec[94r]retis, ac sanctorum Patrum traditionibus, atque institutis inhaerendo, et prout occasio, rerumque qualitas exegerit, quacumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione et etiam in integro editione indigere cognoveris, reformandi, mutandi, corrigendi, et de novo condendi, condita Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini Decretis non repugnantia, confirmandi, publicandi, et executioni demandari faciendi, abusus quoscumque tollendi, regulas, constitutiones, observationes, et ecclesiasticam disciplinam ubicumque illae exciderint modis congruis restituendi, et reintegrandi praedicti Concilii Triden-

tini Decreta, ubi non dum introducta sunt, proponendi, et introducendi, ac custodiri praecipendi, ipsasque personas tam saeculares, quam regulares, etiam exemptas et privilegiatas, male viventes seu relaxatas, aut ab illarum institutis deviantes, seu alias quomodolibet delinquentes diligenter inquirendi, corrigendi, emendandi, coercendi, et puniendi, ac ad debitum, et honestum vitae modum revocandi, prout iustitia suaserit, et ordo dictaverit rationis, ac quidquid inde statueris, et ordinaveris perpetuo observari faciendi, contra inobedientes, falsarios, usurarios, raptos, incendiarios, et alios criminosos, et delinquentes quoscumque etiam exemptos, eorumque fautores, et receptatores, cuiuscumque dignitatis, ordinis vel condi[94v]tionis fuerint, per viam accusationis, vel denuntiationis, aut ex officio etiam summarie simpliciter et de plano, ac sine strepitu, et figura iudicii similiter inquirendi et procedendi, reosque, prout canonicae requirunt sanctiones, et alias Tibi videbitur expedire, puniendi.

Insuper praedictorum criminum, et alias quascumque criminales, civiles, matrimoniales, et beneficiales, merasque, et mixtas, ecclesiasticas, et profanas, ad Forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes causas, praeterquam in prima instantia, nisi per appellationem ab irreparabili gravamine, vel a sententia vim diffinitivae habente, tam per viam recursus, vel simplicis querelae, quam etiam quarumcumque appellationum a quibuscumque Iudicibus ordinariis et etiam a Sede praedicta delegatis interpositarum, et dicta Legatione durante, interponendarum vigore, ac alias quomodolibet pro tempore devolutas, motas, et movendas cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis, et connexis, etiam summarie simpliciter, et de plano, ac sine strepitu, et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, terminisque substantialibus etiam unico contextu servatis, vel eorum loco praefixo termino arbitrio tuo procedendo audiendi, et fine debito, prout iuris fuerit, terminandi, et ad hunc, caeterorumque contingentium effectum quoscumque etiam per edictum publicum, constito prius etiam summarie, et extrajudicialiter de non [95r] tuto accessu, citandi, et monendi, eisque, ac etiam quibuscumque Iudicibus, caeterisque personis, quibus et quoties opus fuerit, etiam per simile edictum, ac etiam sub censuris, et poenis ecclesiasticis tuo vel Delegatorum tuorum arbitrio moderandis, et applicandis inhibendi, et contra inoboedientes, et rebelles quomodolibet censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, interdictum ecclesiasticum apponendi, et relaxandi, auxiliumque brachii saecularis invocandi, seu causas ipsas alii, vel aliis personis idoneis in dignitate ecclesiastica constitutis modo, et forma praemissis, ac cum simili, vel limitata potestate, praeterquam in eadem prima instantia ut supra pariter audiendas, et terminandas delegandi, quascumque personas adversus sententias, res iudicatas, et contractus quoscumque, prout iuris fuerit, in integrum restituendi, quoscumque a quibusvis censuris et poenis simpli-

citer, vel ad cauthelam, si et postquam congrue, prout debent, tam partibus, quam Iudicibus satisfecerint, prout iuris fuerit, absolventi. Praeterea quoscumque ad te recurrentes, qui homicidium, etiam voluntarium, sacrilegium, simoniam, et periurii reatum quomodocumque commiserint, quique bellis interfuerint, qui manus violentas in clericos, et Presbyteros (non tamen episcopos, et superiores Praelatos, nec in favorem haeresis vel haereticorum) iniecerint, necnon qui ratione beneficiorum per eos obtentorum horas canonicas non recitaverint, vel qui infra tempus [95v] a iure statutum, vel in fundatione, aut alias requisitum se ad sacros ordines promoveri non fecerint, et qui ante legitimam aetatem ad sacros ordines sine dispensatione Apostolica, vel sine dimissoriis sui ordinarii, aut extra tempora a iure statuta, aut per saltum, vel alias ex quavis causa male promoveri se fecerint, quique Beneficia ecclesiastica incompatibilia etiam contra Constitutionem felicis recordationis Ioannis Papae XXII<sup>2</sup>, Praedecessoris nostri, quae incipit „Execrabilis”<sup>3</sup> etc., aut alias indebite detinuerint, etsi ipsi, vel alii quicumque ex aliis quibuscumque causis fructus ecclesiasticos indebite quomodocumque perceperint, et praeterea eos, qui adulterium, incestum, fornicationem, aut aliud quodcumque peccatum carnis perpetraverint, necnon literarum, et supplicationum Apostolicarum falsarios, usurarios, raptos, incendiarios, et aliorum quorumcumque criminum ad forum ecclesiasticum pertinentium reos tam Clericos, quam Laicos, si hoc a te humiliter petierint, homicidas voluntarios videlicet, ac in susceptis ordinibus simoniacos clericos, eis ab altaris ministerio perpetuo, ante aetatem legitimam promotos, eis tamdiu ab executione suorum ordinum, ad quos ante aetatem promoti fuerint, donec ad eandem legitimam aetatem pervernerint, et amplius arbitrio tuo suspensis, alios vero simoniae labe occasione Beneficiorum infectos, Beneficiis ipsis prius realiter, et cum effectu dimissis, et qui Beneficia contra dictam constitutionem „Execrabilis”, aut alias indebite [96r] retinuerint, illis pariter dimissis, necnon qui fructus ecclesiasticos indebite perceperint, illis pro facultate impetrantium arbitrio tuo ecclesiis, et locis, unde profecti sunt, restitutis, vel in pauperes erogatis, vel etiam ipsis impetrantibus in toto vel in parte dimissis, usurarios vero, facta prius usurarum restitutione, falsarios autem, incendiarios et raptos facta condigna satisfactione, aliisque iniunctis paenitentibus salutariis, et aliis iniungendis, in utroque Foro absolventi, necnon cum omnibus, et singulis praefatis super irregularitate per eos praemissorum occasione, vel alias quomodolibet ex causa homicidii voluntarii, simoniae, bi-

---

<sup>2</sup> Ioannes XXII (Iacobus de Osa, 1244-1334), papa inde ab anno 1316.

<sup>3</sup> Cf. Ioannis PP XXII *Extravagantes*: „Execrabilis”, Tit. III: *De praebendis et dignitatibus* (Avignonii, XIII Kal. Decembris, Anno secundo [1318]). Cf. ANP, XLI/1, p. 7, notam 23.

gamiae realis, et defectus natalium contracta, sive quod huiusmodi sententiis, censuris, et poenis ligati Divinis (non tamen in contemptum clavium) se immiscuerint, ita ut illa non obstante, nisi aliud canonicum obstet impedimentum, promoveri possint ad reliquos sacros ordines, servata forma Concilii Tridentini, et in illis promoti in altaris ministerio ministrare et quaecumque alia Beneficia ecclesiastica, cum cura, et sine cura recipere, et retinere, dummodo plura non sint, quamque iuxta eiusdem Concilii Tridentini decreta permittuntur, dispensandi, omnemque inhabilitatis, et infamiae maculam, sive notam contra eos insurgentem abolendi, ac eos in pristinum, ac eum, in quo antea erant statum, restituendi. Necnon Apostatas ab ordine, sive Religione, postquam ab ovile redierint, vel si necessitas, aut utilitas postulaverit, ad alios ordines [96v] pares, vel strictiores transierint, ac prorsus quoscumque alios in omnibus, et quibuscumque aliis casibus tam ordinariis Locorum, quam etiam Sedi praedictae reservatis, non tamen contentis in Litteris die Coenae Domini<sup>4</sup> legi solitis necnon excommunicationis, aliisque censuris, et poenis ecclesiasticis, et temporalibus, quas propterea quomodolibet incurrerint, salutaribus poenitentis iniunctis, et aliis iniungendis, etiam in utroque foro per te, vel alium absolvendi. Ac quibusvis in aetate legitima constitutis, et aliis idoneis Clericis, et Sacerdotali militiae adscribi volentibus, qui competenter beneficiati, et adeo arctati fuerint ratione Beneficiorum per eos obtentorum, ut si tempora a iure statuta expectarent, Beneficia ipsa propter eorum non promotionem vacarent, ut ad titulum Beneficiorum huiusmodi ad omnes sacros, et Praesbyteratus ordines a suo in unitate fidei, et dictae Sedis oboedientia perseverante, alioquin a quocumque alio, quem maluerint, Catholico Antistite, gratiam, et communionem Sedis praedictae habente, extra Romanam Curiam et in propria Dioecesi residente, vel in aliena de Dioecessani loci consensu Pontificalia exercente quibusvis tribus Dominicis, aut alias festivis de praecepto Ecclesiae servari solitis diebus non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio arbitrio eiusdem Antistitis definiendo interpolatis, etiam extra tempora a iure statuta, ac etiam quibusvis aliis iuxta canonicas sanctiones qualificatis, necnon Civitatis, et Dioecesis, in quibus similes Antistites non [97r] fuerint, ut pariter cum eisdem dimissionariis litteris a quocumque alio, quem maluerint Catholico Antistite clericali caractere insigniri, ac ad omnes etiam sacros, et Presbyteratus ordines promoveri, et in illis sic promoti etiam in altaris ministerio ministrare possint, licentiam tribuendi. Insuper cum corpore vitiatas, dummodo non sit tanta deformitas, quae scandalum generet in Populo, aut Divinis

---

<sup>4</sup> Bulla „In Coena Domini”, seriem excommunicationum continens, in forma definitiva a Paulo V 8 IV 1610 promulgata est, cf. *Bullarium Romanum*, t. XI, p. 610-624. Cf. ANP, XLI/1, p. 7, notam 24.

praestet impedimentum, ut pariter ad omnes etiam sacros, et Presbyteratus ordines promoveri, ac cum graduatis quorum centum, cum aliis vero, quorum quinquaginta Ducatorum auri de Camera secundum communem aestimationem valorem annum fructus, redditus, et proventus non excedunt, ut quaecumque Beneficia ecclesiastica cum cura, et sine cura, etiamsi sint Canonicatus, Praebendae, ac Dignitates, Personatus, Administrationes, vel officia in Cathedralibus, et Metropolitanis, et Dignitates ipsae, post Pontificalem maiores, vel Parochiales ecclesiae, seu earum perpetuae vicariae, si tibi alias canonice conferantur, seu ipsi praesententur, vel assumantur ad ea, et instituantur in eis, recipere, et dummodo plura simul non sint, retinere, et simili modo super impedimento publicae honestatis iustitiae, ubi solum sponsalia intercesserint, ac cum eis qui per fornicationem seu adulterium se polluerint, dummodo in mortem defuncti Coniugis quidquam machinati non fuerint, ut matrimonium inter se contrahere, et in facie Ecclesiae [97v] solemnizare, ac pariter in eo remanere libere, et licite valeant, dispensandi, prolemque exinde susceptam, et suscipiendam legitimam decernendi atque nuntiandi. Ad haec quaecumque Beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura saecularia, et quorumvis ordinum regularia in Regno, Ducatibus, Comitatus, Provinciis, Civitatibus, Terris, et Locis in Dominiis praedictis consistentia, etiamsi saecularia Canonicatus, et Praebendae, Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia Parochiales ecclesiae, vel earum perpetuae Vicariae, Cappellae, aut perpetuae Cappellanae, regularia vero Beneficia huiusmodi Prioratus, Praepositurae, Praepositus, Dignitates, Personatus, administrationes, vel officia fuerint, et ad Prioratus, Praeposituras, Praepositus, Dignitates, Personatus, administrationes, vel officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, dummodo saecularia Canonicatus, et Praebendae, seu Dignitates in metropolitanis, vel aliis Cathedralibus, et Collegiatis ecclesiis principales, regularia vero Beneficia huiusmodi conventuales dignitates, aut monasteria non sint, ac nulla Beneficia praedicta dispositioni Apostolicae alias, quam ratione vacationis illorum in mensibus, in quibus vacantium Beneficiorum ecclesiasticorum dispositio Nobis, et Apostolicae Sedi reservata existit, vel pro tempore erit reservata, vel affecta existant per obitum illorum possessorum, aut alias quovis modo, ac ex quibuscumque personis eum [98r-99v]<sup>b</sup> [100r] extra Romanam Curiam, et infra limites tuae Legationis vacantia, et vacatura personis idoneis, iuxta Concilii Tridentini aut alias canonicas sanctiones qualificatis, et servata in Parochialibus ecclesiis praedicti Concilii forma, conerendi, et de illis etiam providendi. Ac quaecumque monitoriales, poenalesque litteras in forma, significavit, consueta contra occultos, et ignotos malefactores, et maleficia revelare differentes, servata forma

eiusdem Concilii, et constitutionum felicitatis recordationis Pii Papae V<sup>5</sup>, etiam Praedecessoris nostri in Cancellaria Apostolica publicorum concedendi, necnon permutationes rerum, et bonorum ecclesiasticorum quorumcumque, quorum valor annuus summam quinque Ducatorum auri de Camera non excedat, cum aliis similibus fundo, et fructu melioribus bonis in evidentem utilitatem ecclesiarum, et locorum ecclesiasticorum, servata forma litterarum piae memoriae Pauli Papae II<sup>6</sup>, similiter Praedecessoris nostri etiam super hoc editarum, et alias in forma solita confirmandi, et, ut aliae simili modo fiant licentiam tradendi, et tribuendi. Postremo quibuscumque utriusque sexus personis ecclesiasticis, et saecularibus, quas ad loca, ecclesiastico interdicto intra fines tuae Legationis, et auctoritate Apostolica supposita, declinare contigerit, ut in eis ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, et interdictis prorsus exclusis, dummodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, in sua, domesticorumque, et familiarum [100v] huiusmodi praesentia celebrare, et celebrari facere possint, licentiam tribuendi. Item omnibus utriusque sexus Christifidelibus ad pia, et salutaria opera exercenda centum, aut plures dies citra annum, necnon vere poenitentibus reffectis, qui quascumque saeculares vel regulares ecclesias, seu cappellas in una, vel duabus anni festivitibus, dumtaxat a primis vespere usque ad occasum solis cuiuscumque festi diei visitaverint, et pro unione Principum Christianorum, ac Fidei Catholicae propagatione, ac haeresum extirpatione pias preces Altissimo effuderint, quo die festo id egerint, septem annos, et totidem quadragenas ut infra de iniunctis eis, seu alias debitis poenitentis, misericorditer in Domino relaxandi, ita quod relaxatio huiusmodi semel tantum pro una ecclesia, seu cappella fiat, et si pro duobus festis concedatur, ad triennium, pro uno vero concessa ad quinquennium tantummodo debeat perdurare. Necnon vota quaecumque (ultramarino, visitationis liminum Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum de Urbe, Beatae Mariae de Laureto, Sancti Iacobi in Compostella, ac castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi, ac iuramenta quaecumque ad effectum agendi dumtaxat, relaxandi. Insuper quibusvis personis ecclesiasticis saecularibus etiam Presbyteris, ut leges, et iura civilia ad quinquennium audire, et in illis studere, et quoscumque actus scho[101r]lasticos exercere, et in eis, postquam idonei fuerint, gradus consuetos suscipere. Denique omnibus et quibuscumque ecclesiasticis personis, et Presbyteris, ut de bonis, et rebus ecclesiasticis iuxta formam in quinterno Cancellariae Apostolicae adnotatam testari, et disponere possint, facultatem concedendi. Ac, ut concessionem, gratiam, et litteras per te vigore praesentium concedendae, sublatis

---

<sup>5</sup> Paulus V (Camillus Borghese, 1552-1621), papa inde ab anno 1605.

<sup>6</sup> Paulus II (Petrus Barbo, 1417-1471), papa inde ab anno 1464.

obstaculis suum sortiantur effectum, quascumque personas ad effectum dumtaxat omnium, et singulorum praemissorum consequendum ab omnibus, et quibuscumque excommunicationis etc. innodare fuerint, dummodo in eis per annum non insorduerint, absolventi, et absolutas fore censendi, vicesque tuas in praemissis, sive in toto, sive in parte committendi, Iudices, Assistentes, Commissarios, et Executores pro praedictorum, et litterarum tuarum executione, et observatione delegandi, mandata, prohibitiones, monitoria, etiam sub censuris, et aliis poenis praedictis, caeterisque bene visis remediis, etiam appellatione postposita, decernendi, ac omnia et quaecumque alia in praemissis, et circa ea necessaria, et opportuna faciendi, dicendi, gerendi et exequendi, etiam per alium, seu alios, auctoritate Apostolica tenore praesentium plenam liberam facultatem, et auctoritatem concedimus. Decernentes te omnibus facultatibus, et concessionibus praefatis, etiam cum derogatione, suspensione, indultis, irritantibus et [101v] aliis decretis, et clausulis necessariis, et opportunis, ac in Litteris Apostolicis concedi, et extendi solitis, in quibuscumque partibus legationis praedictae, libere, et licite uti posse, ac in concessionibus, gratiis, et aliis per te auctoritate praesentium, tuaeque legationis faciendis, soli narrativae tuae, ac etiam solis concessionibus, et Litteris tuis, absque alia praesentium insertione, seu exhibitione, sive notarii, testiumve adhibitione stari, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, sicque per quoscumque Iudices et Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales sublata etc. attentari. Non obstantibus Litteris rec. memoriae<sup>c</sup> Sixti Papae IV<sup>7</sup>, etiam Praedecessoris nostri, quibus inter alia cavetur expresse, quod nuntii dictae Sedis, etiam cum potestate Legati de Latere, tam quoad Beneficia conferenda, quam dispensationes, et alias gratias concedendas facultatibus uti non possint, nec quaevis clausulae in Litteris facultatum huiusmodi appositae adversus dictas Litteras quidquam suffragentur, nec non de fructibus, et aliis praefatis, ac aliorum quorumcumque Conciliorum universalium, Provincialium, et Synodaliu[m] etiam rec. memoriae<sup>c</sup> Bonifacii Papae VIII<sup>8</sup>, pariter Praedecessoris nostri de una, et de duabus dietis, aliisque Apostolicis, ac in Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, nec non Cancellariae Apostolicae Regulis, nullis prorsus exceptis, et quae singulatim in quacumque re exprimi possint, statutis quoque et consuetudinibus [102r] ecclesiarum, Monasteriorum, Universitatum, Collegiorum, Civitatum, et Locorum huiusmodi, nec non ordinum quorumcumque etiam roboratis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis Litteris Apostolicis contra illa, et illis etiam ab alio, vel aliis impetratis, seu alias quovis modo concessis, non utendo

---

<sup>7</sup> Sixtus IV (Franciscus della Rovere, 1414-1484), papa inde ab anno 1471.

<sup>8</sup> Bonifacius VIII (Benedictus Gaetani, 1235-1303), papa inde ab anno 1294.

personae praestiterint eatenus, vel in posterum praestare contigerit iuramentum, ac quibusvis aliis privilegiis, et indultis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque etiam Cisterciensis et Cluniacensis ordinum, ac ipsorum Superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam clausulis, et decretis per quoscumque, ac quotiescumque concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, caeterisque contrariis quibuscumque ubi, et quando expediet, secundum rei, et casus exigentiam in genere, vel in specie, ac tam coniunctim, quam divisim valeas derogare, ac super his indulgere. Quodque aliqui super provisionibus sibi faciendis de Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictae Sedis, aut Legatorum eius Litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, et decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus personas in quarum favorem per te de Beneficiis praedictis providebitur, aut alias disponetur, in eorum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Beneficiorum aliorum praeiudicium generari, seu si locorum ordinariorum, vel collatoribus, aut quibusvis aliis communiter etc. indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per Litteras Apostolicas non facientes etc. mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indultis, et Litteris Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quae praesentibus, nec non Litteris per Te earundem praesentium vigore concedendis, non expressa, vel omnino non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus, quorumcumque totis tenoribus etc. mentio specialis. Volumus autem, ut praesentium transumptis etiam impressis manu Regentis Cancellariae tuae, et sigillo tuo obsignatis eademque ostensae. Datum [apud] <sup>d</sup>-S. M[ariam] M[aiorem] die 18 Septembris 1775 a[nno] p[rimo]-<sup>d</sup>

<sup>e</sup>-Placet, I[oannes] A[nge]lus<sup>e</sup>

<sup>d</sup>-I. Card. de Comitibus<sup>d</sup>

<sup>a</sup>*deletum*: nec non Lithuaniae, Prussiae, Masloe [recte: Masoviae], caeterorumque. Cf. *adnotationem* b

<sup>b</sup>*paginae 98r-99v insertae sunt instructioni, sumptae sunt ex epistula Iosephi Garampi: [98r] Articolo di cifra di Monsignor Garampi del 13. Luglio 1774<sup>9</sup>. Quanto poi alle muta-*

---

<sup>9</sup> In epistula ad nuntium Garampi die 11 VI 1774 scripta secretarius status rogavit, quae potestates nuntiorum Vindobonensis et Varsaviensis mutandae essent propter terras Poloniae adeptas. Garampi in epistula die 13 VII 1774 scripta docuit quaedam mutanda esse in documentis officialibus, quae nuntiis munus diplomaticum incipientibus traduntur. Cf. Ga-

zioni che è necessario di fare in avvenire nei Brevi, che si spediranno ai Nunzii delle due rispettive Nunziature (intendo cioè di quelli delle facoltà) per quelli almeno di Polonia non accaderà di fare cambiamento alcuno; giacché nel mio non vedo nominate le Diocesi, ma soltanto, e semplicemente annunciati in genere i Dominii della Republica. Vero è, che vi si esprimono nominatamente la Prussia, la quale non entra ora più in tal categoria, e la Mazovia; ma stante l'attuale cambiamento di questo Regno, parmi che possa bastare, che si dica in genere [*sequitur textus, qui linea subducta notatus est*] =ut Locis et personis praedicti Regni, nec non Magni Ducatus Lithuaniae caeterorumque omnium Ducatum [98v] Comitatumque= [*finis textus linea subducta notati*]. Toglierei adunque l'enunciativa della Mazovia (che non è necessaria) per non dar risalto all'ommissione che ora si farà della Prussia. [99v] *Ascriptum*: Piccola variazione da farsi ai Brevi facoltativi del Nunzio di Polonia

<sup>c</sup> *debet esse: felicis memoriae vel felicis recordationis*

<sup>d-d</sup> *manu Innocentii de Comitibus (Conti)*<sup>10</sup>

<sup>e-e</sup> *manu Pii VI. Supplicationes a summis pontificibus subscribebantur primis litteris nominis in baptismo accepti (hic: Ioannes Angelus Braschi)*

## N. 53

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 18 IX 1775*

*Impertit ei facultatem concedendi quinquaginta personis nobiles licentiam in oratoriis privatis missam celebrandi et quinquaginta aliis altare portabile possidendi.*

*Reg.:* AV, Sec. Brev., Reg. 3826 f. 105r-v. In f. 105v in margine et sub textu: Pro R.P.D. Ioanne Andrea Archiepiscopo Chalcedonensem Nuntio Poloniae. Indultum concedendi quinquaginta personis nobiles licentiam celebrari faciendi, et aliis quinquaginta licentia habendi Altare portabile. Est iuxta expedit pro Nuntiis Praedecessoribus. *Summarium simile atque in f. 106v.*

Venerabili Fratri Ioanni Andreae Archiepiscopo Chalcedonensi  
ad Carissimum  
in Christo Filium nostrum Stanislaum Augustum Poloniae Regem  
Illustrem Nostro, et Apostolicae Sedis Nuntio

Pius Papa VI

Venerabilis Frater salutem. Ut tu quem nuper nostrum, et Apostolicae Sedis apud Carissimum in Christo filium nostrum Stanislaum Augustum,

---

rampi ad Pallavicini, 13 VII 1774, AV, Segr. Stato, Polonia 315 f. 25v-26r (tota epistula AV, Segr. Stato, Polonia f. 315, 23r-27v).

<sup>10</sup> Innocentius Conti (1731-1785), cardinalis inde ab anno 1771, secretarius brevium papalium annis 1775-1782.

Poloniae Regem Illustrem nuncium deputaverimus, spirituali consolationi ac commoditati personarum illarum partium melius consulere valeas, supplicationibus tuo nomine Nobis etc. inclinati, Fraternalitati tuae, ut quinquaginta personis nobiles illarum partium ex aliqua tibi benevisa causa, quod in privatis quisque domorum suarum oratoriis ad hoc decenter extractis, et ornatis, seu extruendis et ornandis ab omnibus domesticis usibus liberis per ordinarium loci prius visitandis, et approbandis, ac de ipsius ordinarii licentia eius arbitrio duratura, unam missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem domibus celebrandi licentia alteri concessa non fuerit, per quemcumque sacerdotem ab eodem ordinario approbatum saecularem, seu de superiorum suorum licentia regularem, sine tamen quorumcumque iurium parochialium praeiudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, nec non quinquaginta aliis personis similibus, ut in itinere per eos pro tempore faciendo altare portatile, debitis tamen cum honore, et reverentia habere, et super eo, ubi ecclesiarum commoditas defecerit, et in casu necessitatis tantum, sacrosanctum Missae sacrificium per quemcumque sacerdotem approbatum saecularem, seu regularem, ut supra, in locis ad id congruis ac decentibus in sua, ac familiarum suarum praesentia celebrari facere libere, et licite valeant, concedendi, et indulgendi facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et impartimur. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod familiares servitiis eorum, quibus similes licentias in oratoriis huiusmodi celebrandi per te vigore praesentium concedi contigerit, non necessarii ibidem missae interessentes, ab obligatione audiendi missam in ecclesia diebus festis de praecepto minime liberi censeantur. Datum [apud] <sup>a</sup>-S. M[ariam] M[aiorem] die 18 Septembris 1775 a[nno] p[rimo]-<sup>a</sup>

<sup>b</sup>-Placet, I[oannes] A[nge]lus]-<sup>b</sup>

<sup>a</sup>-I. Card. de Comitibus-<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu Innocentii de Comitibus (Conti)

<sup>b-b</sup> manu Pii VI

## N. 54

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 18 IX 1775*

*Impertit ei facultatem exercendi pontificalia in quibuscumque locis, ubi eum pro tempore adesse contigerit. Contrariis non obstantibus.*

*Reg.: AV, Sec. Brev., Reg. 3826 f. 107r. In margine et sub textu: Pro R.P.D. Ioanne Andrea Archiepiscopo Chalcedonensem Nuntio Poloniae. Indultum exercendi Pontificalia. Est iuxta expedit pro aliis. Summarium simile atque in f. 108v.*

Venerabili Fratri Ioanni Andreae Archiepiscopo Chalcedonensi  
ad Carissimum  
in Christo Filium nostrum Stanislaum Augustum Poloniae Regem  
Illustrem Nostro, et Apostolicae Sedis Nuntio

Pius Papa VI

Venerabilis Frater salutem. Personam tuam Nobis, et Apostolicae Sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benevolentia, ac specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, Tibi, ut in quibuscumque locis, ubi Te pro tempore adesse contigerit, quotiescumque de iure ex sacrorum canonum, et Concilio Tridentini Decretorum prescripto Tibi licebit Pontificalia exercere libere, et licite valeas, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum [apud]<sup>a-S.</sup> M[ariam] M[aiorem] die 18 Septembris 1775 a[nn]o p[ri]mo<sup>a</sup>

<sup>b</sup>-Placet, I[oannes] A[ngelus]<sup>b</sup>

<sup>a</sup>-I. Card. de Comitibus<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu Innocentii de Comitibus (Conti)

<sup>b-b</sup> manu Pii VI

## N. 55

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 18 IX 1775

*Impertit ei facultatem creandi sex protonotarios apostolicos.*

*Reg.: AV, Sec. Brev., Reg. 3826 f. 109r-110r. In f. 110v in margine et sub textu: Pro R.P.D. Ioanne Andrea Archiepiscopo Chalcedonensem Nuntio Poloniae. Facultas creandi sex Protonotarios Apostolicos. Est iuxta expedit pro eius Praedecessore. Summarium simile atque in f. 110v.*

Venerabili Fratri Ioanni Andreae Archiepiscopo Chalcedonensi ad Carissimum in Christo Filium nostrum Stanislaum Augustum Poloniae Regem Illustrem Nostro, et Apostolicae Sedis Nuntio Pius Papa VI

Venerabilis Frater salutem salutem etc. Cum nos hodie te, ad Carissimum in Christo filium nostrum Stanislaum Augustum, Poloniae Regem Illustrem, nostrum et Sedis Apostolicae nuntium cum facultatibus Tibi ad hoc munus obeundum necessariis, et opportunis destinaverimus prout in nostris desuper expeditis Litteris plenius continetur<sup>1</sup>, nunc, ut munus ipsum maiori cum utilitate, et dictae Sedis decore valeas adimplere, ultra alias tuas facultates, Tibi sex tantum viros ecclesiasticos virtute, et meritis praestantes, ac Nostri, et Sedis Apostolicae in primis devotos in nostros, et eiusdem Sedis notarios auctoritate nostra apostolica recipiendi et admittendi, ac illos aliorum nostrorum, et dictae Sedis notariorum numero, et consortio favorabiliter aggregandi, eisque, ut etiamsi habitum, et rochetum non deferant, nihilominus omnibus, et singulis facultatibus honoribus, et praesentibus, indultis, privilegiis, exemptionibus, et praerogativis, quibus alii nostri, et dictae Sedis notarii tam de iure, quam de consuetudine utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum pari modo (absque tamen nostrorum, et eiusdem Sedis notariorum de numero participantium praeiudicio, et citra exemptiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas, et facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et notarios creandi, aliaque similia privilegia eisdem notariis de numero [109v] participantium concessa, seu ab eis praetensa, quibus notarii a Te creandi nullibi uti valeant) uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, concedendi, et indulgendi licentiam, et facultatem impartimur. Non obstante Lateranensis Concilii<sup>2</sup> de certo eorundem notariorum numero, cui per hoc alias non intendimus derogare, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, necnon Collegii dictorum notariorum etiam etc. consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod notarii per te vigore praesentium creandi antequam exercitio tituli, insignium, et privilegiorum notariis huiusmodi competentibus perfrui incipiant, ne dum in manibus tuis, seu alterius personae in ecclesiastica dignitate constitutae professionem Fidei iuxta articulos pridem a Sede praedicta propositos emittere, et solitum fidelitatis iuramentum praestare teneantur, sed ulterius ante praedictum exercitium, et intra menses tres ex tunc proximos, etiam sub inhabilitatis ad quascumque pensiones, et beneficia ecclesiastica in posterum obtinenda, aliisque nostro, et pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio poenis exhibere, seu exhiberi facere exemplum sive transumptum authenticum tuarum litterarum eorum creationis in notarios penes [110r] Nostrum et eiusdem Sedis Secretarium Brevium omnino debeant, quodque de hac vo-

---

<sup>1</sup> Cf. N. 52.

<sup>2</sup> Cf. Concilium Lateranense V (1512-1517), sessio 10:II,7.

luntate nostra in praedictis tuis Litteris fiat mentio specialis. Datum [apud]  
<sup>a</sup>S. M[ariam] M[aiorem] die 18 Septembris 1775 a[nno] p[rimo]<sup>a</sup>  
<sup>b</sup>Placet, I[oaannes] A[ngelus]<sup>b</sup>

<sup>a</sup>I. Card. de Comitibus<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu Innocentii de Comitibus (Conti)

<sup>b-b</sup> manu Pii VI

## N. 56

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 18 IX 1775

*Extendit facultates ei concessas ad exercitum regis Poloniae contra Turcas conscribendum.*

*Reg.: AV, Sec. Brev., Reg. 3826 f. 111r-v. In f. 111v in margine et sub textu: Pro R.P.D. Ioanne Andrea Archiepiscopo Chalcedonensem Nuntio Poloniae. Extensio facultatum illi concessarum ad exercitum Regis Poloniae contra Turcas, quatenus conscribatur, et procedant extra Regnum Poloniae, durante eius munere Nuntii huiusmodi est iuxta expedit pro eius Antecessore. Summarium simile atque in f. 112v.*

Pius Papa VI

Ad futuram etc. Ad ea, per quae spirituali personarum in Carissimi in Christo Filii nostro Stanislao Augusto Poloniae Regis Illustris, exercitu contra Turcas pro tempore conscripto militantium consolationi, et animarum saluti consulitur, libenter intendimus, ac desuper officii nostri partes favorabiliter interponimus. Nuper siquidem Venerabilem Fratrem Ioannem Andream Archiepiscopum Chalcedonensem nostrum, et Sedis Apostolicae ad praedictum Stanislauum Augustum Regem nuntium cum potestate Legati de Latere destinavimus, utque Regni Poloniae, eiusque locorum, et personarum statui, et saluti eiusdem Ioannis Andreae Archiepiscopi opera consulatur, certas eidem Ioanni Andreae Archiepiscopo facultatis concessimus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis Litteris plenius continetur<sup>1</sup>. Cum autem evenire possit, ut durante munere nuntii huiusmodi exercitus contra Turcas conscribatur, et eundem exercitum pro Fidei Catholicae, et eiusdem Regni defensione extra illius fines progredi oporteat, idcirco nos facultatum, et Litterarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, in eventum conscriptionis, et

---

<sup>1</sup> Cf. N. 52.

progressus exercitus contra Turcas huiusmodi omnes, et quascumque facultates Ioanni Andreae Archiepiscopo praedicto, a nobis ut praedicitur, concessas, ad omnes et singulas personas exercitus praedicti contra Turcas, ut praedicitur, conscribendi, in quocumque loco fuerit, apostolica au- [111v]ctoritate tenore praesentium extendimus, et ampliamus, ac Ioannem Andream Archiepiscopum praedictum dictis facultatibus, cum omnibus et singulis personis in dicto exercitu, quocumque loco fuerit, militantibus uti, illasque exercere libere, et licite posse decernimus, et declaramus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum [apud] <sup>a</sup>-S. M[ariam] M[aiorem] die 18 Septembris 1775 a[nno] p[rimo]-<sup>a</sup>

<sup>b</sup>-Placet, I[oannes] A[ngelus]-<sup>b</sup>

<sup>a</sup>-I. Card. de Comitibus-<sup>a</sup>

<sup>a</sup>-<sup>a</sup> *manu Innocentii de Comitibus (Conti)*

<sup>b</sup>-<sup>b</sup> *manu Pii VI*

## N. 57

### *Litterae passus a Pio VI Ioanni Andreae Archetti datae*

*Romae, 18 IX 1775*

*Novum nuntium in Polonia nominatum commendat et rogat, ut ei in itinere auxilio adsint.*

*Reg.: AV, Sec. Brev., Reg. 3826 f. 113r-v. In f. 113v in margine et sub textu: Pro R.P.D. Ioanne Andrea Archiepiscopo Chalcedonensem Nuntio Poloniae. Passus in forma solita iuxta expedit pro Nuntiis praedecessoribus.*

Pius Papa VI

Universis, et singulis praesentes Litteras inspecturis salutem etc. Cum Venerabilem Fratrem Ioannem Andream, Archiepiscopum Chalcedonensem ad Carissimum in Christo Filium nostrum Stanislaum Augustum Poloniae Regem Illustrem nostrum, et Sedis Apostolicae nuntium deputaverimus, nos cupientes, ut illi tutum iter ubique tam eundo, quam redeundo, pateat, Carissimos in Christo Filios Nostros Reges, et Respublicas, nec non Dilectos Filios Nobiles Viros Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, nec non Exercituum, et Classium Generales, et alios Capitaneos, Colonellos, Ductores, et Milites, ac Arcium, et Portuum Castellanos, et quoscumque Custodes, aliosque Christifideles, etiam nobis non subditos, quo possumus affectu paterno in Domino requirimus, et hortamur, subditis vero nostris praecipimus, et mandamus, ut eundem

Ioannem Andream Archiepiscopum, et Nuntium tam eundo, quam redeundo, una cum familiaribus, et sociis, sarcinis, et rebus suis universis tuto, et libere per sua quisque loca, ditiones, et dominia, terra, marique in cuiuscumque personae, vel nationis navigio eum transfretare contigerit, ac sine alicuius [113v] vectigalis, datii, vel gabellae solutione transire, et in eisdem commorari, et conversari nostra causa libenter permittant, ac illum honoribus, et humanitatis officiis prosequantur, necnon securitatem in itinere, prout opus fuerit, concedant, et praestent; in quo nobis non subditi rem gratissimam nobis fecerint, nosque eis vicissim parem gratiam, ubi occasio tulerit referemus; subditi vero nostri suam erga nos fidem, et obedientiam declarabunt. Datum [apud] <sup>a</sup>-S. M[ariam] M[aiorem] die 18 Septembris 1775 a[nno] p[rimo]<sup>a</sup>

<sup>b</sup>-Placet, I[oa]nnes] A[n]gelus<sup>-b</sup>

<sup>a</sup>-I. Card. de Comitibus<sup>a</sup>

<sup>a</sup>-a *manu Innocentii de Comitibus (Conti)*

<sup>b</sup>-b *manu Pii VI*

## N. 58

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

*Romae, 23 IX 1775*

*Pretium impedimentorum Roma Anconam vehendorum parvum constitutum est. Amictus servitorum nuntii secundum morem novissimum insigni generis ornati sunt. Notum facit se sacerdotem et archiepiscopum creatum esse. Operam dat, ut quam primum Roma proficiscatur.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. Incipit: Vi accludo la lettera di Giovanni Battista che ricevo in questo ordinario...

## N. 59

### *Instructio Congregationis de Propaganda Fide Mons. Archetti designato Nuntio in Polonia data*

*Romae, 24 IX 1775*

*Tractatur de rebus ecclesiastico-iuridicis post partem terrarum Poloniae ademptam. Sermo est de collegiis papalibus Brausbergae (Braniewo), Krasla-*

*viae (Kraslaw) et Vilnae sitis. Tractatur de rebus pertinentibus ad fideles ritus Graeci, hierarchiam graeco-catholicam et Basilianorum ordinem. Afferuntur recentia decreta Congregationis de Propaganda Fide. In memoriam revocatur, quo loco sint res epi Stanislai Boguslai Siestrzeńcewicz. Saepe commemoratur instructio amplior, quae Iosepho Garampi tradita est, quae in quaestionibus maximis adhuc valida est.*

**Or.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 10 f. 2r-16v.

**Reg.:** APF, Istruzioni 3 f. 442r-459v.

**Min.:** APF, Istruzioni 3 f. 464r-468v.

Istruzione particolare per Mons. Archetti nuovo Nunzio di Polonia.

Perché Mons. Archetti Arcivescovo di Calcedone nuovo Nunzio di Polonia abbia le tracce delle cose, che in quella Nunziatura appartengono alla cura e direzione della S. Congregazione di Propaganda, si è creduto molto opportuno di comunicargli in copia l'Istruzione medesima, che fu data a Mons. Garampi suo immediato Antecessore<sup>1</sup>. Si aggiungono ora questi pochi fogli ad oggetto d'indicargli quelle provvidenze, che sonosi prese dopo che fu compilata quella Istruzione.

E primieramente fa d'uopo avvertire, che per le note dismembrazioni della Polonia, essendo passate in dominio della Casa d'Austria molte terre di quella Repubblica, come il Palatinato di Russia Rossa<sup>2</sup>, parte del Palatinato di Podolia e parte dell'altro di Sandomiria, ha la medesima fatto avvertire, che le cose queste terre riguardanti si trattino col mezzo della Nunziatura di Vienna, onde è che l'is[2v]pezione sopra il Collegio Armeno e Ruteno di Leopoli, e sopra il rito degli Armeni, l'Arcivescovo de' quali risiede nella medesima città di Leopoli, apparterrà fino a nuova provvidenza a Mons. Nunzio di Vienna. Per le altre terre poi, passate in dominio Prussiano e Russo, avendo Mons. Garampi conservata tutta quella influenza, che nelle circostanze si poteva bramare, vi ha <sup>a</sup>luogo a sperare<sup>a</sup> che si continuerà il sistema sul piede medesimo, giacché senza questa influenza, specialmente nelle terre occupate dalla Russia, rimarrebbe quel numeroso cattolicismo un corpo acefalo, e per conseguenza in gravissimo pericolo di far passaggio allo scisma. Per conservarsi poi nel possesso di questa necessarissima influenza, intenderà Mons. nuovo Nunzio da Mons. Garampi quali mezzi siansi adoperati e quali convenghino alla Russia, e quali altri alla Prussia.

Venendo ora alle cose particolari si dirà prima del

---

<sup>1</sup> Cf. Istruzione della Congregazione de Propaganda Fide per l'Ill.mo Mons. Garampi nuovo Nunzio Apostolico in Polonia, AV, Arch. Nunz. Varsavia 68 f. 72r-107r.

<sup>2</sup> Palatinatus Russicus (vel Ruthenicus).

Collegio di Brunsberga<sup>3</sup>

Di questo Collegio, che ora è in dominio Prussiano, oltre ciò che si è detto nella Istruzione<sup>b</sup>, dovrà Mons. Nunzio specialmente interrogarne Mons. Garampi per intendere dal medesimo lo stato in cui si trova, e la maniera che si è [3r] usata per conservarlo al bene della religione in quelle parti.<sup>c</sup> Lo stesso Mons. Garampi con sua lettera del 12 Luglio 1775<sup>4</sup> ha fatto tenere alla S. Congregazione un piano di nuovo regolamento per detto Collegio. Questo dovrà aversi in considerazione, quando ne venga l'opportunità, il che sarà di regolamento<sup>d</sup> a Mons. nel caso, che questa si presentasse.

Seminario di Craslau<sup>5</sup>

Dal seguente decreto vedrà Mons. qual provvidenza si è presa per ottenere che si adempia la mente della S. Congregazione in questo Seminario. Invigilandosi per la esecuzione e per la buona educazione de' giovani, altro non rimane a dire su questa materia.

„Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae die 8 Iulii 1774<sup>6</sup>

Referente R.P.D. Stephano Borgia<sup>7</sup> secretario Alumnos quinque e Dioecesi Smolenski<sup>8</sup> sumendos, et in Collegio Craslau expensis Apostolicae Sedis educandos iuxta Decretum huius S. Congregationis editum die 27 Augusti 1758 haud facile propter dioecesis ipsius angustiam haberi posse, Eminentissimi Patres in sententia fuerunt, ut quoties contingit alumnos dioecesis [3v] praedictae in totum vel in parte deficere, Collegi Rector de consensu Nuntii Apostolici Poloniae eorum loco alios iuvenes e regionibus Curlandiae<sup>9</sup>, et Livoniae<sup>10</sup> arcessere debeat; volueruntque insuper, ut idem Rector quotannis tam de numero Alumnorum, quam de moribus, ac profectu cuiusque in litteris non modo Nuntium Apostolicum praedictum, verum etiam hanc S. Congregationem certiore reddere teneatur.

---

<sup>3</sup> Braniewo, cf. SGKP t. 1, p. 387sqq.

<sup>4</sup> APF, SC, Mosc. Pol. Rutheni 12 f. 279r-284r.

<sup>5</sup> Kraslavia (Kraslaw), oppidum in dioecesi Livonica situm.

<sup>6</sup> Cf. APF, Istruzioni 3 f. 429r.

<sup>7</sup> Stephanus Borgia (1731-1804), secretarius Congregationis de Propaganda Fide inde ab anno 1770, cardinalis inde ab anno 1789, inde ab anno 1802 praefectus Congregationis supra dictae.

<sup>8</sup> Dioecesis Smolenscen(sis), ritus Rutheni (urbs princeps Smolensca in territorio Russo).

<sup>9</sup> Curonia (Couronia).

<sup>10</sup> Livonia.

Quam S. Congregationis sententiam per eundem D.num Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatam in audientia habita die 10 Mensis currentis, Sanctitas Sua benigne approbavit, confirmavitque, nec non omnimodo executioni mandari iussit, quibuscumque in contrariam nihil obstantibus.

Datum Romae ex aedibus dictae S. Congregationis die et anno quibus supra”.

### Collegio di Vilna<sup>e</sup>

Dopo la soppressione della Compagnia<sup>f</sup>, per insinuazione della S. Congregazione e di Mons. Garampi fu dalla S. Memoria di Clemente XIV dato questo Collegio in amministrazione ai Monaci Basiliani Ruteni. La cosa non ha incontrato difficoltà, anzi si crede molto opportuna al buon indirizzo dei giovani. A questo fine sonosi con approvazione di Sua Santità stabiliti alcuni punti sostanziali tanto per il governo del Collegio, quanto per la scelta de’ professori. Eccone il decreto, l’esecuzione del quale si rende sommamente importante per il bene di quel Collegio.

„Decretum S. Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae die 21 Augusti 1775<sup>11</sup>

Dum Sacra Congregatio serio cogitaret de idoneis Philosophiae et Sacrae Theologiae Professoribus in Pontificio Vilnae Collegio instituendis, opportunum accidit ut P. Porphyrius Sharbeh Wazinski<sup>12</sup> inclitae Congregationis Sancti Basilii Magni Ruthenorum modernus Proto-Archimandrita (cui Congregationi praefati Collegii cura est demandata) humilissime supplicaverit, ut sibi facultas fieret substituendi duobus ex quatuor alumnis eiusdemmet ordinis, qui in memorato Collegio locum obtinent, duos monachos aetate maturos, ac in Theologica facultate apprime versatos, ut ibidem eam docerent, imposito Vice-Rectori pro tempore onere legendi Philosophiam: Eminentissimi Patres referente R.P.D. Stephano Borgia Secretario studium, ac vigilantiam praedicti P. Proto-Archimandritae plurimum commendante, audito voto R.P.D. Archiepiscopi Berythensis Nuntii Apostolici Regni Poloniae, decreverunt supplicandum esse Sanctissimo, ut dignetur supradictis precibus annuere, his tamen adiectis conditionibus, videlicet.

I. Ut ad munus legendi Theologiam in prefato Collegio per P. Proto Archimandritam, audito Proto Archimandritali Consultorio, caeteris prae-

<sup>11</sup> Cf. Welykyj, ACP V, p. 78-79.

<sup>12</sup> Porphyrius Skarbek Ważyński (1730-1804), protoarchimandrita basilianorum annis 1772-1780, 1788-1789, inde ab anno 1790 epus Chelmensis ritus Rutheni.

ferantur ii Monachi, qui alumni extiterunt in Collegio Urbano, quique aliis morum integritate et scientia praestant.

II. Ut ex nominandis, alii sint ex Provincia Polona, alii ex Lituana.

III. Sic nominati praesentari debebunt D. Nuntio Apostolico pro tempore, qui illos eliget, ac <sup>s</sup>in Lectores<sup>s</sup> instituet, quos in Domino digniores iudicabit. Meminerit tamen idem D. Nuntius <sup>s</sup>prae oculis semper habere<sup>s</sup> mentem esse S. Congregationis<sup>h</sup>, ut ex Lectoribus unus semper sit Lituanus, alter vero Polonus, nisi personarum, ac temporum circumstantiae aliter suaserint.

IV. Similiter Rector et Vice Rector <sup>s</sup>praefati Collegi<sup>s</sup> praesentari debebunt a Proto Archimandrita, et a D.no Nuntio approbari.

V. Ut Lectores in docendo, ac in sentiis eligendis <sup>s</sup>quoad res adhuc controversas, nec non in methodo tradendarum [5r] disciplinarum<sup>s</sup>, quantum fieri poterit, se conforment praxi, ac studiorum rationi<sup>i</sup> Collegii Urbani.

VI. Tandem ut Rector, Lectores Theologiae, et Vice-Rector, cuius, ut dictum est, partes erunt Philosophiam alumnis tradere, non possint a munere docendi sub quocumque praetextu a Proto Archimandrita, vel a Provincialibus, inconsulto eodemmet Nuntio Apostolico removeri.

Facta vero Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia Papa VI. Per dictum D.num Secretarium in Audientia habita die 27 Augusti eiusdem anni praesentis Decreti Relatione: Sanctitas Sua illud benigne approbavit in omnibus, iussitque, ut executioni demandaretur.

Datum Romae ex edibus dictae S. Congregationis die 2 Septembris 1775.

Iosephus Maria Card. Castelli Praefectus<sup>13</sup>

Stephanus Borgia Secretarius<sup>14</sup>

### Collegio Armeno e Ruteno di Leopoli

Per la ragione di sopra addotta niente accade di notare sopra questo Collegio, e sopra il Rito Armeno, che quasi tutt'ora si trova ora in dominio della Casa d'Austria. [5v]

### Dei Ruteni e Metropolitano Ruteno

Nella relazione segnata lettera E<sup>14</sup> <sup>a</sup> aggiunta all'Istruzione di Mons. Garampi, avrà Mons. Nunzio il proseguimento del grande affare di Mons.

---

<sup>13</sup> Iosephus Maria Castelli (1705-1780), inde ab anno 1759 cardinalis, praefectus Congregationis de Propaganda Fide annis 1763-1780.

<sup>14</sup> Cf. A 1.

Metropolitano di Russia<sup>15</sup> per rapporto ai suoi Coadiutori<sup>16</sup> tanto nella Metropolia, quanto nel Vescovado di Vladimiria<sup>17</sup>. Intenderà poi da Mons. Garampi in qual stato rimanga quello spinosissimo del decreto, o sia sancito<sup>a</sup> della regia delegazione, col quale i Coadiutori sono illegittimamente entrati nel possesso dell'amministrazione dei beni temporali spettanti alla Metropolia ed al Vescovado.

Capitolo Ruteno di Vladimiria  
De' figli de' preti Ruteni

Niente vi ha, che si debba aggiungere a questi articoli.

Del transito de' Ruteni al rito Latino

Per questo transito, che sempre si è veduto di mal occhio dai Ruteni<sup>k</sup> è tornato in acconcio di fare un particolare decreto in conferma degli articoli<sup>k</sup> per i tanti Ruteni, che sono nei vecchi e nuovi acquisti della Russia. Dal tenore di esso intenderà Mons. Nunzio quale sia stata e sia la massima della Santa Sede nel punto del transito suddetto. [6r]

„Decretum S. Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae die  
21 Martii 1774<sup>18</sup>.”

S. Congregatio iustis de causis permota, ad relationem R.P.D. Stephani Borgia Secretarii, decrevit consulendum esse Sanctissimo, ut pro omnibus Locis, et Provinciis, quae Monscorum Imperio<sup>19</sup> modo subsunt, dignetur renovare Decretum felicitis recordationis Urbani Papae VIII<sup>20</sup> de non transitu Ruthenorum ad Latinum Ritus, editum sub die 7 Februarii 1624<sup>21</sup>, ac insuper mandare prefatorum Locorum, et Provinciarum Ordinariis, ut illud in suis Dioecibus, aut Districtibus quamprimum publicent, nec non Christifideles, sive ii Latini sint, sive Graeci, ut idem Decretum sancte, ac inviolabiliter observent sub poenis in eo contentis”.

---

<sup>15</sup> Felicianus Philippus Wołodkowicz (1697-1778), inde ab anno 1762 metropolita Kioviensis.

<sup>16</sup> Antoninus Młodowski (1724-1778), epus Vladimiriensis anni 1772-1778; Ludovicus Leo Szeptycki (1717-1779), epus Leopoliensis annis 1749-1779, coadiutor Kioviensis inde ab anno 1762, metropolita inde ab anno 1778.

<sup>17</sup> Dioecesis Vladimiriensis et Brestensis ritus Rutheni (urbs princeps Vladimiria).

<sup>18</sup> Cf. APF, Istruzioni 3 f. 430r-v. Cf. Welykyj, ACP V, p. 44.

<sup>19</sup> Imperium Russicum.

<sup>20</sup> Urbanus VIII (Matheus Barberini, 1568-1644), papa inde ab anno 1623.

<sup>21</sup> Cf. Welykyj, ACP I, p. 16.

### Decretum est autem hujusmodi

„Ad conservandam pacem, et concordiam inter Ruthenos Unitos, et ob alias gravissimas causas Sanctissimus in Christo Pater, et D.nus Noster D.nus Urbanus Divina Providentia Papa VIII de consilio et consensu<sup>1</sup> Venerabilium Fratrum Suorum S.R.E. Cardinalium Congregationis de Propaganda Fide, decrevit, ne de caetero Ruthenis Unitis sive Laicis, sive Ecclesiasticis, tam Saecularibus, quam Regularibus, et praesertim Monachis S. Basilii ad Latinum Ritum quacumque de causa, etiam urgentissima, sine speciali Sedis Apostolicae Li[6v]centia transire liceat, et proinde omnibus Archiepiscopis, Episcopis, et Officialibus Ruthenorum Unitorum districte praecipiendo mandavit, ne deinceps licentias pro huiusmodi transitu Subditis Suis, cuiuscumque gradus, et conditionis existant, concedere praesumant, et Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Praelatis Latinis, ac eorum Officialibus, ne Ruthenos praedictos Unitos ad Ritum Latinum transire volentes quovis praetextu, aut causa <sup>m</sup>cum licentia Ruthenorum Praelatorum Suorum recipere audeant sub poenis nullitatis actus, et aliis arbitrio Sanctitatis Suae, et Romanorum Pontificum Successorum Suorum transgressoribus infligendis. Non obstantibus etc.

Facta vero Sanctissimo D.no N.ro Clementi Divina Providentia Papae XIV per dictum D.num Secretarium in Audientia diei 10 Aprilis [1774]<sup>22</sup> relatione suprascriptae sententiae S. Congregationis, Sanctitas Sua illam benigne approbavit, mandans Decretum, de quo agitur, in memoratis Locis, ac Provinciis publicari, nec non ab omnibus, ad quos spectat, observari.

Datum Romae ex Aedibus dictae S. Congregationis die 10 Iulii 1774<sup>23</sup>.

### De Monaci Basiliani Ruteni

Si parla nell'Istruzione data a Mons. Garampi, e nell'[7r]aggiuntavi relazione segnata lettera E<sup>a</sup> del Capitolo celebrato dai Monaci Basiliani in Brest nel 1772<sup>23</sup>, e dell'esame fatto dalla S. Congregazione sotto il giorno 10 Luglio 1775<sup>24</sup> delle nuove costituzioni compilate per il buon governo dell'Ordine Basiliano. Quali siano le provvidenze prese dalla S. Congregazione sopra questa importante materia, potranno da Mons. Nunzio rilevarsi dal tenore, che si aggiunge de' decreti emanati in detta Congregazione de' 10 Luglio.

<sup>22</sup> Cf. Welykyj, *Audientiae* I, p. 180-181.

<sup>23</sup> Capitulum Brestense (2-23 II 1772), cf. M. Wojnar, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954, p. 26-27.

<sup>24</sup> Cf. Welykyj, *Acta* V, p. 54-78.

„Decretum S. Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae  
die 10 Iulii 1775

Expositis per Eminentissimum et Reverendissimum D.num Card. Castelli Praefectum actis Capituli Generalis PP. Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenae in Civitate Berestense anno 1772 celebrati, relatisque instantiis super modificatione et explicatione nonnullarum Constitutionum in praefato Capitulo editarum, una cum Litteris R.P.D. Archiepiscopi Berythensi Nuntii Apostolici in Poloniae Regno, hoc super negotiis datis, nec non propositis infrascriptis dubiis videlicet<sup>25</sup>.

I. An, generatim loquendo, Acta Capitularia, de quibus agitur, sint approbanda?

II. Et in specie, an expediat approbare Constitutiones Sessionis IV [7v] adversas quas nullus est hucusque, qui reclamet: idque donec per Sedem Apostolicam<sup>n</sup> Constitutionem Corpus iuxta formam Decreti Sacrae Congregationis diei 11 Iulii 1763<sup>26</sup> disponatur, ordineturque, sollemniter approbetur?

III. Interim, an reformanda sit Constitutio 23 praefatae Sessionis IV, ac decerni debeat, quod Procurator Generalis in Curia residens eligatur in Capitulis Generalibus ante Consultores, ipsisque praecedat?

IV. An aliquo pacto sit modificanda Constitutio 33. eiusdem Sessionis, in qua cautum est, ne P. Procurator supradictus audeat aere alieno gravare Hospitium SS. Sergii et Bacchi<sup>27</sup>, inconsulto Proto Archimandrita?

V. An Constitutio 60 edicens, ut Sacrista eiusdem Hospitii alternis vicibus ex una, et altera Provincia designetur ita ut munus Procuratoris Generalis Romani gerente Monacho Lituano, Sacrista sit Monachus Polonus, et e converso, sit sustinenda?

VI. An conveniat, ut Procuratori memorato in publicis functionibus locum concedatur inter Procuratores Generales alienorum Ordinum, idque iuribus, quoad praecedentiam, Congregationis S. Basilii Magni Ruthenorum? [8r]

VII. An expediat ut permittantur Abbatibus praevio tantum P. Proto Archimandritae auditae assensu, et absque S. Congregationis licentia, sibi in respectivis Abbatiis coadiutores adsciscere?

VIII. An ad D.num Russiae Metropolitanum, sive potius ad P. Proto Archimandritam spectet Abbatiarum vacantium administratores designare?

---

<sup>25</sup> Interrogata (Italice) et responsa (Latine) publicavit Welykyj, Acta V, p. 71sq. Cuius textus non continet longiores locos citatos, qui responsa Latina breviter insuper illustrant. Quae fragmenta signis citationis munita sunt.

<sup>26</sup> Cf. Welykyj, ACP IV, p. 174-195.

<sup>27</sup> Romae.

IX. An nomine recursus, qui a Provincialibus ad Proto Archimandritam, occasione vacationis Superioratum Monasteriorum insignium fieri debet vigore Decretorum S. Congregationis, intelligenda sit simplex commendatio, seu potius formalis nominatio unicus, vel plurium, ad eo ut unus ex propositis per eundem Proto Archimandritam eligi omnino debeat?

X. An permitti modo conveniat, ut Proto Archimandrita Provinciarum Suae Congregationis novam divisionem efficiat?

XI. An, cum aliquod occurrit impedimentum, quominus Capitula Generalia eiusdem Congregationis celebrentur in locis per antiqua Statuta designatis, alibi cogi possint?

XII. Utrum concedenda sit Proto Archimandritae facultas dandi Lauream Doctoralem iis Monachis, qui per annos octo praedicationi Verbi Dei operam suam impenderit?

XIII. An Constitutioni 31 pluries memoratae Sessionis IV in qua le-[8v]gitur =Statutum fuit, ut Abbates dent operam, quatenus Pontificalibus utantur iuxta praescriptum S. Congregationis Rituum= aliquid addendum sit, aut in ea quidquam mutandum?<sup>o</sup>

XIV. An consulendum sit Sanctissimo, ut dignetur declarare Monachos Congregationis S. Basilii Magni Ruthenorum, honoratiorem locum habere debere super reliquos Regulares, cuiuscumque Ordinis vel Instituti?

XV. An Procurator Generalis in Curia residens reprehendus sit, quod de rebus gravioribus Suae Congregationis recursum habuerit ad hanc S. Congregationem absque praevio assensu Superiorum Generalium?

XVI. An Proto Archimandrita extra tempus Capitulum possit ad S. Sedem, ac S. Congregationem recursum habere super rebus ac negociis ad totam suam Congregationem spectantibus, secus ac in ultimo Brestensi Capitulo statutum est?<sup>p</sup>

XVII. An nominatio Monachorum, qui ad Pontificia Collegia Urbanum, Vilmense, et Brunsbergense mittuntur pertineat at Proto Archimandritam, seu potius ad Provinciales?

XVIII. An Monachis obscurae conditionis patere debeat aditus ad Superioratus Monasteriorum, quando meritis praefulgeant, et idonei reputentur ad gubernandum?

XIX. An decernendum sit, ut inter duos Provinciarum Poloniae et [9r] Lituanae Secretarios labores partiantur eo modo, et forma, qua ante ultimum Generale Capitulum fieri solebat?

XX. An expediat, ut Congregationi Basilianae Rutenae per Sanctam Sedem concedantur privilegia, quibus gaudent Ordines Mendicantes?

XXI. An, in casu recursus, impertienda sit superioribus Monasteriorum facultas absolvendi generatim a casibus Sedi Apostolicae reservatis?

XXII. An tandem impertienda sit, pariter in casu recursus P. Proto Archimandritae facultas concedendi suis Monachis licentiam legendi libros prohibitos?

## Eminentissimi Patres decreverunt

Ad I et II. Superiores Ordinis incumbant sollicitae executioni Decreti S. Congregationis 11 Iulii 1763, tenoris sequentis, etiam sub novam methodam praescriptam in Sessione IV huius Capituli, et deinde providebitur de Confirmatione Apostolica.

„In Congregatione Generali de Propaganda Fide habita die 11 Iulii 1763, relatis Constitutionibus Monachorum Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum compilatis in [9v] Capitulo Generali Brestensi IV<sup>28</sup> decretum fuit ut sequitur. «Eadem<sup>29</sup> Constitutiones (quemadmodum ipsarum numerus 28 statutum fuit) postquam ab electis duodecim Monachis ad perfectionem redactae, et in unum corpus collectae fuerint, iterum in proximo Generali Capitulo examinentur, et stabiliantur, ac tunc pro impetranda Sedis Apostolicae approbatione ad S. Congregationem remittantur»<sup>30</sup>».

Ad III. Nihil esse innovandum.

Ad IV. Servetur Decretum Sacrae Congregationis 30 Aprilibus 1759, videlicet

„In Congregatione Generali de Propaganda Fide habita die 30 Aprilis 1759<sup>30</sup> ad dubia proposita a Superioribus Generalibus Monachorum Ordinis Sancti Basilli Magni responsum fuit ut sequitur: «Omissis aliis etc. An cavendum sit, ne Pater Procurator Generalis, aliusque Superior sine consensu Proto Archimandritae, et Beneplacito Apostolico aere alieno gravet Hospitium SS. Sergii, et Bacchi in Urbem? Ad 8. Affirmative, hancque legem per R.P.D. Secretarium esse P. Procuratori Generali significandam»<sup>31</sup>». [10r]

Ad V. Servetur in hac parte dispositum in praesenti Capitulo.

Ad VI. Dilata, et ad mentem.

Ad VII. Non posse Abbates sibi adsciscere coadiutores, neque de consensu Proto Archimandritae, sed recurrendum esse in quolibet casu particulari ad S. Congregationem.

Ad VIII. Dilata, et videatur particulariter.

Ad IX. In casu mutationis, vel privationis Superiorum Monasteriorum Insignium servandum esse Decretum Congregationis Particularis diei 19 Novembris 1752<sup>32</sup>, nec non aliud Congregationis Generalis diei 1 Septembris 1766<sup>33</sup>, ea addita declaratione, quod recursus faciendus in dictis casibus per Provinciales ad Proto Archimandritam in hoc tantum consistere

<sup>28</sup> Diebus 5 IX-2 X 1759.

<sup>29</sup> Cf. Welykyj, ACP IV, p. 189-190.

<sup>30</sup> Ibidem, p. 132-137.

<sup>31</sup> Ibidem, p. 136, 137.

<sup>32</sup> Cf. Welykyj, *Congregationes* II, p. 223-253.

<sup>33</sup> Cf. Welykyj, ACP IV, p. 227-236.

debeant, ut eidem Proto Archimandritae<sup>9</sup> exponant causas mutationum vel privationum faciendarum<sup>r</sup>, non vero ius habeant proponendi ex officio Candidatos eidem Proto Archimandritae<sup>9</sup> pro nova electione facienda.

„Decretum S. Congregationis Particularis de Propaganda Fide habitae  
coram Sanctissimo die 19 Novembris 1752  
Super Rebus Ruthenorum  
Dubium XI

An liceat Provincialibus inconsulto Proto Archimandrita [10v] constituere Superiores Locales Monasteriorum Suae Provinciae, illos mutare, vel etiam privare? Et quatenus negative, an teneantur pro omnibus Superioribus constituendis recurrere ad Proto Archimandritam, et quatenus affirmative, an debeant proponere determinatam personam, quam Proto Archimandrita, non adinvento Canonico impedimento, approbare teneatur?

#### Resolutio

Ad XI. Licere Provincialibus cum suo Consultorio iuxta Capitulum Dubnensem Sessionem 13 Constitutionem 7a Superiores, seu Presidentes Minores mutare, secus vero quoad Superiores Monasteriorum insigniorum, pro quibus mutandis, vel privandis Provinciales tenentur omnino recurrere ad Proto Archimandritam ut de propositis ab ipso Monachis illud una cum suo Consultorio Generali statuat, quod iustitiae, regulari observantiae, atque Monasteriorum utilitati magis consonum videbitur. Insigniora vero Monasteria ea omnia reputari debent, quae ius habent mittendi vocales cum suffragio ad Capitula Generalia, et Provincialia<sup>34</sup>. [11r]

„In Congregatione Generali de Propaganda Fide habita die prima Septembris 1766 propositum fuit, ut sequitur.

Se il solo Proto Archimandrita debba proporre al suo Consultorio i Candidati per il governo de' monasteri più insigni, o se piuttosto li debban proporre i Provinciali, e Consultori dell'Ordine, acciocché il Proto Archimandrita col suo Consultorio scelga tra i proposti quello che in coscienza stimerà più idoneo<sup>35</sup>.

„Rescriptum

Ad primum dubium resolutum fuit, quod in casu mutationis, vel privationis Superiorum Monasteriorum Insignium iuxta Declarationem Congre-

<sup>34</sup> Cf. Welykyj, *Congregationes* II, p. 249.

<sup>35</sup> Cf. Welykyj, ACP IV, p. 228.

gationis Particularis die 19 Novembris 1752 habitae, Provinciales recurrere teneantur ad Proto Archimandritam, ut de Monachis propositis ab ipso Proto Archimandrita Suo Consultorio Generali, illud cum eodem Consultorio statuat, quod iustitiae, regulari observantiae, atque Monasteriorum utilitati magis consonum videbitur<sup>36</sup>.

Ad X. Tempore opportuno providebitur.

Ad XI. Servandum esse Decretum Capituli Dubnensis<sup>37</sup>, sed quando intervenerit iusta causa variandi, recurrendum esse [11v] ad S. Congregationem.

Ad XII. Nihil esse innovandum.

Ad XIII. <sup>s</sup>Reformetur Constitutio in hunc, qui sequitur modum Abbatum, quatenus Pontificalibus utantur, iis dent operam iuxta Euchologia, et Praescriptiones Ecclesiae Graecae approbata, et approbatas a Sede Apostolica, et iuxta Decreta S. Congregationis, in quantum nempe cum Ritu Rutheno conciliari possunt<sup>s</sup>.

Ad XIV. Suis loco, et tempore providebitur.

Ad XV. Relata<sup>t</sup>, sed in posterum Procuratores abstineant a similibus.

Ad XVI. Protoarchimandritam<sup>t</sup> super Regulis, et Rebus ad Statum Congregationis spectantibus posse recurrere ad S. Congregationem etiam extra Capitulum, dummodo id faciat de consensu sui Consultorii, nec non Provincialium.

Ad XVII. Spectare ad Proto Archimandritam una cum suo Consultorio iuxta Decretum Capituli Generalis Dubnenis et ad mentem, et mens est, quod istis praesertim temporibus, quoad Alumnos mittendos ad Collegia Vilmensem et Brunsbergensem consulat prius Nuntium Apostolicum.

Ad XVIII. Affirmative, et serventur Decreta Sacrae Congregationis [12r] diei 4 Decembris 1769, et 25 Iunii 1770, quae sunt sequentia.

„Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae die 4 Decembris 1769.

Referente Eminentissimo et Rev.mo D.no Card. Pamphilio<sup>38</sup> instantiam Archimandritarum, seu Abbatum Perpetuorum Ordinis S. Basillii Magni Ruthenorum petentium, ut Proto Archimandrita, Provinciales, et Consultores utriusque Provinciae desumerentur in posterum ex eorum coetu, seu huiusmodi Officiorum haberent alternativam cum Simplicibus Monachis

---

<sup>36</sup> Ibidem, p. 236.

<sup>37</sup> Capitulum basilianorum in Dubno anno 1743 habitum.

<sup>38</sup> Petrus Collona Pamphili (1725-1780), nuntius in Francogalia inde ab anno 1766 cardinalis.

eo quod inter alia inesset in eis qualitas nobilitatis. S. Congregatio rescribendum censuit – Nihil esse innovandum”<sup>39</sup>.

„In Congregatione Generali de Propaganda Fide habita die 25 Iunii 1770. “Iterum proposita per eundem Eminentissimum D.num Card. eadem petitione, rescriptum fuit”. In decisio”<sup>40</sup>.

Ad XIX. Servetur antiquum solitum usque ad novum Capitulum Generale.

Ad XX. Dilata<sup>u</sup>.

Ad XXI. Servanda esse Decreta S. Congregationis diei 2 Iunii [12v] 1760, et diei 11 Iulii 1763<sup>41</sup>, videlicet.

„Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae die 2 Iunii 1760<sup>42</sup>.

Referente R.P.D. Mario Marefasco<sup>43</sup> Secretario instantiam ex parte P. Proto Archimandritae, nec non PP. Provincialium tum Lithuaniae tum Poloniae Monachorum Ordinis S. Basilii Magni petentium sibi concedi facultates per eos communicandas Missionariis proprii Instituti, quos ipsi ad Missiones exercendas deputaverint. S. Congregatio decrevit quod v<sup>o</sup> Scribatur iuxta Votum Metropolitanum, nempe ut tales Missionarii se praesentarent Ordinariis Locorum, ut ab eis cognita eorum idoneitate, possent iisdem communicare facultates necessarias”<sup>v</sup>.

Quae petitio cum iterum facta esset in Congregatione habita die 11 Iulii 1763<sup>44</sup> rescriptum fuit ut sequitur: w<sup>o</sup> „Ad facultates Missionariorum quod attinet, servanda esse Decreta Summorum Pontificum, et S. Congregationis praesertim sub die 2. Iunii 1760”<sup>w</sup>.

Ad XXI. Non competere Proto Archimandritae huiusmodi facultates, sed recurrendum esse ad Sanctam Sedem vel ad [13r] D.num Nuntium pro facultatibus, quas habet<sup>x</sup> in casibus particularibus.

Datum Romae ex Aedibus dictae S. Congregationis die 22 Iulii 1775”.

<sup>39</sup> Cf. Welykyj, ACP V, p. 7-11.

<sup>40</sup> Cf. ibidem, p. 19-22.

<sup>41</sup> In autographo dies falsi ascripti sunt: 11 Iunii 1760, 2 Iulii 1763. Decreta S. Congregationis die 11 Iulii 1763: ibidem, p. 174-195.

<sup>42</sup> Cf. Welykyj, ACP IV, p. 145-146.

<sup>43</sup> Marius Marefoschi (1714-1780), inde ab anno 1759 secretarius Congregationis de Propaganda Fide, inde ab anno 1770 cardinalis. Cf. Welykyj, ACP IV, p. 145-146, ubi prodit relator alterius causae a congregatione die 2 mensis Iunii susceptae, quae fuit causa ad alumnos collegii Vilmensis pertinens (Welykyj, ACP IV, p. 144-145). In documento ad missionarios pertinente nomen Marefuscus non legitur.

<sup>44</sup> Cf. Welykyj, ACP IV, p. 190.

### Confraternita Stauropigiana

Essendo questa Confraternita in Leopoli non accade parlarne di vantaggio, mentre dovrà appartenere la cura a Mons. Nunzio di Vienna.

#### Delle Missioni di Moscovia Della Missione della Nuova Russia Moscovitica Della Missione di Serratoff<sup>45</sup>

Nell'Istruzione data a Mons. Garampi si è parlato ampiamente di queste Missioni, della loro origine, e vicende posteriori. Dopo tutto ciò essendosi fatto un nuovo stabilimento per la cura spirituale delle medesime, come pure di tutti i Latini, che sono nei vecchi e nuovi domini della Russia, fa d'uopo, che Mons. Nunzio ne sia informato.

Tra le molte pretensioni eccitate dalla Russia in questi [13v] ultimi tempi, una è stata quella di voler stabilire un Vescovo per la Russia Bianca che avesse la cura per tutti i Latini suoi sudditi. Fu a questo Vescovado dalla Corte di Pietroburgo destinato Mons. Siestrencewicz<sup>46</sup>, eletto già Vescovo di Mallo in partibus per premure del Re di Polonia; ma essendosi per parte della Santa Sede esposte le molte e gravi difficoltà, che s'incontravano nella erezione di questo nuovo Vescovado, pare che la Russia abbia su di ciò in qualche maniera decampato, contenta per altro, che Mons. di Mallo agisca nei suoi domini sopra i Latini. Perché poi il Prelato non agisca invalidamente ed illecitamente, con particolari Decreti della S. Congregazione, confermati dalla S. Memoria di Clemente XIV, e trasmessi a Mons. Garampi, fu abilitato a curare quelle anime, che sono del seguente tenore.

„Decretum S. Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae die  
31 Januarii 1774<sup>47</sup>

Cum in Provinciis ad Moscorum Imperium pertinentibus ante novissimam locorum Regni Poloniae accessionem nullus adsit Ritus Latini Episcopus, qui pastorem eiusdem Ritus [14r] Christifidelium curam gerat, et spiritualibus illorum necessitatibus, quae Characterem Episcopalem requirunt, consulat. Eminentissimi Patres ad relationem R.P.D. Borgia Secretarii decreverunt, supplicandum esse Sanctissimo, ut dignetur R.P.D. Stanislao Siestrencewicz in Episcopum iam consecrato, de cuius fide, probitate, ac zelo minime dubitatur, committere, ut praefator Christifideles in

<sup>45</sup> Saratovia, oppidum ad Volga flumen situm.

<sup>46</sup> Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz (1731-1826), aepus Mohiloviensis inde ab anno 1783.

<sup>47</sup> Cf. Welykyj, ACP V, p. 43-44.

Domino regat, ac gubernet in iis omnibus, quae ad munus Epsicopale tam quoad ordinem, quam quoad iurisdictionem iuxta Canonicas Sanctiones noscuntur pertinere, ac pro huiusmodi effectu omnes et quascumque facultates necessarias, et opportunas illi impertivi.

Quam S. Congregationis Sententiam per dictum D.num Secretarium Sanctissimo D.no Nostro Clementi Papae XIV in Audientia diei 20 Februarii anni memorati relatam Sanctitas Sua in omnibus approbavit, et facultates, de quibus agitur benigne concessit in contrarium nihil obstantibus. Datum etc. die 5 Martii 1774<sup>77</sup>.

Facultates concessae etc. Domino Stanislao Siestrencevicz Episcopo Mallensi in Partibus Apostolico Delegato pro Latinis existentibus in Moschorum Imperio, non tamen in Provinciis, et locis Regni Poloniae nuper acquisitis.

1. Conferendi Oridines etc. prout in formula prima, praeterquam [14v] in §§ 28 et 29, ubi dici debet, ut sequitur.

28. Praedictus facultates communicandi, non tamen illas, quae requirunt Ordinem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur, Sacerdotibus idoneis, qui in eorum Dioecesibus laborabunt, et praesertim tempore sui obitus.

29. Et praedictae facultates gratis, et sine ulla mercede exercentur, et ad annos quattuor tantum concessae intelligantur nec illis uti possit extra fines Imperii de quo supra.

Ex Audientia Sanctissimi die 20 Februarii 1774

D.nus D.nus Noster Papa praedictus<sup>48</sup> superscriptas facultates ad quadriennium benigne concessit R.P.D. Stanislao Siestrencevicz Episcopo Mallensi in Partibus, Apostolico Delegato pro Latinis existentibus in Moschorum Imperio, non vero in Provinciis, et locis Regni Poloniae nuper acquisitis, ita tamen, ut iisdem nullo modo uti possit extra fines dicti Imperii.

Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fidae habitae die 31 Ianuarii 1774<sup>49</sup>

Cum in Provinciis, et Locis Regni Poloniae, quae nuper in potestatem Imperii Moscovitarum devenere nequeant Episcopi Ordinarii Latini ob temporum circumstantias erga eiusdem Ritus Christifideles Pastoralem Curam modo exercere, Eminentissimi Patres [15v] ad Relationem R.P.D. Stephani Borgia Secretarii, ne tot Christifideles, Pastoris solatio cui onus

<sup>48</sup> Clemens XIV.

<sup>49</sup> Cf. Welykyj, ACP V, p. 43-44..

incumbant, spiritualibus illorum necessitatibus providendi, destituantur, decreverunt, consuedum esse Sanctissimo, ut dignetur R.P.D. Stanislao Siestrencevicz in Episcopum iam consecrato, de cuius fide, probitate, ac zelo minime dubitatur, committere, ut omnes praefatos Christifideles Latini Ritus, qui in Dominium eiusdem Imperii nuper transierunt, in Domino regat, ac gubernet in iis omnibus, quae ad Episcopale munus tam quoad ordinem, quam quoad iurisdictionem iuxta Canonicas Sanctiones noscuntur pertinere et pro huiusmodi effectu omnes, et quascumque facultates necessarias illi concedere.

Quam S. Congregationis sententiam per D. Secretarium Sanctissimo D.no N.ro Clementi XIV in audientia diei 20 Februarii relatam, Sanctitas Sua in omnibus approbavit, ac facultates, de quibus supra, benigne concessit, quibuscumque in contrarium nihil obstantibus. Datum etc. die 5 Martii 1774.

Facultates concessae etc. D. Stanislao Siestrencevicz Episcopo Mallensi in Partibus Apostolico Delegato pro Latinis existentibus in Provinciis, et Locis Regni Poloniae, quae nuper in dominium Moscoviticarum<sup>P</sup> devenerunt.

1. Absolvendi etc. prout in formula tertia.

Ex Audientia Sanctissimi etc. die 20 Februarii 1774 [15v]

Sanctissimus D.nus N.r Papa praedictus suprascriptas facultates ad quadriennium benigne concessit R.P.D. Stanislao Siestrencevicz Episcopo Mallensi in Partibus, Apostolico Delegato pro Latinis existentibus in Provinciis et Locis Regni Poloniae, quae nuper in Dominium Moschorum devenerunt, ita tamen, ut iisdem nullo modo uti possit extra fines dictarum Provinciarum, et Locorum.

La circospetta corrispondenza tenuta da Mons. Garampi con Mons. di Mallo, ha conservato alla S. Congregazione tutta l'influenza sopra le Missioni. Si è potuto e richiamare Missionari, e mandarne de' nuovi, e dare altre provvidenze molto giovevoli al bene della Religione. Tra queste si accenna specialmente quella da tenersi nelle cause matrimoniali compresa nel seguente Decreto.

Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae  
die 30 Maii 1775

Quum difficile factu sit, ut in causis, quae in Moschorum Imperio inter Catholicos super dissolutione Matrimoniorum agitari solent, ad amussim observentur praxes omnes a S. Memoriae Benedicto XIV in Constitutione quae incipit Dei miseratione<sup>a</sup>, EE. PP. referente R.P.D. Stephano Borgia Secretario Literas R.P.D. Archiepiscopi Berythensi in Poloniae Regno

Nuntii [16r] Apostolici hac super re scriptas, decreverunt, consulendum Sanctissimo, ut dignetur, praefata Constitutione non obstante indulgere R.P.D. Episcopo Mallensi<sup>50</sup>, qui Christifidelium Ritus Latini per ea loca degentium curam gerit, facultatem de eisdemmet causis summariae iudicandi, et absque Defensoris interventu, quatenus haberi non possit, ita tamen ut ad sententiam dissolutionis Matrimoniorum, quacumque ex causa ea petatur, devenire non possit, nisi accedente duorum, vel trium Theologorum, ab Apostolico Nuntio Poloniensi pro tempore ad biennium, et non ultra eligendorum, voto atque assensu.

Relato vero Sanctissimo D.no N.ro Pio Divina Providentia Papae VI per dictum D.num Secretarium in Audientia habita die 13 Iunii eiusdem anni [1775], suprascripto Decreto, Sanctitas Sua benigne annuit pro facultate de qua agitur, mandavitque serio moneri tum Episcopum Mallensem, tum Theologos designandos, ut in re gravissimi momenti, qualis est Matrimoniorum dissolutio, caute, et cum debita maturitate procedant, ne, quod absit, ipsi separent legitime coniunctos, proindeque se magni criminis reatu obstringant. Datum etc.<sup>z</sup> die 17 Iunii 1775.

Convorrà pertanto che il nuovo Mons. Nunzio usi pur esso della medesima corrispondenza, la quale nelle presenti circostanze unica rimane a mantenere la S. Congregazione, e la Nunziatura nel pos[16v]sesso di governare le varie Missioni sparse negli Stati della Russia.

Dalla Propaganda, 24 Settembre 1775

aa-G[iuseppe] M[aria] Card. Castelli Prefetto-aa

aa-Stefano Borgia Secretario-aa

<sup>a-a</sup>Reg.: *deletum*: buona lusinga    <sup>b</sup>Reg.: *deletum*: fa d'uopo avvertire che viene presentemente governato da P.    <sup>c</sup>Reg.: *deletum*: Veramente non si è creduto opportuno di dargli una nuova e stabile regola    <sup>d</sup>Reg.: regola    <sup>e</sup>Reg.: *adscriptum in margine*: Nota. Si veda in fine    <sup>f</sup>Reg.: *adscriptum supra*: di Gesù    <sup>g-g</sup>Welykyj, *ACP V*, p. 79 *id omissit*    <sup>h</sup>Welykyj, *ibidem*: S.P.    <sup>i</sup>Welykyj, *ibidem*: nostri    <sup>j-j</sup>Welykyj, *ibidem*: Ut nullus ex memoratis sub quorumque praetextu removeri possit a respectivis officiis, inconsulto eodemmet D. Nuntio. Ex audientia SS.mi, diei 27 Augusti 1775: SS.mus annuit pro approbatione, servatis supradictis conditionibus    <sup>k-k</sup>Reg.: *deletum*: si è creduto molto conveniente di farne uno speciale decreto in conferma degli altri    <sup>l</sup>Welykyj, *ACP I*, p. 16: assensu    <sup>m</sup>Welykyj, *ibidem*: etiam    <sup>n</sup>Reg.: Integrum    <sup>o</sup>Welykyj, *ACP V*, p. 72 *continet enuntiationem, quae demum actis synodalibus addenda sit*: „iuxta Euchologia, et praescriptiones Ecclesiae Graecae”    <sup>p</sup>Reg.: fuit    <sup>q</sup>Welykyj, *Acta V*, p. 73: eidem Archimandritae    <sup>r</sup>*ibidem*: faciendum    <sup>s</sup>Welykyj, *ACP V*, p. 73: Affirmative iuxta votum Domini Nuntii    <sup>t</sup>*ibidem*: dilata, Archimandritam    <sup>u</sup>*ibidem*: et scribatur D. Nuntio pro informatione et voto    <sup>v-v</sup>Welykyj, *ACP IV* p. 146: Scribatur iuxta votum Metropolitanum    <sup>w-w</sup>*ibidem*: Ad facultates Missionariorum quod attinet servanda esse Pontificum, et Sac. Congregationis, praesertim sub die 2 Junii 1760 Decreta    <sup>x</sup>*supervacuum*: et    <sup>y</sup>*adscriptum supra*    <sup>z</sup>Reg.: *Romae ex Aedibus dictae S. Congregationis*    <sup>aa-aa</sup>*manu propria*    <sup>α</sup>*linea subducta notatum*

<sup>50</sup> Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz.

## N. 60

***Stephanus Borgia ad Ioannem Andream Archetti****Romae, 29 IX 1775**Nuntiat de instructione Congregationi de Propaganda Fide tradita.**Cop.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 10 f. 1r. In angulo laevo infero: Mons. Arcivescovo di Calcedone. Nunzio Apostolico di Polonia.*Dalla Propaganda  
29 Settembre 1775

Borgia, Segretario di Propaganda si dà l'onore di far tenere a Mons. Ill.mo Archetti Nunzio Apostolico di Polonia copia dell'Istruzione, che già fu data a Mons. Garampi e che sarà a Sua Signoria Ill.ma di uso nel disimpegno di quegli affari con che lo stesso scrivente pieno del più distinto rispetto se gli rassegna.

Divotissimo ed Obbligatissimo Servitore Vero.

## N. 61

***Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti****Romae, 30 IX 1775**Fuse tractat de pecunia sibi nuntio creato ab avunculo hereditate relicta et de rebus familiaribus ad hereditatem pertinentibus. Gratias agit pro eis, quae sibi narravit de recitationibus et cantibus, quibus artifices animos Bergomensium delectaverunt. Pecunia sibi deest.**Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. Incipit: Nel annesso foglio di alieno carattere si fa menzione di alcune cose...*

## N. 62

***Andreas Stanislaus Młodziejowski ad Ioannem Andream Archetti****Varsaviae, 4 X 1775**Gratias agit pro epistula, qua Archetti scripsit se nuntium apud Polonos creatum esse. Promittit se operam sociam Archettio navaturum esse.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 25, fasc. 358, s.f. Infra ascriptum: S.E. Mgr Archetti nommé Nonce Apostolique pour la Pologne.*

Monseigneur

Votre Excellence m'a prévenu d'une manière si obligeante, en m'annonçant sa nomination à la charge de nonce pour notre Royaume, que je ne pourrai en jamais perdre la mémoire. C'est un événement qui me réjouit doublement. Je suis charmé de voir que Sa Sainteté a fait un si bon choix, et qu'elle a su dignement récompenser le mérite; et je suis pénétré de joie, que justement ma Patrie aura le bonheur de recevoir un prélat si distingué, qui lui sera d'un secours très important pour toutes les affaires de l'Eglise. Je prie Votre Excellence de vouloir bien croire que je ferai tout mon possible pour mériter son amitié et que je serai fort honoré, quand Elle voudra mettre la mienne à l'épreuve. Je suis avec la considération la plus parfaite.

Monseigneur, de Votre Excellence

<sup>a</sup>Le très humble et très obéissant serviteur

Młodziejowski, <sup>b</sup>E. de P., G.Ch.de P:<sup>b</sup> mpp<sup>a</sup>

Varsovie, le 4 octobre 1776.

<sup>a-a</sup>*manu propria*

<sup>b-b</sup>[Evêque de Posen, Grand Chancelier de Pologne]

## N. 63

*Ioannes Andreas Archetti ad Alexandrum Michaelem Sapieha*

*Romae, [4 X 1775]*

*Gratulatur ei de magistratu Cancellarii Magni Ducatus Lithuani capto. Rogat, ut sibi faveat auxiliaturque.*

*Reg.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 172 f. 13-14/172.*

Al Principe Sapieha<sup>1</sup>

Nel momento che giunge a Roma l'universalmente applaudita nuova di essere stata V.ra Altezza di fresco eletta Gran Cancelliere di Lituania, mi faccio un debito di rinnovare a V.ra Altezza quegli uffici, che per inaspettata disavventura non sortirono il loro effetto allorquando la Santità

---

<sup>1</sup> Alexander Michaël Sapieha (1730-1793), cancellarius magnus Magni Ducatus Lithuaniae annis 1775-1793.

di Nostro Signore si degnò destinarli in suo Nunzio Apostolico presso codesto inclito Regno e Repubblica. In questa occasione V.ra Altezza mi permette ch'io sinceramente mi rallegri e congratuli con esso e con tutto il Regno, poichè una sì cospicua [14] carica a così buone mani affidata sono certo che dovrà riuscire, e molto a lei gloriosa e molto vantaggiosa a tutto lo Stato. Conciossiachè V.ra Altezza avrà da quindi in poi un più ampio ed aperto campo in cui impiegare i preziosi suoi talenti a pro della patria, e della religione, e tutto il Regno potrà più abbondanti frutti raccogliere delle molte e luminose sue virtù. Per quello poi che a me si appartiene, se ancor prima io molto mi riprometteva del di lei favore e patrocinio, queste mie speranze or di tanto sono cresciute, di quanto in V.ra Altezza è cresciuta l'autorità ed il potere. Aspetto con molta brama il tempo di poter ancor meglio attestare in voce questi sincerissimi miei sentimenti. In questo mezzo tutto a rivertitissimi comandi suoi proferendomi, nella sua buona grazia mi dono e raccomando, e col più profondo ossequio mi protesto.

#### N. 64

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Iosephum Garampi*

Romae, 7 X 1775

*Iosepho Garampi dat potestatem absolvendi colloquia de conclavi conducendo habita.*

*Cop.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f.*

Mia risposta alla suddetta lettera [di 17 IX 1775].

Restringendo il Sig. Dembinski la sua domanda a cinque cento ungarì gl'affitto di codesta di lei casa, per la quale ne ho già esibiti 450, io mi stenderò per il piacere di conchiudere [v] quest'affare alla somma di ungarì 475, volendo sperare che farà per contentarsi per tale nuovo aumento, fermando il contratto di locazione o per tre anni facendo il solito da lei accennatomi, ovvero per soli due da cominciare però al mio arrivo in Varsavia.

Nel mentre mi lusingo di sentire conchiuso in questi termini l'affitto della casa, attendo eziandio di sentire fissato e conchiuso con Maestro di Casa del Barone Rewiczki il correlativo nostro contratto de' mobili e parati, onde le rinnovo le mie suppliche, affinché si compiaccia di ordinare, e commettere a qualche persona capace la descrizione, o sia pianta della casa, suoi piani, stanze e comodi, notando principalmente le larghezze ed

altezze delle camere destinate al particolar mio uso, quali e quante siano quelle che restano già adottate dei consaputi parati, e se vi sia compresa la stanza di udienza, poiché ogniqualvolta questa non vi fosse compresa, mi occorre di avere la più esatta descrizione della larghezza ed altezza, spartimento delle facciate, e situazione delle finestre e delle porte, siccome già le significai nella prima memoria inviatale. Il famigliare Girolamo Fanechi potrà, essendo abile, dar mano a tale descrizione. Prima di abbandonare il proposito della casa non lascio di pregarla ad insistere presso il proprietario di essa, acciocché questi si presti e si obblighi a tutti quelli risarcimenti, che non solo ella vedrà necessari e convenienti, ma che potrebbero essere anche opportuni e corrispondenti al considerabile accrescimento, che percipisce. [r]

Siccome poi all'arrivo della sua risposta a questa mia io non mi troverò sicuramente in Roma, così la prego a volere dirigere con sopracarta al Sig. Ignazio Testori banchiere in Venezia. E ripetendo i sensi della mia stima ed obbligazione, mi professo etc.

Articolo scritto a detto Mons. Garampi in foglio a parte.

Le ho scritto in modo, ch'ella possa rendere ostensibile al Sig. Dembowski [Demiński] l'articolo riguardante la casa. Potrà altresì, secondo le circostanze dare a dividere di non poter prendersi l'arbitrio di stendersi oltre gli ungarì quattrocento settantacinque. Ma se poi, dopo fatto tutto il possibile, ella vedesse la necessità o di rompere il trattato, o di accordare li richiesti 500 ungarì, intendo di darle l'intiera facoltà di stabilire nel disperato caso di minorazione l'affitto anche in tal somma, confidando io intieramente nella di lei bontà, nel mentre che riguardo quest'affare per conchiuso, come anche l'altro dei mobili e parati, ne attenderò in Venezia il riscontro colle sue prime risposte per le ulteriori disposizioni. Etc.

## N. 65

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, 14 X 1775

*Tradit copias epistularum scriptarum ad fratrem Ioannem Baptistam et alios, in quorum numero erat nuntius Garampi (epistula a Garampi die 17 IX 1775 Varsaviae scripta, una cum responso die 7 X 1775 misso). Disputat multa de rebus nummariis et controversiis cum fratribus habitis. Operam dat, ut Varsaviae in domo omnibus rebus instructa habitet et se totum muneri nuntii explendo dare possit. Sperat se biennium vel triennium exulem futurum esse. Melius ei esset Romae manere, ubi citius honores consequi posset et sine dubio mox cardinalis*

*fieret. Roma die 5 mensis Novembris proficisci cogitat. Adhuc curator domus deest. Sperat se Vindobonae a Checchino Pirovani adiutum iri.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* Ricevo in un botto due vostre lettere...

## N. 66

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, 22 X 1775

*Iterum narrat de controversiis familiaribus circa pecuniam habitis. Scire vult, utrum impedimenta Varsaviam missa sint, an non. Checchino Pirovani Vindobonae eum iuvabit.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* Non siamo ancora in porto...

## N. 67

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, s.d. [29 X 1775]

*Controversiae circa pecuniam mox componentur. Profectio e Roma aliquot dies sera erit. Bononiae vel Mantuae fratrem convenire vult.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* Eccovi copia delle lettere di Gio Battista e del Testori di questo ordinario.

## N. 68

### *Instructio Secretariae Status ad Mons. Archetti designatum Nuntium in Polonia*

Romae, [31 X 1775]

*Instructio nuntio Archetti in Poloniam euntem data. Tractatur de gratia in eunda regis, hominum potentium, laicorum et sacerdotum. Sermo est de omnibus rebus maximi momenti ad nuntiaturam pertinentibus. Huc pertinent: iurisdictio, condicio ecclesiae in terris Poloniae post primam partitionem ademptis, rationes cum imperatoribus Russiae et Prussiae, controversiae circa protocollum diplo-*

*maticum cum legato Russico, similes disputationes cum mareschallo regni, titulatura in epistulis ad episcopum Plocensem, regis fratrem, adhibita, Commissio Educationis Nationalis et monachi scholas administrantes, subsidium charitativum ab ecclesia civitati datum, minor numerus festorum iussorum, commenda abbatiarum, appellationes Polonorum Romam missae, portoria mercium diplomatis subministratarum, quaestiones dissidentium, uniti in Ucraina Polona degentes, controversiae circa mixtam, quae dicitur, commissionem querellis orthodoxorum et graeco-catholicorum audiendis, novi alumni ad collegium Vilnense accipiendi.*

**Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 100 f. 10r-30r. In f. 9r: Istruzioni per Mons. Nunzio di Pollonia [sic!]. In transcriptione Pollonia omnibus locis correctae est. Numeri paragraphorum secundum Min. [desunt in autographo].*

**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 245r-263v. In f. 244r: Istruzioni per Mons. Nunzio di Pollonia [sic!], 1776. In minuta dies non est ascripta, sed ex argumento conici potest eam autumno anni 1775 compositam esse.*

Per Mons. Archetti destinato Nunzio in Polonia<sup>a</sup>

1. Essendo Mons. Nunzio spedito dal Papa al Re ed alla Repubblica di Polonia, dovrà con ogni studio procurare di conciliarsi la stima e la confidenza della Maestà Sua, senza perdere di vista di soddisfare colla sua prudente condotta anche ai magnati, che compongono gli altri due principali ordini del Regno, cioè, il Senatorio e l'Equestre.

2. Da questi due ordini uniti col Re in dieta, dipende la legislazione, restando al nuovo Consiglio Permanente la podestà esecutiva.

3. Ciascun Vescovo Latino in Polonia entra nell'Ordine Senatorio ed a quattro di essi si è dato luogo alternativamente nel Consiglio Permanente.

4. Quali Vescovi siano al presente [10v] i più zelanti ed affezionati alla Santa Sede, potrà Mons. Nunzio indagarlo in parte dal di lui Antecessore, ed in parte riconoscerlo per se stesso, dopo che avrà per qualche tempo soggiornato nella propria residenza.

Porzione di giurisdizione avulsa dalla Nunziatura di Polonia e passata sotto la Nunziatura di Vienna

5. Col recente smembramento della Polonia si è notabilmente diminuita la giurisdizione di quella Nunziatura. L'intera diocesi di Leopoli e tutta l'altra di Premislia, con parte di quella di Cracovia, di Chelma e di Kaminiec<sup>1</sup>, essendo passata sotto il dominio temporale Austriaco, son divenute soggette nello spirituale alla Nunziatura di Vienna. Dovrà pertanto il Nunzio di Polonia astenersi da esercitare qualunque atto di giurisdizione

---

<sup>1</sup> Dioecesis Leopoliensis (urbs princeps Leopoldis), Premisliensis (Premislia), Cracoviensis (Cracovia), Chelmensis (Chelma), Camenecensis (Camenecia Podoliensis).

graziosa o contenziosa in tutti quei paesi, che già costituivano parte del Regno di [11r] Polonia e che al presente sono incorporati agli Stati Ereditari Austriaci.

Altre diocesi smembrate dalla Nunziatura di Polonia

*Ioannem Andream Archetti, novum nuntium, commendat.*

*Reg.: AV, Ep. ad Princ. 175 f. 199r-200r. In f. 199r. eadem manu: Idem Argumentum.*

Carissimo in Christo Filio nostro Iosepho in Romanorum Imperatorem Electo

Pius Papa VI

Carissime in Christo Fili noster salutem etc. Reddet has nostras Augustae Maiestati Tuae litteras Venerabilis Frater Ioannes Andreas Archie-

---

<sup>1</sup> Franciscus Xaverius Branicki (1730-1819), hetmanus magnus Regni inde ab anno 1774.

pisopus Chalcedonensis, quem Ordinarii nostri et Sanctae Sedis Nuncii munus obiturum in Poloniam mittimus. Vehementer a Te petimus, Carissime in Christo Fili noster, ut eumdem Te audentem Regia humanitate excipias, nostrique causa commendatissimum habere eum velis, quem Nos plurima prosequimur benevolentia ob eiusdem eximias virtutes in optime gestis, quibus suis laudibus ad generis nobilitatem plurimum decoris adiunxit. Praeterea egregiam ipse erga Te, omnemque Augustam Domum observantiam, cultum ac [199v] venerationem profitetur et prae se fert. Ille, ut Nos ei mandatis dedimus, nostra Tibi summae paternae caritatis studia ac officia omnia testabitur, proinde a Te petimus, ut omnem adhibere fidem velis Tibi praesertim nostram de Excellenti Tuo, Carissime in Christo Fili Noster, in Religionem animo fiduciam declaranti, tuaeque auctoritatis praesidia, dum in illo Regno pro Fidei Catholicae utilitate rem geret, nostris verbis deposcenti. Minime dubitamus, quin de Pontificiis his precibus eam habeas rationem, quam rei gravitas, tuaque a Te dignitas postulat, eaque consilia, si necesse sit, suscipias, ex quibus optime perspicui possit, quam Tibi cordi sint omnia, quae ad Dei causam pertinent, quamque eandem sartam ac tectam esse ubique contendas. Haec Nos ad Te breviter perscribimus, quae idem Venerabilis Frater tecum coram luculentius nostro nomine pertractabit. Reliquum est Tibi persuadeas quam ille ad Te Apostolicam Benedictionem a Nobis deferet, eandem Nos intimo paterni [200r] cordis sensu in eximiae nostrae caritatis pignus confirmare, et Deum O[ptimum] M[aximum] precari, ut ratam ipse sua benignitate faxit, ac certissimum esse celestium munerum omnium, ac verae felicitatis auspiciam velit. Datum Romae apud S. M. Maiorem etc. die 31. Octobris 1775. Pontificatus nostri anno primo.

## N. 76

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Mariam Theresiam*

Romae, 31 X 1775

*Ioannem Andream Archetti, novum nuntium, commendat.*

*Or.:* HHStA, Rom, Hofkorrespondenz 26, fasc. 1775, f. 1038r-v.

*Reg.:* AV, Ep. ad Princ. 175 f. 200r-202r. In f. 200r. eadem manu: Idem Argumentum.

*Cop.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 178 s.f.

*Cop.:* HHStA, Rom, Hofkorrespondenz 26, fasc. 1775, f. 1036r-1037v.

Carissimae in Christo Filiae nostrae Mariae Theresiae Hungariae Reginae Apostolicae, necnon Bohemiae Reginae Illustri in Romanorum Imperatricem Electae Viduae [1038v]

Pius Papa VI

Carissima in Christo filia nostra salutem et Apostolicam Benedictionem. Mittimus in Poloniam Venerabilem Fratrem Ioannem Andream Archiepiscopum Chalcedonensem, ut ibidem nostri et Apostolicae Sedis Ordinarii Nuncii munus obeat. Ipsi praecipue accurateque mandavimus, ut statim cum istic erit, Regiam Maiestatem Tuam adeat, Tibique salutem et felicitatem cum Apostolica Benedictione nostris verbis impertiat. Dum id peraget, una etiam quae nostra sit, quam singularis, quam eximia, quam omni laude, ac existimatione cumulata in Te caritas, declarare disertissime quidem contendet, sed assequi profecto minime poterit, nisi Tu ipsa tua praecurras fide, omnique significatione maiores esse nostros paternae pietatis in Te sensus Tibi persuadeas. Quod ut praestes, Te vehementer rogamus, a Teque idcirco maiorem in modum petimus, illud existimes, nihil scilicet posse Nobis unquam esse gratius, quam ut hoc Tibi reipsa, ac praestanti aliquo officiorum genere confirmare valeamus. Id quidem, quantum in Nobis fuit, comprobare contendimus Dilectissimo in Christo Filio nostro Archiduci Maximiliano, cum apud Nos esset, in cuius virtute ac Religione praesentem quamdam habere laetati sumus excellentis Animi Tui imaginem; visae enim Nobis sunt in illo Maiorum Suorum ac Tuae praesertim, a quo ille omnia praeclara hausit, cum regia dignitate laudes coram effulgere. Quam eximia proinde Nos ipsum et caritate et existimatione prosequeremur, quamque gauderemus, ut maximi ab omnibus hic in Alma Urbe nostra honores ipsi deferrentur, etsi antea Tibi significavimus, adhuc tamen volumus, ut eiusdem et voluntatis et iucunditatis Nostrae hunc ipsum Venerabilem Fratrem luculentum testem habeas, qui nostro Tibi nomine summas propterea, quas Nos habere profitemur, gratias diligentissime persolvat. Nihil nunc necesse est, Carissima in Christo Filia Nostra, ut, quod optime nosti, sollicitudines Tibi Nostras de Polona Ecclesia, ac de Catholica ibidem Fide explicemus. Ea est in hac re fiducia, quam de Te habemus, ut tua maxima ope, praesidio, auctoritate nitamur. Quas proinde Pontificias pro Dei causa ad Te idem Venerabilis Frater deferet preces, etiam atque etiam Te obsecramus, id apud Te habere pondus velis, quod est potentiae tuae, Tuae dignitati, Tuoque quod geris Apostolicae Reginae Nomini maxime consentaneum. Sed haec uberius Tibi Nostro Nomine ille idem Venerabilis Frater, quemadmodum ipsi mandavimus, declarabit, atque idcirco a Te magnopere petimus, ut eundem benigne humaniterque excipias, quod cum feceris, facile cognosces qui suus sit in Maiestatem Tuam, omnemque Augustam Domum cultus atque observantia, quamque merito ipsi clementiam Tuam praestiteris. Ille praeterea generis sui splen-

dorem insignibus singularis ingenii, prudentiae, fidei ornamentis, ac praecipuo Religionis studio ita illustrat atque auget, ut Nos minime dubitemus, quin gravissimum hoc tempore a Nobis sibi commissum munus utiliter egregieque sit gesturus. Quo magis Tibi et Nostra scilicet, et Sua causa gratus idem atque acceptus ita esse debet, ut omnem illi et habere fidem tamquam Nobis ipsis coram loquentibus velis, et Suam Tui praesto sibi futuri praesidii spem magisque confirmare. Ac in summae et singularis erga Te Caritatis pignus Apostolicam Benedictionem Maiestati Tuae intimo paterni cordis sensu amantissime impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Sub Annulo Piscatoris die XXXI Octobris MDCCLXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

<sup>a</sup>-Benedictus Stay<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 77

### *Pius VI Pontifex Maximus ad card. Christophorum Migazzi*

*Romae, 31 X 1775*

*Ioannem Andream Archetti, novum nuntium, commendat.*

*Reg.: AV, Ep. ad Princ. 175 f. 202r-v. In f. 202r. eadem manu: Idem Argumentum.*

Dilecto Filio nostro Christophoro S.R.E. Presbytero Cardinali Migazzio<sup>1</sup>

Archiepiscopo Viennensi in Austria

Pius Papa VI

Dilecte Fili noster salutem etc. Transiens isthac in Poloniam, in qua Ordinarii nostri et Apostolicae Sedis Nuncii munus gesturus est Venerabilis Frater Ioannes Andreas Archiepiscopus Chalcedonensis has Tibi reddet Litteras, unaque quod ei magnopere in mandatis dedimus, paternae nostrae caritatis studia Tibi uberrime confirmabit. Ei ut omnes in hac re adhibeas fidem, minime necesse est, ut a Te postulemus, cum qui noster in Te animus sit, satis [202v] Tibi perspectum certi plane sumus. Ille tamen quo mandatum hoc nostrum Tibi, Dilecte Fili noster, disertius explicabit, eo certe apud Te pro tua nobiscum coniunctione erit commendatior. Suis etiam ipse generis, ingenii, virtutumque laudibus ita exornatur, ut bene-

---

<sup>1</sup> Christophorus Antonius von Migazzi (1714-1803), aepus Vindobonensis annis 1757-1803, inde ab anno 1761 cardinalis.

volentiam tuam per se etiam sibi facile comparaturus sit. Sed quod ipsi pro suo merito, proque humanitate tua fueris, nostra certe causa cumulatorem Te esse confidimus. Itaque quidquid illi opis, consilii, officiique vel privatim vel publice praestiteris, id Nobis fore novum quoddam tuae in Nos et Apostolicam Sedem pietatis et observantiae pignus existimato. Nos invicem in singulare nostrae in Te voluntatis argumentum Apostolicam Benedictionem Tibi, Dilecte Fili noster, peramanter impertimur. Datum Romae apud S. M. Maiorem etc. die 31 Octobris 1775. Pontificatus nostri anno primo.

## N. 78

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Ferdinandum archiducem Austriae*

Romae, 31 X 1775

*Ioannem Andream Archetti, novum nuntium, commendat.*

*Or.:* HHSStA, Rom, Hofkorrespondenz 26, fasc. 1776 / Korrespondenz zwischen Rom und Mailand, f. 3r-v. Autographum epistulae ad archiducem Ferdinandum scriptae.

*Cop.:* HHSStA, Rom, Hofkorrespondenz 26, fasc. 1776 / Korrespondenz zwischen Rom und Mailand, f. 10r-v. Copia epistulae ad archiducem Ferdinandum scriptae.

*Reg.:* AV, Ep. ad Princ. 175 f. 203r-v. *Praescriptio:* Dilectissimo in Christo Filio nostro Petro Leopoldo<sup>1</sup> Archiduci Austriae, Etruriae sibi subiectae Magno Duci Pius Papa VI. *In f. 203r: eadem manu:* Idem Argumentum. *In f. 203v: eadem manu:* Eodemmodo Exemplarium Ferdinando Archiduci Austriae Governatori et Capiteano Generali Longobardiae Austriae; Infanti Hispaniarum<sup>2</sup>: pro lineatis scribatur: <sup>a</sup>“atque isthac transire cupienti mandavimus in primis, ut Te adire studeat”<sup>a</sup> etc. Pro verbo <sup>a</sup>Austriacam<sup>a</sup> scribatur: <sup>a</sup>V. Ra<sup>a</sup>.

Dilectissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando Archiduci Austriae Governatori et Capiteano Generali Longobardiae Austriae<sup>3</sup>

Pius Papa VI

Dilectissime in Christo Fili Noster Salutem et Apostolicam Benedictionem. Proficiscenti in Poloniam Venerabili Fratri Ioanni Andreae Archiepiscopo Chalcedonensi, quem illuc mittimus Nostrum et Apostolicae Sedis Ordinarium Nuncium <sup>a</sup>mandavimus in primis, ut Te quamprimum adire studeat<sup>a</sup>, Nostroque Nomine Tibi, quam adscripsimus, Benedictionem coram

<sup>1</sup> Petrus Leopoldus Habsburgus (1747-1792), inde ab anno 1790 Leopoldus II imperator.

<sup>2</sup> Ferdinandus I Parmensis (1751-1802), dux Parmensis inde ab anno 1765, nepos Philippi V Bourboni regis Hispaniae, infans inde ab anno 1765.

<sup>3</sup> Ferdinandus Habsburgus Lotharingicus (1754-1806), gubernator Ducatus Mediolanensis annis 1765-1796.

impertiat. Iussu praeterea Nostro Tibi, Dilectissime in Christo Fili noster, exponet, qua in Te paterna eximia Caritate Simus, quamque Tibi, tuaeque Regiae Familiae omnia laeta ac felicia a Deo evenire optemus, et precemur. Neque enim ad significandum Tibi Nostrum hunc erga Te Animum ullam huiusmodi praetermittere opportunitatem possumus. Ipsum autem Chalcedonensem Archiepiscopum ut generis, ita ingenii, ac Virtutum ornamentis praeditum, et gravissimis hactenus huius Sanctae Sedis muneribus bene gestis egregie Nobis carum, quique praeterea Austriacam Universam Domum Singulari venerationis studio observat et colit, si pro generosi Animi Tui magnitudine, et in hanc S. Sedem devotione humaniter exceperis, rem Nobis gratissimam ita feceris, ut quidquid honoris et benignitatis in illum contuleris, tamquam in Nos collatum existimaturi simus. Tibique, Dilectissime in Christo Fili Noster, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Sub Annulo Piscatoris die XXXI Octobris MDCCLXXV Pontificatus Nostri Anno Primo.

<sup>b</sup>Benedictus Stay<sup>b</sup>

<sup>a</sup>Reg.: *verba linea subducta*    <sup>b</sup>manu propria

## N. 79

### ***Pius VI Pontifex Maximus ad Mariam Beatricem principessam Estensem Austriae archiducissam***

Romae, 31 X 1775

*Ioannem Andream Archetti, novum nuntium, commendat.*

**Or.:** *HHStA, Rom, Hofkorrespondenz 26, fasc. 1776 / Korrespondenz zwischen Rom und Mailand, f. 6r-v. Autographum epistulae ad Mariam Beatricem archiducissam.*

**Cop.:** *HHStA, Rom, Hofkorrespondenz 26, fasc. 1776 / Korrespondenz zwischen Rom und Mailand, f. 8r-v. Copia epistulae ad Mariam Beatricem Ducissam.*

**Reg.:** *AV, Ep. ad Princ. 175 f. 204r-v. In praescriptione epistulae legitur: Dilectissimae in Christo Filiae nostrae Mariae Aloysiae<sup>1</sup> Regiae Hispaniarum Infanti, Archiducissae Austriae, et Etruriae sibi subiectae Magnae Ducissae Pius Papa VI. In f. 204r. eadem manu: Idem Argumentum. In f. 204v. eadem manu: Eodemmodo Exemplarium Mariae Beatrici Principessae Estensi Austriae Archiducissae; Mariae Amaliae<sup>2</sup> Arciducissae Austriae Regiae Hispaniarum Infanti – post verbum: obeat: additum – <sup>a</sup>atque isthac transire optantem<sup>a</sup>.*

<sup>1</sup> Maria Ludovica Burbon (1745-1792), uxor Petri Leopoldi Habsburgi, inde ab anno 1790 Leopoldi II imperatoris.

<sup>2</sup> Maria Amalia Habsburgensis (1746-1804), filia Mariae Theresiae et Francisci Stephani Lotharingici, uxor Ferdinandi I Parmensis.

Dilectissimae in Christo Filiae Nostrae  
 Mariae Beatrici Principessae Estensi Austriae Archiducissae<sup>3</sup>

Dilectissima in Christo Filia Nostra Salutem et Apostolicam Benedictionem. Iucundissimum Nobis est opportunitatem quamque capere, qua per Litteras Tibi declarare possimus paternum erga Te eximium Animum Nostrum. Itaque in Poloniam hinc abeuntem Venerabilem Fratrem Ioannem Andream Archiepiscopum Chalcedonensem, ut ibidem Nostri et Apostolicae Sedis Ordinarii Nuncii munus <sup>a</sup>-obeat<sup>a</sup>, voluimus has Tibi, Dilectissima in Christo Filia Nostra, Litteras reddere, et Apostolicam Benedictionem Nostro Nomine impertire. Ex eo intelliges, quanta Te prosequamur Caritate, et illam quantopere Tibi reipsa praestare cupiamus. Hominem eximiis ornatum Virtutibus, et in multis magnisque huius Apostolicae Sedis muneribus multa cum Laude versatum Tibi magnopere commendamus, et quamquam propria Virtute Sua, suoque eximio in Regiam Tuam Domum cultu satis se ipse commendet, tamen pro Tua erga Nos et hanc Sanctam Sedem devotione existimavimus maximum commendationem hanc Nostram apud Te pondus habituram. Illi narranti de Studiosa Nostra erga Te Virumque Tuum, Vestrasque Res omnes voluntate sic fidem adhibebis, ut nedum haud quidquam detrahi ab iis quae dixerit, sed multum etiam augeri posse existimes. Tibique, Dilectissima in Christo Filia Nostra, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXXI Octobris MDCCLXXV Pontificatus Nostri Anno Primo.

<sup>b</sup>-Benedictus Stay<sup>b</sup>

<sup>a</sup>-<sup>a</sup>Reg.: *verba linea subducta*    <sup>b</sup>-<sup>b</sup>*manu propria*

## N. 80

*Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Romae, 4 XI 1775

*Archetti postridie Roma proficisci cogitavit, sed hebdomadam fere manendum ei est. Ex itinere epistulas scribet.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. Incipit: Accuso la vostra 26 scaduto.

---

<sup>3</sup> Maria Beatrix d'Este (1750-1829), uxor Ferdinandi Habsburgi Lotharingici.

## N. 81

***Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti****Romae, 11 XI 1775*

*Hebdomada proxima Archetti Roma proficisci non potuit. Manebit usque ad festum cathedrae a papa capiendae. Quod fiet die 19 mensis Novembris.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* Non mi è stato possibile di partire in questa settimana...

## N. 82

***Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti****Romae, 18 XI 1775*

*Postridie papa cathedram episcopi Romani capiet. Cui festo Archetti intererit<sup>1</sup>. Hebdomada proxima Roma proficiscetur. Sperat Bononiae epistulas fratris sibi traditum iri. Dataria apostolica certiozem eum fecit abbatiam S. Mariae in Portu prope Mantuam sito, cardinali Stoppani<sup>2</sup> mortuo vacuum, ei commissam esse.*

*Autogr.:* Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. *Incipit:* Domani segue il solenne possesso del Papa...

## N. 83

***Lazarus Opitius Pallavicini ad Episcopos Poloniae****Romae, 18 XI 1775*

*Nuntiat de brevi papali tradito, quo de novo nuntio apud Polonos scriptum est. Sperat nuntium benevole ab episcopis acceptum atque adiutum iri.*

---

<sup>1</sup> Festum apparatus factum non est. Imbre nimio factum est, ut in feriam quintam 30 mensis Novembris transferretur. Cf. Cancellieri, p. 421. Cf. N. 84.

<sup>2</sup> Ioannes Franciscus Stoppani (1695-1774), cardinalis inde ab anno 1753, obiit die 18 XI 1774.

*Reg.:* AV, *Segr. Stato, Vescovi* 360, f. 257v-258r. *Praescriptio:* A Monsig.re Arciv.o di Gnesna, Primate del Regno di Polonia [Gabriel Podoski], e Mons. Primate di tutta la Russia [Felicianus Wołodkowicz], ed a Monsig.ri Vescovi di Kiovia [Franciscus Ossoliński], Cracovia [Caietanus Sołtyk], Luceoria [Felix Paulus Turski], Cujavia [Antonius Casimirus Ostrowski], Warmia [Ignatius Krasicki], Wilna [Ignatius Massalski], Chelma [Antonius Onuphrius Okęcki], Culma [Andreas Ignatius Baier], Caminietz [Adamus Krasieński], e Samogizia [Ioannes Dominicus Łopaciński], Plosko [Michaël Poniatowski], Smolensko [Gabriel Wodzyński], Livonia [Ioannes Stephanus Giedroyć].

Non potrà V.ra Signoria Ill.ma non compiacersi della testimonianza, che le reca Nostro Signore del suo speciale affetto col breve, che ha per lei consegnato a Mons. Arcivescovo Archetti, nuovo Nunzio Apostolico a cotesta Corte. Io ne sono così sicuro, che dal suo piacer medesimo ella vorrà trarre maggior motivo di favorire questo Pontificio Ministro in tutte le occasioni dove il richiegga la sua rappresentanza, e di praticare con lui tutti quegli atti di gentilezza, a cui [257v] si sentirà V.ra Signoria Ill.ma bastantemente invitata dalle pregevolissime doti, che in lui concorrono. Ciò toglie a me ogni bisogno di pregarmela, onde rivolgendomi a pregarla piuttosto de' suoi comandi, con vera e distinta stima le etc.

#### N. 84

##### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 2 XII 1775*

*Sunt, qui post profectum Archettii tristes sunt. Papa novum gubernatorem urbis creavit.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 180, s.f. In angulo laevo infero: Mons. Archetti/Brescia.*

Amico Caro

Non so ancora darmi pace della vostra partenza da Roma. Ma bisogna lasciarsi guidare dalla provvidenza, la quale ci conduce dove e come vuole per quelle vie, che sono le più sicure alla nostra santificazione.

Datemi nuove del vostro viaggio, e della vostra salute. Io vi dirò che sto bene, che Mons. Cornaro<sup>1</sup> è stato fatto governatore di Roma, e non ha avuto il voto che del solo Papa. Voto il più decisivo per aver la carica, ma non il più onorevole per riportarne applauso. Giovedì<sup>2</sup> fu fatto il possesso di Sua Signoria con bellissimo tempo. Pochi evviva e niente di straordinaria alle-

<sup>1</sup> Ioannes Cornaro (1720-1789), gubernator Romae annis 1775-1778, cardinalis inde ab anno 1778.

<sup>2</sup> 30 XI 1775.

grezza. Ecco le poche nuove che azzardo in questa prima lettera, la quale chi sa quando vi capiterà. Amatemi come vi amo di cuore. Addio.

## N. 85

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

*Florentiae, 2 XII 1775*

*Archetti die dominica 26 mensis Novembris Roma profectus est. Feria quarta 29 mensis eiusdem Florentiam venit.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f.*

Carissimo Fratello,

Sabato scorso 25 dello scaduto Novembre non vi scrissi, benché fossi tuttavia in Roma da dove partii la domenica seguente 26 Novembre, e mercoledì sera 29 detto giunsi felicemente qui in Firenze. Il tempo mi ha favorito tanto che a primavera non si sarebbe potuto scegliere giorni più belli. Mi trovo qui alloggiato dai Signori della Missione detti alla Fiorentina cuculli<sup>1</sup>, e domani avrò l'udienza da queste Altezze Loro Reali<sup>2</sup>, alle quali presenterò i brevi pontifici, che tengo per esse loro. Lunedì poi, o martedì alla più lunga se sarà terminato qualche necessario risarcimento alla mia carrozza di viaggio m'incamminerò verso Bologna, da dove riceverete le ulteriori nove di me. È stato qui a trovarmi il Sig. Arici, e dal medesimo ho saputo, che l'andare a Parma, e di là a Casalmaggiore è il partito migliore, così il tratto cattivo sebbene sia orribile, è però corto. Mi ricordo che questa fu la via che venni l'ultima volta, che da Brescia feci ritorno a Roma, e ne restai contento. Quanto alla salute, mi pareva che il viaggio mi facesse bene, ma in Firenze non mi trovo benissimo. Eccovi quanto mi occorre dirvi mentre si va avvicinando il momento di caramente abbracciarvi. Addio. Firenze, 2 Dicembre 1775.

Vostro Affettuosissimo Fratello  
G[iovanni] Andrea

---

<sup>1</sup> Cuculi – id est aves, quae „coccyges” vocantur. Quod nomen homines dederunt Missionariis, qui anno 1703 sedem suam constituerunt in ecclesia San Jacopo sopr'Arno, quae olim ad Augustianos pertinebat. Quod nomen significat Missionarios „sedem alienam occupasse”.

<sup>2</sup> Petrus Leopoldus Habsburgus et Maria Ludovica Burbon, in throno Magni Ducatus Toscaniae annis 1765-1790.

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini**Florentiae, 2 XII 1775*

*Narrat de prima parte itineris. Senae et Florentiae nuntio Ioanne Sperelli curante bene acceptus est. Ad ministrum rerum exterarum Florentinum adiit. Expectat, ut a duce et ducissa audiatur. Postea Bononiam ibit.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 327 f. 24r-v.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 1r.*

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Se a principi corrisponderanno i progressi, io potrò umiliare all'Eminenza V.ra nove ogn'ora, liete di me e del mio viaggio. Con un tempo appena sperabile nella primavera son giunto la sera de 29 dello scaduto a Firenze in casa de Signori della Missione, alloggio per me adattato e gentilmente procacciato da Mons. Nunzio<sup>1</sup>. In Siena colla sola avvertenza di spedire pochi momenti prima del mio arrivo un domestico all'ispettore della dogana, ebbi affatto libero il passo per quelle porte, la quale agevolezza è pure ottenuta in Firenze mercé della sollecita cura, che Mons. Nunzio di me si è presa, e tutt'ora si prende in ogni menoma cosa, che mi risguardi. Portatomi secondo il solito in compagnia del medesimo da questo Ministro degli affari esteri Sig. Conte Piccolomini<sup>2</sup> per chiedere l'udienza de' Sovrani<sup>3</sup> e presentar loro i brevi pontifici<sup>4</sup>, fui dal medesimo interrogato se io pure avessi gran fretta di partire, a cui risposi, che non poteva aver luogo la mia partenza se non quando avessi pienamente soddisfatto al principal motivo del mio trattenimento, che era d'inchinarmi a Sovrani. La risposta non è dispiaciuta al Ministro, e tanto dal Gran Duca che dalla Gran Duchessa mi viene dimani mattina accordata l'udienza, dopo la quale sono invitato [24v] a pranzo dal Gran Priore Corsini<sup>5</sup>. Questo è quanto posso riscontrare all'Eminenza V.ra, e se in appresso la mia dimora in Firenze sarà per darmi l'argomento di un'altra mia lettera, adempirò al mio debito subito giunto in Bologna, <sup>a</sup>per dove m'incamincerò lunedì o

---

<sup>1</sup> Ioannes Octavius Manciforte Sperelli (1730-1781), nuntius Florentinus annis 1771-1776, cardinalis inde ab anno 1777.

<sup>2</sup> Thomas Piccolomini.

<sup>3</sup> Petrus Leopoldus Habsburgus et Maria Ludovica Burbon.

<sup>4</sup> Cf. N. 78, 79.

<sup>5</sup> Laurentius Corsini (1730-1802), frater cardinalis Andreae Corsini (1735-1795). Cf. Ludovicus Passerini, *Genealogia e storia della famiglia Corsini*, p. 181-182.

martedì prossimi, e raccomandandomi vivamente alla protezione di V.ra Eminenza, mi rassegnò con tutto l'ossequio<sup>a</sup>. Firenze li 2 Dicembre 1775.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescovo di Chalcedone<sup>b</sup>

<sup>a-a</sup>Reg.: ove sono incamminato giacché faccio conto di mettermi in viaggio il lunedì, o al più tardi il martedì prossimo. Non lascio frattanto di raccomandarmi con tutto lo spirito al patrocinio dell'Eminenza Vostra, a cui con profondissimo ossequio mi do l'onore di rassegnarmi etc.

<sup>b-b</sup>*manu propria*

## N. 87

### *Iosephus Garampi ad Ioannem Andream Archetti*

*Varsaviae, 6 XII 1775*

*Notum facit conclave nuntio conductum esse. Rogat, ut sibi de itinere in Poloniam singula narret, cum ipse Vindobonam ire cogitet et iter apparare sibi necesse sit.*

*Min.: AV, Segr. Stato, Polonia 306 f. 412r-v.*

A Mons. Archetti, 6 Dicembre 1775.

Il Sig. Dembinski ha finalmente sottoscritto l'apoca della locazione della casa nei termini già da me indicati a lei colla passata mia<sup>1</sup>, cioè di varie addizioni da me aggiunte a di lei comodo, e che il contratto sia biennale da incominciarsi dal giorno del di lei arrivo.

Il mio credenziere Lazzaro Galli è risoluto di rimanere in Varsavia. Lusingasi di poter a suo tempo entrare al di lei servizio, nel che le sarà anche raccomandato dal Principe Antonio Sulkowski<sup>2</sup>, ora Palatino di Gnesna, che conserva per lei somma stima e amicizia.

Io non la solleciterò più di affrettare, come da principio avevo fatto, il suo viaggio. Bensì la supplico a compiacersi di significarmi le direzioni<sup>a</sup> da lei fissate su di ciò, acciò anch'io possa prendere misure più giuste rispetto alle spese, provvisioni e altri preparativi, che mi occorrono in Vienna. L'aver io falliti i primi miei lunari, mi ha cagionato qualche dissenso. La [412v] prego dunque ad accennarmi quali sono gli odierni suoi

<sup>1</sup> Cf. N. 51.

<sup>2</sup> Antonius Sulkowski (1735-1796), palatinus Gnesnensis inde ab anno 1775, cancellarius magnus Regni inde ab anno 1793.

divisamenti rispetto al tempo, in cui ella creda di po[tersi] qui trovare. E intanto etc.

<sup>a</sup> *in textu*: direzi

## N. 88

### *Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 9 XII 1775*

*Gratias agit pro epistula die 2 mensis Decembris data. Gaudet commorationem Florentinam prosperam fuisse.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 259r-v.*

A Mons. Arcivescovo Archetti eletto Nunzio in Polonia / Venezia.

La notizia, che cortesemente mi ha V.ra Signoria Ill.ma favorita col suo foglio dei 2 del corrente<sup>1</sup> del suo felice arrivo in Firenze, mi è stata sommamente grata. Sono sicuro che da per tutto, e nel carattere distinto di cui ella è rivestita, e per proprio suo merito che [259v] in ogni luogo l'accompagna, riceverà le migliori accoglienze, com'ella ha sperimentato col Sig. Conte Piccolomini, e come le sarà poi seguito nell'udienza destinata col Gran Duca e Gran Duchessa<sup>2</sup>. A me non resta che ad augurarle, che tutto il rimanente del suo viaggio sia prospero ugualmente come lo è stato nel suo principio. Frattanto sul dubbio che questa mia lettera possa trovarla già partita da Bologna, ho stimato bene d'indirizzarla per maggior sicurezza a Venezia. E col desiderio di manifestare a V.ra Signoria Ill.ma la mia pienissima stima le auguro etc. Roma, 9 Dicembre 1775.

## N. 89

### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 9 XII 1775*

*Cardinali Serbelloni mortuo multi beneficia vacua capere cogitant. Antonelli operam dabit, ne Archetti omittatur.*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 86.

<sup>2</sup> Petrus Leopoldus Habsburgus et Maria Ludovica Burbon.

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 179, s.f. In angulo laevo infero: Mons. Archetti Arcivescovo di Calcedonia, nunzio in Polonia / Brescia.*

A[mico] C[aro]

La morte del Card. Serbelloni<sup>1</sup> ha stuzzicato l'appetito di tutti i Milanesi. Vi è molto panno da dividere, onde ciascuno ne brama un ritaglio. A voi si conviene più che ad altri, e perché siete a ventre digiuno, e perché la porzione che vi fu data si è ridotta in fumo. Io ne ho parlato con Mons. Herzan<sup>2</sup>, il quale non può fare a meno di dover parlare al Papa di queste provviste, essendo nato del mal umore a Milano e a Vienna per la parte data all'Abate Vismara, il quale essendo raccomandato efficacissimamente dall'Imperatrice ha conseguita un'abazia simile alla vostra, di quelle cioè o che non esistono, o che non vacano. Non è questo effetto di mala volontà o di doppiezza; tutti ne siamo persuasi, e Mons. Herzan ancora, ma non è facile il persuaderlo o ai sospettosi Tedeschi, o ai Milanesi maligni. Per questo impedimento io crederò che si tarderà molto a distribuire li benefici vacanti per morte di Serbelloni, giacché molto tempo, e molte lettere e molti compensi vi vogliono per snebbiare le menti Alemanne. Io non per tanto starò sull'intesa, e farò per voi quanto posso, fuorché di parlare al Papa, avendogli promesso che non gli parlerò mai né di provviste, né di abbazie, troppo costandomi quel tale a voi noto [v] discorso che una volta gl'ho fatto su questa materia.

[...] <sup>a</sup> è materia di rilevante argomento, e può esser causa di molti [...] <sup>a</sup>. Voi ne conoscete l'autore. Tutto quello che esso dice, si sa di certo che lo fonda sopra un discorso fatto [...] <sup>a</sup>, ed è anche sicurissimo che il primo ha fatto al secondo questo discorso ne' termini che sono espressi [...] <sup>a</sup>. Vi è stata solamente omessa una circostanza, ed è che il [...] <sup>a</sup> espressamente si dichiarò che non voleva far nulla contro il [...] <sup>a</sup> del [...] <sup>a</sup>. A questa dichiarazione però ne attende il [...] <sup>a</sup> e molto meno se ne appagano [...] <sup>a</sup>. Vi è un gran bisbiglio su questo punto, il quale però svanirà facilmente, lasciando che si faccia in [...] <sup>a</sup>, ciò che vuole il [...] <sup>a</sup>, e ciò che torna bene al fine che si è proposto, e che all'opposto qui si continui ad [...] <sup>a</sup> contro [...] <sup>a</sup>, ed a condiscendere a tutte le più [...] <sup>a</sup> di [...] <sup>a</sup>.

Ho ricevuta la prima vostra lettera da Firenze, e mi rallegro, che il viaggio fin lì sia stato felice e grato l'ospizio de' Cuculi. [r] Spero che continuerà felice anche in appresso, e fino a Brescia, ove troverete e questa e un'altra mia dell'ordinario passato. Addio, continuate ad amarmi.

<sup>a</sup> *fragmenta notis arcanis scripta*

<sup>1</sup> Fabricius Serbelloni (1695-1775), nuntius in Polonia annis 1732-1746, cardinalis inde ab anno 1753, cf. ANP I, p. 306-307.

<sup>2</sup> Franciscus von Paula Herzan von Harras (František de Paula Hrzán z Harasova) (1735-1804), cardinalis inde ab anno 1779.

## N. 90

***Petrus Leopoldus Habsburgus ad Pium VI****Florentiae, 9 XII 1775**Gratias agit pro brevi papali, quod a nuntio Varsaviam eunte traditum est.**Or.: AV, Segr. Stato, Principi 264, f. 437r.*

Beatissimo Padre

Dall'Arcivescovo di Calcedonia destinato Nunzio in Polonia mi è stato reso il pregiatissimo breve di Vostra Santità, ripieno delle più obbliganti significazioni della Sua Paterna amorevolezza. Queste mi richiamano ad attestarlene con il più vivo dell'animo la grata mia riconoscenza e il gradimento da me provato di potere obbligare e distinguere il Prelato suddetto con quelle attenzioni e riguardi, che potessero maggiormente spiegare alla Santità Vostra quanto mi sia prezioso il valore delle Sue riverite premure. Incontrerò coll'istessa sodisfazione tutte le altre occasioni che vorrà somministrarmi di poterle sempre più dimostrare nella corrispondenza dei miei sentimenti l'ossequiosa mia devozione. Intanto imploro dal cielo alla Santità Vostra lunghissimi anni di vita, e le maggiori prosperità a beneficio del Mondo Cattolico. E pieno di venerazione e di filiale rispetto La supplico della Sua Apostolica Benedizione. Firenze, li 9 Dicembre 1775.

Della Santità Vostra.

<sup>a</sup>-Umilissimo e ubbidientissimo figlio Pietro Leopoldo mpp<sup>a</sup><sup>a-a</sup>*manu propria*

## N. 91

***Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti****Bononiae, 13 XII 1775**Narrat de itinere.**Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f.*

Carissimo Fratello,

Domani parto da Bologna e mi porto a Modena. Resta tuttavia più probabile che faccia la via di Parma, onde per maggior sicurezza trovatevi a Castiglione che vi giungerò o sabato o domenica, a Dio piacendo, ciò ai 15 o ai 16 del corrente.

In tanta prossimità di abbracciarvi è inutile far più parole. Tutti gl'amici Bolognesi vi salutano. Addio a rivederci.

Vostro Cordialissimo Fratello  
G[iovanni] Andrea

N. 92

*Alexander Michaël Sapieha ad Ioannem Andream Archetti*

*Varsaviae, 13 XII 1775*

*Gratias agit, quod sibi per litteras gratulatus est. Laudat nuntium et promittit illum a se, si necesse sit, adiutum iri.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, fasc. 439, s.f.*

Monseigneur

La lettre que Votre Excellence m'a fait l'honneur de m'écrire en date du 4 octobre dernier<sup>1</sup> m'apprend avec une grande satisfaction que Sa Sainteté vient de la nommer Son Nonce Apostolique auprès du Roi et de la République. Le Souverain Pontife ne pouvait certainement mieux choisir un plus digne prélat pour Le représenter, que Vous, Monseigneur! La supériorité de vos lumières, joint aux vertus que Vous pratiqués, ont déterminé Son choix, et prouve qu'il sait distinguer le vrai mérite. C'est d'après tous ces motifs que je prends la liberté de féliciter Votre Excellence et de mêler ma joie à celle de ma nation entière.

Agrééz, je vous prie, Monseigneur, mes remerciements pour la part que vous voulez bien prendre à ma promotion de Grand Chancelier de Lithuanie. Si pendant le séjour que Votre Excellence fera en Pologne, je puis Lui offrir mes services, je me ferai un sensible plaisir de Lui prouver mon zèle, et le plus profond respect avec lequel j'ai l'honneur d'être

<sup>a</sup>-Monseigneur de Votre Excellence  
le très humble et très obéissant serviteur  
Prince Sapieha  
Grand Chancelier de Lithuanie<sup>a</sup>

Varsovie, Le 13 Decembre 1775

<sup>a-a</sup> *manu propria*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 63.

## N. 93

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini**Brixiae, 21 XII 1775*

*Cum caelum serenum esset, Archetti venit Brixiam, ubi natus est. Festo Nativitatis Christi appropinquante observantiam reverentiamque Pallavicinio praestat et omnia fausta optat.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. Iv.*

*Reg.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 172 f. 16/172.*

A dì 21 Dicembre 1775, Brescia.

Accompagnato dallo stesso favore de' tempi, come ebbi già l'onore di significare all'Eminenza V.ra in altra mia scrittale da Firenze<sup>1</sup>, sono felicemente giunto in questa mia Patria. Il primo mio pensiero è stato quello di rivolgermi di bel nuovo all'Eminenza V.ra per accertarla, che in questo mio soggiorno niun'altra cosa mi auguro, che l'onore de' suoi veneratissimi comandi. Ed infatti l'unico mio desiderio si è quello d'impiegare i deboli miei talenti e tutto me stesso nel servizio della Santa Sede, e nella perfetta obbedienza agli ordini di V.ra Eminenza.

Nello stesso tempo mi prevalgo dell'opportunità, che mi presentano le prossime feste Natalizie per augurarle dal Cielo ogni sorta di prosperità sì spirituali, che temporali, le quali accompagnate siano da una ben lunga serie d'anni a beneficio della Santa Sede, ed a consolazione dei suoi veri Servitori. Supplico l'Eminenza V.ra a voler gradire questi sinceri miei voti, ed a credermi immutabilmente quale con profondissimo ossequio etc.

## N. 94

*Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti**Romae, 23 XII 1775*

*Narrat de eis, quae Romae et Bononiae nuper facta sunt. Duo cardinales mortui sunt, itaque novae nominationes expectandae sunt.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 1, fasc. 21/1775, s.f.*

A[mico] C[aro]

Ho ricevuta l'ultima vostra da Bologna, ma senza data. Vi perdono la dimenticanza per una volta, ma ad un confidenziale carteggio tra due

---

<sup>1</sup> Cf. N. 86.

cari amici le date sono necessarie per assicurare i giorni e i momenti della buona salute, del viaggio, dell'arrivo, in somma di tutte le nuove che tengono sollecito l'un amico per l'altro.

Fa più specie a me la vicina morte del card. de Vecchii<sup>1</sup>, sebben matura per gl'anni, che abbia fatto a Bologna quella del suo Arcivescovo<sup>2</sup>, il quale era immaturo per ogni cosa. Il Papa, quantunque buono, non credo che se ne sia molto rammaricato e forse più compiangerà il caso del Card. de Vecchii, sua creatura, e così sfortunata nel suo cardinalato, e molto più nella Casa Bolognetti, ove ha veduto morire Girolamo Verospi, il conte Giacomo ed è stato trepidante d'esserne scacciato dall'erede Girolamo Cenci. Tanto funestume e tanta paura gl'ha cagionato gran febbre, catarro e vomito, e l'hanno ridotto agl'estremi di sua vita, e non partirà la presente che sarà morto.

L'Arcivescovo di Bologna non è fatto, ma è stato dichiarato Amministratore di quella Chiesa il P. Abate Gioannetti<sup>3</sup>, abate di S. Gregorio di Roma, e nativo Bolognese, uomo savio, dotto, e erudito nell'antichità, amico del Papa, e suo esaminatore per il clero di Subiaco. È incerto se dopo qualche anno [v] di amministrazione sarà poi fatto Arcivescovo e Cardinale, oppure che rimetterà quella Chiesa al Card. Buoncompagni<sup>4</sup>. Io sono di parere più a favore del primo che del secondo pronostico, e se toccasse a me di scegliere, preferirei il P. Gioannetti al Card. Buoncompagni. Io ammiro in questo giovane Porporato tutti i doni, che la natura ha in lui versati, ma se cerco poi la coltivazione di questi doni mercè la fatica, lo studio, l'esemplarità, la saviezza, trovo che hanno reso meno frutto di quel che dovevano.

Or a me è sempre presente il giudizio di quel padrone evangelico, il quale quanto era contento di riscuotere un talento da chi un talento solo aveva ricevuto in amministrazione, altrettanto era rigido di volerne cinque da chi cinque ne aveva avuti. Con questa misura alla mano, voi darete molto meno di lode a que' spiriti brillanti del secolo, i quali credono di aver compiuto ogni lor dovere per la mostra che fanno de' loro talenti, e per averli impiegati a contentamento del mondo.

Io temo che voi avrete motivo di lagnarsi di me, perché fino a Brescia non avrete ritrovate mie lettere. Ma io non pensavo che voi avreste fatto sì lungo trattenimento a Bologna, a Firenze etc. Questa è la terza lettera che vi scrivo dopo la vostra partenza da Roma, e oggi sono ventinove giorni da che [r] mi daste l'ultimo tenerissimo addio, e ancora non sento che siate

---

<sup>1</sup> Bernardinus de Vecchi, obiit die 24 XII 1775.

<sup>2</sup> Vincentius Malvezzi Bonfioli (1715-1775), cardinalis inde ab anno 1753, aepus Bononiensis inde ab anno 1754, obiit die 3 XII 1775.

<sup>3</sup> Andreas Gioannetti OSB (1722-1800), cardinalis et aepus Bononiensis inde ab anno 1777.

<sup>4</sup> Ignatius Caietanus Boncompagni-Ludovisi (1743-1790), cardinalis inde ab anno 1775, legatus Bononiensis annis 1777-1784.

giunto alla vostra patria; e chi sa che non abbiate avuto ancora ulterior ritardo dalle nevi e freddi rigidissimi che qui soffriamo. Quantunque in Lombardia dicono che la stagione sia piuttosto dolce e temperata. Amatemi, e vi amo di cuore, e non mi scordo per tal effetto di pregar per voi, come spero che voi farete per me. Usiamo pure questa quanto tenera, altrettanto utile conclusione delle nostre lettere. Addio.

## N. 95

### *Ioannes Andreas Archetti ad sobrinum suum*

*S. Giustina, 26 XII 1775*

*Rogat, ut pecuniam Iosepho de Chard, agenti suo Romano, tradat.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f. Incipit: Spedisco costì il mio Cameriere...*

## N. 96

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

*S. Giustina, 26 XII 1775*

*Nuntiat de epistulis nuper a Iosepho Garampi missis.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1775, s.f.*

Carissimo Fratello,

Computo di ritornar costì verso la fine della settimana. Desidero di essere con voi. Io me la passo in questa Corte come il ministro della Repubblica di Ragusa a Peterburgo. Mi scrive Garampi<sup>1</sup> alcune cose sopra delle quali mi occorre discorrere, e tra le nove mi dice che il Re di Prussia non è ancora fuori di pericolo. Sta bene, abbiti cura per amor del cielo per te e per me. Vale.

Vostro Cordialissimo Fratello  
G[iovanni] Andrea

---

<sup>1</sup> Quae epistula in archivo Archettiano adhuc non est reperta.

## N. 97

*Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti**Romae, 30 XII 1775**Nuntiat de eis, quae Romae et in curia Romana nuper facta sunt.**Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 3, fasc. 181, s.f.*

Ho inteso in casa Albani il vostro passaggio per Mantova. Eravate dunque già in vista di Brescia, ove mi lusingo che siate giunto felicemente. Da Bologna ebbi la seconda vostra lettera dopo la prima, scrittami da Firenze e nella prossima settimana spero che avrò le risposte di tutte le mie che avrete costà ritrovate.

Innanzi la vostra partenza disputammo sulla promozione di Cornaro<sup>1</sup> alla carica di Governatore. Dall'annessa relazione, e da tutte le altre riflessioni che colla vostra scienza e pratica criminale saprete rilevare, giudicate se io o voi avevamo ragione e se il Papa ha fatto bene o male a promuoverlo. Oltre questo fatto, ha ancora fatta eseguire la cattura del Cancelliere di Marino del Contestabile, e di due Barbareschi di casa Sforza senza avviso o convenienza preventiva. Se vi foste trovato ier sera in casa Altieri, avreste sentito il nuovo Vescovo d'Ostia<sup>2</sup> a dir cose galanti del buon Cornaro; e quella dolce Principessa meno moderata perché meno vecchia di sua Madre, nella sera antecedente all'ora di cena, essendovi Cornaro, chiamò molti a nome perché sedessero a mensa con lei, e preterì Cornaro, il quale avvedutosi della non casuale preterizione, partì tosto, e a capo chino tolse la via della porta.

Giovedì sera il Papa ricevette il Duca e Duchessa di Gloucester<sup>3</sup>, diede loro [v] da sedere sopra uno sgabello con un cuscino. Il Card. Segretario di Stato, il quale cerca tutti i modi di buttar quattrini prima che salissero dal Papa, diede loro un rinfresco con invito di qualche Cardinale, ed ebbe la bontà di dirlo a me, ma io ricusai, e gli dissi che non convenivo con Sovrani.

Le disgrazie di casa Bolognetti, le peripezie di casa Gavotti, l'ospizio della vedova Verospi prima in casa di Mons. Vai, e poi in casa Carpegna sono tutte cose che o non vi preme di sapere, o vi saranno scritte da altri. Ma piccole sebben siano, fanno vedere il credito di Giraud e di Conti. Oh

---

<sup>1</sup> Ioannes Cornaro.

<sup>2</sup> Ioannes Franciscus Albani, epus Ostiensis inde a die 18 XII 1775.

<sup>3</sup> Guillelmus Henricus, dux Glevensis et Edimburgensis (1743-1805) et ducissa Maria (1736-1807).

quantum est in rebus inane! Oh che la fortuna è ben cieca e volubile! State sano, amatevi, e ora pro me. Addio.

## N. 98

### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 6 I 1776

*Nuntiat de eis, quae Romae nuper acta sunt. Una cum cardinali Herzan operam multam dat, ne Archetti in beneficiis Mediolanensibus assignandis omitatur.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 182, s.f.*

Ho ricevuto la vostra lettera da Brescia del 21 scorso. Mi ha fatto gran piacere di sentire il buon viaggio che avete avuto, e il salvo arrivo alla patria. Riposatevi ora, andate d'accordo coi vostri fratelli, ma prendete quel che vi appartiene. Non mi dite niente della cifra di cui mi sono servito in una delle mie lettere, onde posso congetturare che non abbiate incontrata difficoltà a metterla in piano. Della memoria del Re di Prussia data al Papa pel stabilimento e conservazione de' Gesuiti in Slesia<sup>1</sup> e altri suoi Stati, non ho mai sentito parlare, ma se vi è stata, a questa avrà poi il Papa data la risposta in voce, la qual risposta è poi quella che ha data occasione al Re di scrivere le note lettere, e ai ministri Borbonici di far querele. Ora però più non se ne parla, ma gl'exgesuiti prigionieri non sono in libertà.

Dopo varie contestazioni ha finalmente il Papa condisceso al desiderio del Re di Napoli<sup>2</sup> di promuovere a quella Metropolitana Mons. Filingeri<sup>3</sup> Arcivescovo di Palermo, ma colla condizione che non lo farà mai Cardinale. Il Re l'ha accettata, e subito è stato spedito il viglietto, rinnovandosi la stessa protesta. Ora io dico, o è buono Mons. Filingeri per esser Arcivescovo di Napoli, e si debbe far Cardinale, o non lo è, e non si debbe far Arcivescovo. Ma io veramente non so bene come la cosa sia passata, so però per vaticinio, che se vorranno a Napoli che l'Arcivescovo sia Cardinale, noi faremo anche Mons. Filingeri, e chi altro vorranno. A Palermo

---

<sup>1</sup> Silesia.

<sup>2</sup> Ferdinandus IV Burbon (1751-1825), rex Neapolitanus et Siciliensis inde ab anno 1759 (ut Ferdinandus III). Anno 1816 ut Ferdinandus I rex utriusque Siciliae diademate regio ornatus est.

<sup>3</sup> Seraphinus Filingeri OSB (1713-1782), aepus Panormitanus annis 1758-1776, aepus Neapolitanus annis 1776-1782.

dicono che sarà nominato Mileto<sup>4</sup>, a Mileto passerà quello di Caserta<sup>5</sup>, a quest'ultimo quello di Alife<sup>6</sup>. [v] L'affare tra Borghese e il Governatore, di cui vi diedi conto nell'ordinario passato, è stato terminato con un viglietto scritto dal Card. Segretario di Stato in nome del Papa al Principe Borghese, in cui gli contestava l'egreferenza, e l'acerbissimo dolore che aveva Sua Santità sofferto pel noto equivoco. Mentre però trattavasi questo negozio, e per uno sbaglio di servitore, questo viglietto non era stato portato in casa Borghese, accade che Mons. Governatore mandò a regalare alla Principessa Borghese madre due fagiani. Questa donna si ricordò allora mal a proposito d'essere la celebre e rispettata Donna Agnese Colonna e mandò indietro il regalo, non ostante che avesse nelle due sere antecedenti ammesso a tavola il donatore. Piccato il Governatore di questo rifiuto, rimandò in casa Borghese due cavalli che dal Principe gl'erano stati donati in occasione della sua destinazione al governo. Ed ecco riacceso un altro petegolezzo indecentissimo. Giunto finalmente in mano al Principe il sopradetto viglietto, ed avendo subodorato che il Papa proteggeva il Governatore, ed erasi molto rammaricato del rifiuto de' fagiani, andiede in persona dal Governatore, gli diede tutti i segni di amicizia, tra quali vi fu la reciproca restituzione di fagiani e de' cavalli. Per questo fatto il Governatore ha cento volte più di prima incontrato la nausea e l'abominazione universale.

Io non lascerò di aiutarvi con Herzan quanto più potrò per la vostra provvista nel [r] Milanese. Più non posso fare, onde aiutarvi con Pallavicino, e con chi poteva, poiché, quantunque il Papa abbia buon cuore, pure lo strascinano dove talvolta non andrebbe. Vogliatemi bene, che vi amo teneramente. Addio. Scusate l'improprietà del foglio, causata dallo sbaglio della direzione, come a tergo.

## N. 99

### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 12 I 1776*

*Nuntiat de nominationibus factis et cogitatis. Tractat de iesuitis et rege Prussorum. Assignatio beneficiorum tarda erit propter precem Mariae Theresiae imperatricis. Fieri potest, ut Archetti Vindobonae ab ea adiuvetur. Hortatur, ut con-*

<sup>4</sup> Iosephus Maria Carafa (1717-1786), epus Miletensis annis 1756-1786.

<sup>5</sup> Nicolaus Filomarini OSB (1725-1781), aepus Casertanus annis 1767-1781.

<sup>6</sup> Franciscus Ferdinandus Sanseverino (1723-1793), epus Aliphanus annis 1770-1776, aepus Panormitanus et Monrealensis inde ab anno 1776.

*troversiae familiares componantur, ut in munere nuntii explendo Iesum et apostolos sequatur.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 183, s.f.*

A[mico] C[aro]

Lasciamo che formi il vero giudizio del valore delle persone chi ne penetra il cuore, e con occhio limpido e verace discopre la mente e le intenzioni degl'uomini. Del rimanente io mi uniformo al vostro parere che per lo più la gioia più colorita e di fuoco più vivo è falsa e contrafatta. Chi fa più pompa di se e abbaglia la vista de' risguardanti, rare volte vale per opere serie e di molta meditazione.

Il P. Gioannetti è uomo di garbo. Io non l'ho trattato molto, e forse per un affare che ebbi con lui tempo fa non dovevo prender di esso quell'opinione che ne tengo. Ma ho abbandonata ogni prevenzione, e all'universale applauso io pure faccio eco, e dico che i Bolognesi debbono essere contenti. Fra prelati non trovavo il limite, e delle altre classi non appariscono soggetti luminosi, che sorpassino una commune mediocrità.

Pel dì 29 si va vociferando che possa esservi qualche promozione, cioè di Calcagnini<sup>1</sup> ed Archinto<sup>2</sup>, e forse anche di Valenti<sup>3</sup>. Non so dirvi se il cardinalato di quest'ultimo sia piuttosto ritardato per mero accidente, o impedito per altrui ripugnanza. Si dice che la Spagna non voglia più vederlo Cardinale per vari incidenti non ancora schiariti sulla giurisdizione del Nunzio, e sull'esecuzione del breve di Clemente XIV concernente il nuovo sistema di quella nunziatura; che di quel breve non ne sia contento per una parte il consiglio perché troppo deprimente l'autorità de' vescovi, non la Corte perché lascia ancora l'ombra ed il nome della giurisdizione apostolica. Tutto questo me l'ha detto il [...]a, ed egli lo saprà per le notizie passate, e non per le novissime. [v] E pertanto se tutto ciò non fosse vero, potrebb'esser benissimo che al primo concistoro Mons. Valenti ricevesse il suo premio, e il ritardo di questi mesi non fosse derivato che da mero calcolo o di ore, o di persone, per non prevenire col fatto quel che da qualche ora prima non era stato notificato alle altre Corti, o per non creare tre cardinali, o altre simili meschinità.

quod Rev.dus Hieronimus Rybicki Dioecesis Camenecensis, parochialis pro decensis provisus Vicarius, factus inobediens, rixas et contentiones cum Convicariis excitabat, Ministros Ecclesiasticos verberabat, eundem propter excessus, pro corrigendis moribus ad Recollectiones Cameneci sine strepitu iuris destinavi, idem loco Recollectionis Spiritus, acquisito sibi muliebri vestitu, in eodem quasi mulier scandalose per custodias militares de Cameneco migrabat, quem milites circa portam ceperunt, illo vestitu muliebri adusque conservato spoliarunt, et ad officum adduxerunt, quem adductum ad carceres demandavi, ipse tamen suis exquisitis modis de Cameneco fractis carceribus fugit, et in Sancta Nuntiatura Varsaviae falsa narrata personaliter exponendo, subreptitie in anno elapso mensis septembris remedia cum inhibitione emendicavit, quibus [36r] hic Cameneci intimatis, per Dioecesim divagatur, scandala attentat, integrum per annum Vicariatum deserendo, obligationibus non satisfacit, officium laedit, talibus eius factis consideratis, dignetur Ill.ma et Excellentissima Dominatio V.ra de necessario contra ipsum remedio providere, quam gratiam exorando, benignam expecto resolutionem, gratice me insinuando profundissima cum adoratione maneo.

Ill.mae Excell.mae ac Reverendissimae

Dominationis V.rae Benefactoris amplissimi

<sup>b</sup>-Obsequentissimus et Suppeditaneus Servus

[...] <sup>a</sup> Łabęcki Decanus Cathedralis et Officialis Generalis  
Camenecensis mpp-<sup>b</sup>

18 Maii 1776, Cameneci Podoliae.

<sup>a</sup>verbum illegibile    <sup>b-b</sup>manu propria

## N. 188

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Innocentium Conti*

*Varsaviae, 18 V 1776*

*Canonici Regulares Sancti Sepulcri Miechovienses Patrem Sanctum rogaverunt, ut iura ordinis et immunitatem a iurisdictione episcoporum dioecelialium confirmaret. Eodem tempore episcopi Cracoviensis et Plocensis (ut coadiutor Cracoviensis) argumentantur ordinem tollendum esse, socios eius ac bona potestati episcoporum idoneorum submittenda esse. Cum res in iudiciis Romanis agatur, nuntius putat nullum documentum Miechoviensibus utile a papa edendum esse, quia fieri potest, ut discordia cum episcopis oriatur. Quorum benevolentia, praecipue autem episcopi Plocensis, regis fratris, necessaria est, praesertim quia comitia mox habebuntur.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 1r-2r.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 2r-v.*

A dì 18 Maggio 1776.

All'Eminentissimo Sig. Card. Conti Segretario de' Brevi

Giunto appena nel fine dello scaduto mese in questa città per intraprendere il mio ministero, mi fu subito dal Padre Preposto Generale di Miecovia<sup>1</sup> dell'Ordine de Canonici Regolari del S. Sepolcro<sup>2</sup> fatto ricapitare il memoriale, da esso presentato alla Santità di Nostro Signore e dall'Eminenza V.ra rimesso a me per dover informare sopra il medesimo.

Trattandosi di confermare in Ordine religioso e di accordare ad un intero Corpo l'esenzione dalla giurisdizione dei rispettivi Ordinari, mi sono creduto in obbligo di usare le maggiori diligenze per dare a V.ra Eminenza quelle notizie, che sembrano necessarie per l'importanza dell'affare e per le presenti circostanze de' tempi. Essendomi pertanto fatto carico di esaminare tutte le carte concernenti l'Ordine suddetto che esistono nell'Archivio di questa Nunziatura, ho da esse rilevato, che fin [1v] dall'anno scorso Mons. Vescovo di Cracovia<sup>3</sup>, supponendo che il medesimo Ordine fosse da lungo tempo rimasto soppresso in vigore di una bolla d'Innocenzo VIII<sup>4</sup>, cominciò a contrastare a quei Canonici l'esenzione altre volte accordato loro dalla S. Sede, e ad esercitare sopra i medesimi l'ordinaria sua giurisdizione. Non mancarono i Canonici del S. Sepolcro di sostenere i loro privilegi, e spedirono a tale effetto un monitorio avanti codesto Tribunale dell'A.C.<sup>5</sup>; ma insorta disputa sulla pertinenza della causa, fu questa da Mons. Magnani<sup>6</sup> ponente nello scorso mese di Settembre, proposta in piena Segnatura che ne rimise la cognizione al Tribunale della S. Rota. Dalle scritture stampate in tale occasione e ritrovate in questo medesimo Archivio, sono anche venuto in cognizione, che a Mons. Vescovo di Cracovia si unì il Vescovo Principe di Plosk<sup>a7</sup>, fratello<sup>8</sup> di Sua Maestà, sostenendo anch'egli la soppressione dell'Ordine dei Canonici del S. Sepolcro e la di loro soggezione all'autorità dei rispettivi Ordinari. Ignoro affatto lo stato, in cui trovasi presentemente la detta causa in Sagra Rota; anzi dalle poche notizie raccolte dal religioso, che mi ha recato il memoriale sud-

---

<sup>1</sup> Miechovia (Miechów).

<sup>2</sup> Matheus Buydecki.

<sup>3</sup> Caietanus Soltyk.

<sup>4</sup> Innocentius VIII (Ioannes Baptista Cibo, 1432-1492), papa inde ab anno 1484. Anno 1489 vi bullae "Nos igitur" Templarios Ordini Equitum Melitensium incorporavit.

<sup>5</sup> Auditor Camerae, cf. Del Re, p. 289.

<sup>6</sup> Nicolaus Magnani, cf. Weber II 707.

<sup>7</sup> Plocia (Płock).

<sup>8</sup> Michaël Georgius Poniatowski.

detto, parmi di scorgere che quella non è stata fin'ora proposta nel Sagro Tribunale, e che appunto per non esporsi all'esito incerto della lite, anno i Canonici ricorrenti preso il partito di domandar direttamente dal Santo Padre la conferma ed approvazione del loro Istituto. Siccome però questa grazia deciderebbe lo stesso articolo che è in questione, così sembrami che quanto meno è necessaria presentemente ai medesimi Canonici, che possono sperare di essere dichiarati esenti per giudizio della Sagra Rota, tanto più sarebbe ingiuriosa ai Vescovi che dopo una solenne remissione della Segnatura vedrebbero decisa la controversia senza aver essi potuto dedurre in Sagra Rota le loro ragioni. In questo stato di cose, giacché V.ra Eminenza mi comanda di dire il mio sentimento, mi avanzo a proporre che per non sconvolgere l'ordine giudiziario, per non confondere la grazia con la giustizia, e per non irritare i due Vescovi che sono in causa, uno dei quali per esser fratello di Sua Maestà è in istato di rendere nella futura dieta servizi ragguardevoli alla religione, Nostro Signore sospenda per ora di prendere sul ricorso determinazione alcuna per riservarla al tempo in cui sarà decisa ed ultimata la lite, che trovasi rimessa in Rota. Sottopongo però questo [2r] mio suggerimento all'alto giudizio dell'Eminenza V.ra, alla quale intanto ho l'onore di rassegnarmi con tutto il rispetto.

<sup>a</sup> Reg. 339: Plocko

## N. 189

### *Ioannes Andreas Archetti ad Sacram Congregationem Concilii*

*Varsaviae, 18 V 1776*

*In praepositura Canoniorum Sancti Sepulchri Miechoviensium mos est, ut custos in triennium creetur. Qui praeposito absente munera superioris explevit vel praeposito mortuo administratorem creandum curavit. Nunc res ita se habent, ut custos in praepositura semper esse non debeat, qui in triennium creatus beneficia sua vel parochias servare possit.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 1r-2v.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 3r-4r.*

A dì 18 Maggio.

Alla Sagra Congregazione del Concilio.

Quamvis in Conventu Generalitio Miechoviensi Ordinis Canoniorum S. Sepulchri quolibet triennio Custos eligatur, non aliud tamen ei onus incumbit, quam absente Praeposito, qui insimul totius Ordinis Generalis est, Conventum regere, et moderari, eoque vita functo ad universum Ordinem

litteras mittere, et singulos Provinciales, Consiliarios, et Beneficiatos convocare, ut iuxta eorum Instituti regulas Administrator Generalis eligatur. Quia vero hisce praesertim temporibus Praepositi Generales pene iugiter in Conventu Miechoviensi resident, ideoque nulla subest necessitas, quod etiam Custos inibi commoretur, et si eo pergat occasione obitus Praepositi Generalis, id ipsum accidit caeteris Ordinis Parochis, et Beneficialis. Hinc mos dudum invaluit, ut Custos ex iis assumatur Canonicis qui ob propria merita, et impensa Religioni servitia, aliquod eiusdem Ordinis Beneficium fuerint assequuti. Ex elencho enim Custodum Miechoviensium, quem P. Praepositus Generalis ad me transmisit, et ego EE.VV. adnecto plane novi quod ab anno 1735 usque ad moderna tempora quodquod electi fuerunt Custodes, vel aliquam Praeposituram iam obtinebant, vel quanto citius fuerunt assequuti. Et sane cum Custos qui Generali absente Conventui Generalitio praeest, eoque mortem obeunte totum ordinem moderatur is esse debeat, qui caeteris Religiosis virtute praefulgeat, impossibile pene est, ut vir tanta virtute praeditus aliquam sui Ordinis Praeposituram electionis tempore nactus non fuerit, vel propediem non sit adepturus. Idque ipsum etiam in Ordine Monachorum Cisterciensium hinc in Polonia observari probatum mihi fuit testimonio quod pariter EE.VV. adnecto, unde eruitur Monasteriorum Priores una cum Prioratu Parrochiales etiam eorum Ordinis Ecclesias retinere consuevisse.

In hoc rerum statu cum Officium Custodis Conventus Miechoviensis beneficium diiudicari nequeat ut pote necessaria perpetuitatis qualitate destitutum, et ad triennium solummodo cohibitum, nullamque vel perraro personalem residentiam exigit, nil mihi videatur obstare, quominus una cum eo iuxta vigentem observantiam Parrochialis Ecclesia quoque valeat retineri. Id autem his inspectis [2v] factis circumstantiis iudicandum erit ab EE.VV., quibus interim me tantum humillime devoveo.

## N. 190

### *Ioannes Andreas Archetti ad Sacram Congregationem Concilii*

*Varsaviae, 18 V 1776*

*Franciscani conventuales queruntur conventum Camenecensem bello, pestilentia et incendiis vastatum esse. Igitur rogant, ut pecuniae in missas ad altare Sancti Antonii Patavini celebratas in quinquennium duplicentur. Quae res fidelibus explicanda est.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 2v.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 4r-v.*

A di 18 Maggio 1776.

Alla Sagra Congregazione del Concilio.

Quae in annexis praecibus Patres Minores Conventuales Conventus Camenecensis EE. VV. exposuerunt, et publica vox, et solemnium tum Curiae Ecclesiasticae, tum Magistratus Camenecensis testimonia mihi confirmarunt. Undique eum intellexi quod luctuosis hisce temporibus majores prae caeteris aliis Regni partibus eadem Civitas Camenecensis passa fuit calamitates utque quae hostium incursionibus magis erat exposita, ea praeter belli damna, pestis flagello, et frequentibus incendiis miserime fuit obnoxia. Quot autem inter haec publica infortunia idem conventus subierit iacturas, colligere EE.VV. poterunt ex memoratis testimoniis quae adnecto, dum ea diserte referunt pecoris direptiones, vastationem praedii, et incendia in conventus bonis summa cum pernecia oscitata. In hoc deplorabili rerum statu, cum praefatus conventus aliqua commiseratione dignus videatur, EE.VV. levamen aliquod afferre possunt si petitam gratiam duplicationis elemosinae pro Missis in Altari S. Antoni Patavini caelebrandis impertirent. Sed quia haec duplicatio non leve conventui afferre potest compedium cum magna sit frequentia eorum qui in eo Altari Sacrum offerri desiderant, et sperari potest quod publicis calamitatibus aliquando desinentibus, conventus ex angustiis in quas modo coniectus est successu temporis emergat: idcirco duplicationis elemosinae indultum haud quidem indefinite, sed ad quinquennium solummodo concedendum esse putarem. Quin immo ne benefactoribus elemosinas pro Missis offerentibus fraus fiat, satis consultum videretur, si EE.VV. religiosis praeciperent ut in ipso Sacello S. Antonii exponerent tabellam quae vernaculo idiomate benefactores ipsos de indulto obtento duplicandi elemosinam Missae redderet instructos. Hunc autem meum sensum sapientissimo EE.VV. iudicio submitto, et earum manus humillime deosculor.

## N. 191

*Antonius Ostrowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Volboriae, 19 V 1776*

*Scribit se novo nuntio benevolentissimum ac deditissimum esse.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 221r. Supra manu auditoris: Vescovo di Cuiavia lettere.*

Ill.me Excellentissime Rev.me D.ne Patrone Colendissime

Citra auctoritatem Literarum Pontificiarum<sup>1</sup>, nec non Eminentissimi Secretarii Status<sup>2</sup>, publica fama praestantissimarum dotum et qualitatum

<sup>1</sup> Cf. N. 72.

<sup>2</sup> Cf. N. 83.

Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae rectissima contemplatrix, pridem iam praecessit gratissimum in istas oras adventum suum, summamque nomini eius venerationem conciliavit. Commune itaque votum universae Polonae gentis, nec non peculiarem animi mei sensum praesentibus deferens, Ill.mam et Rev.mam Excellentiam V.ram persuasam esse constanter cupio: velle me omne studium impendere, sedulamque pro possibilitate mea navare operam, quatenus mandatis apostolicis novissime ad me directis in omnibus satisfiant, utque singularem Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae fiduciam et benevolentiam plenissime mereri possim, prout cum distinctissimo cultu et debita veneratione maneo et esse profiteor.

Volboriae<sup>3</sup>, 19 Maii 1776.

Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae

<sup>a</sup>-Add[ictiss]imus et obsequiosissimus Servitor  
Antonius Ostrowski Episcopus Vladislavien[is]<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu propria

## N. 192

### *Ioannes Andreas Archetti ad Stanislaum Boguslaum Siestrzeńcewicz*

*Varsaviae, 19 V 1776*

*Episcopus Siestrzeńcewicz a papa impetravit, ut in viginti annos bona episcopatus Vilmensis conduceret. Cum in curiali ratione agendi error conspectus esset, nuntius episcopum rogat, ut conductionem bonorum tardet.*

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 202r-v.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 340 f. 202r-v. Praescriptio in f. 202r: Lettere di Mons. Archetti Nunzio Apostolico in Polonia a Mons. Stanislao Siestrzencewicz, Vescovo di Mallo, a Mohilovia.

Varsaviae die 19 Maii. Episcopo Mallensi Mohyleoviam<sup>1</sup>

Dum scribo ut Dominationem V.ram Ill.mam ac Rev.mam de meo Varsaviam adventu certiore faciam, ecce mihi perferuntur ab urbe litterae<sup>2</sup>, quae Dominationis V.rae Ill.mae diligentiam, prudentiamque maximopere flagitant. Cum enim Vilmensis Episcopus<sup>3</sup> Datariae Apostolicae opera rescriptum Pontificium extorsit, quo sibi liceat Episcopalis Mensae bona

<sup>3</sup> Volboria (Wolbórz). Residentia episcoporum Cuiaviensium, cf. SGKP XIII, p. 822sqq.

<sup>1</sup> Mohilovia (Mohylew), cf. SGKP VI, p. 594 sqq.

<sup>2</sup> Ab urbe – a Roma. Cf. N. 149, epistula tradita est die 17 V.

<sup>3</sup> Ignatius Iacobus Massalski.

per viginti annos locare<sup>4</sup>, vi eiusdem rescripti expeditae sunt Pontificiae Bullae, et ad Dominationem V.ram Ill.mam directae, ut executioni mandentur. Sed cum deinde Summus Pontifex certo cognoverit laesionem enormissimam huic contracti subesse, atque in huiusmodi allocatione maximam Episcopali Vlnensi Mensae afferi perniciem, tum ut eiusdem mensae incolumitati consulatur, tum etiam ut nullum huiusmodi exemplum extet quo quispiam in posterum ad labefactandos, evertendosque Ecclesiasticos redditus abuti facile posset, praedictas bullas nequaquam executioni demandandas esse decernit. Quapropter eiusdem Summi Pontificis iussu Dominationi V.rae Ill.mae denuncio, ut cum primum Pontificiae Bullae in suas manus pervenerint (non enim hactenus pervenisse, ex multis, optimisque testibus compertum habeo), illas retineat, neque executioni mandet. Si vero contra quam creditur Dominationi V.rae presentatae iam fuerint, atque executioni mandatae, doceat qua die, quaeque ratione confecta res sit. Equidem non dubito quin Dominatio V.ra Ill.ma tam iustae Summi Pontificis voluntati sit quam lubenter morem gestura, quo facto et maximam apud Summum Pontificem gratiam inibit, et me [202v] sibi vehementer obstringet. Interea Dominationem V.ram Ill.mam obtestor, ut mihi quamprimum respondeat, ac singulari cum observantia indesinenter esse profiteor.

### N. 193

#### *Petrus Laschi ad Ioannem Andream Archetti*

*Brunsbergae, 20 V 1776*

*Novum nuntium salutat, mutuam operam et fidem collegii alumnorumque promittit. Rogat, ut nuntius eum adiuvet et benevolens sit.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 18r.*

Ill.me, Excellentissime, ac Rev.me D.ne, D.ne,  
Protector Clementissime.

Adventum Suae Excellentiae in has oras (de quo me certiores reddiderunt publici rerum novarum comentarii) impense gratulor, atque ut Deus Optimus Maximus sospitem semper et incolumem servare velit, ex animo precor. Vehementer gavisus sum, occasionem mihi oblatam esse studii observantiaeque meae declarandae erga Suam Excellentiam, quam propensi animi mei significationem non ingrati eidem fore confido eo potissimum nomine, quod pro muneris mei ratione Collegium Pontificium

---

<sup>4</sup> AV, Dataria Ap., Suppl. Orig., 1775-1776, [s.f.]. *Fiat ut petitur* Pii VI die 10 Kal. Dec. Anno Primo [22 XI 1775].

Brunsberegensis, curae et administrationi meae commissum, valido patrocinio clementissimi Protectoris me enixe commendare debere satis intellexi. Nihil mihi dubii est, quin Sua Excellentia ea benevolentia, propensione, favore et studio me, meosque Alumnos complectatur, qua humanitate et gratia Excellentissimus Praedecessor Suus nos fovit et protexit. Quod igitur superest, etiam atque etiam oro, ut hunc tam meum quam Alumnorum affectum Sua Excellentia placere sibi sinat, et me una cum illis clientium Suorum numero adscribere dignetur. Comendo me supplicissime gratiae, favori, et protectioni.

Ill.mae, Excell.mae, ac Reverendissimae Dominationis V.rae  
 Protectoris clementissimi,  
 Servus obsequentissimus  
 Petrus Laschki<sup>1</sup>  
 Rector Collegii Pontificii Brunsberegensis  
 Brunsberegae, 1776 Die 20 Maii.

#### N. 194

##### *Deocharus ad Ioannem Andream Archetti*

*s.l., s.d., [Varsaviae, circa 20 V 1776]*

*Scribit circumstantiis certis factum est, ut male se gereret. Rogat salvum conductum, ut in conventu capuccinorum Chodorcoviensi tempus quoddam manere possit.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 96r-v.*

Obsequi Sanctae Matri Ecclesiae a iuventute didici, et ad mortem usque studebo, non quasi non obtemperans mandatis S. Nuntiaturae, sed quia sic res meae misere exigunt, huiusque adhuc permaneo Varsaviae in monasterio nostro, et sub dependentia superioris, supplici hoc libello enixissime, et per misericordiam Dei expostulo, prolongationem salvi conductus saltem ad medium annum, quousque negotium meum commissum Deo et Ipsi Sacratissimae Providentiae Concludatur invoco in testimonium religionem meam, quod nulla noxa contaminavi vitam, ad resolutiones has quas feci, compulerunt me certae circumstantiae, in tempore aperiendae, defectus contra Sanctam Nuntiaturam committere per viscera materna

---

<sup>1</sup> Petrus Laschi (Laski) (1728-1796). Cf. Grzebień, p. 355. Laschi epistulas suas subscripsit "rector collegii Brausbergensis". In *Encyklopedia wiedzy o Jezuitach* legimus rectorem collegii annis 1773-1780 Iosephum Schorn (1720-1788) fuisse. Cf. Grzebień, p. 65, 606.

S. Ecclesiae supplico, ne me penat, expecto humillime prolongationem salvi conductus, vel an omnino mihi redeundum est Cracoviam exigui sum paratus omnia, at supplico quatenus mihi per omnia provideatur, ne patiar unquam aliquod damnum.

Fr. Deocharus Indignus Capucinus

Saltem expostulo salvum conductum ut maneam ad aliquod tempus in conventu Chodorcoviciensi<sup>1</sup>.

## N. 195

### *Simon de Lipnica ad Ioannem Andream Archetti*

*Varsaviae, 20 V 1776*

*Deocharus (Bogumilus) capuccinus in conventum in Winnica situm ire possit et ibi dispensationem a Roma expectare.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 126.f. 87r.*

Rev.me D.ne

Cum Vinnicae<sup>1</sup> sit conventus noster formalis, potest Rev.ma Dominatio V.ra etiam hunc conventum admodum Rev.do Patri Deocharo<sup>2</sup> concionatori pro loco habitationis in salvo conductu determinare usque ad tempus gratiarum Romanarum. In fidem me propria manu subscribo. Datt. in conventu n.ro Varsaviensi, die 20 Maii 1776.

Fr. Simon<sup>3</sup> Capucinus  
p.t. Guardianus mpp.

## N. 196

### *Stanislaus Augustus Poniatowski ad Pium VI*

*Varsaviae, 20 V 1776*

*Gratias papae agit, quod nuntium Varsaviensem praecessore dignum creavit.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Principi 265, f. 167r.*

<sup>1</sup> Chodorków, cf. SGKP I, p. 608sqq.

<sup>1</sup> Winnica, monasterium capucinatorum sub titulo Sanctissimae Mariae Virginis, cf. Litak, p. 413, Gadacz, t. 1, p. 237sqq.

<sup>2</sup> Deocharus vel Bogumilus (Iosephus Guzowski, 1737-post a. 1796), capucinus, deinde canonicus regularis, cf. Gadacz, t. 1, p. 478.

<sup>3</sup> Simon de Lipnica (Stephanus Dominicus Sikorski, 1733-1793), guardianus Varsaviensis annis 1775-1778, cf. Gadacz, t. 1, p. 235; t. 2, p. 281sqq.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater D.ne Clementissime

Post oscula Pedum Sanctitatis V.rae, mei, Regnique ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Gratissimam mihi rem Sanctitas V.ra praestitit, cum Reverendissimum in Christo Patrem Ioannem Andream Archetti Archiepiscopum Chalcedonensem Sanctitatis V.rae et Sanctae Sedis Apostolicae ad me et Regnum meum ordinarium Nuntium in locum Reverendissimi in Christo Patris Iosephi Garampi Archiepiscopi Berytensis eodem officio pluribus annis laudabiter functi surrogaverit. Literae Sanctitatis V.rae Die 31 Octobris superioris anni ea de re ad me datae<sup>1</sup>, cum virum hunc apprime carum mihi acceptumque reddidere, tum propensum quoque in me Regnumque meum Sanctitatis V.rae animum satis superque declararunt. Perge, Beatissime Pater, eo et me et Regnum meum studio ac benevolentia prosequi: mea certe uti semper, ita his difficillimis temporibus intererit, amantissimis Sanctitatis V.rae pro tuenda Religione Catholica cohortationibus pro virili respondere. Faxit modo Deus O[ptimus] M[aximus] ut ardentissima vota et sinceri conatus mei, optatum exitum sortiantur. Ad quem facilius assequendum quemadmodum mihi Reverendissimi in Christo Patris Archiepiscopi Chalcedonensis in pignus luculentissimae Paternae erga me [167v] caritatis Sanctitatis V.rae uniti facilem operam praesto futuram confido; ita religioni mihi ducam, omnem movere lapidem, ut palam fiat nulla ampliora in Sanctitatem V.ram et Sanctam Sedem Apostolicam sinceram pietatis et devotionis, in eundem vero Nuntium humanitatis et Officiorum documenta a Me et Regno meo desiderari potuisse. De caetero felix ac diuturnum Orbis Christiani regimen Sanctitati V.rae ex animo apprecor. Dabantur Varsaviae die XX Mensis Maii Anno Domini MDCCLXXVI Regni vero mei XII Anno.

Sanctitatis V.rae

<sup>a</sup>-Obedientissimus Filius  
Stanislaus Augustus Rex Poloniae<sup>a</sup>  
<sup>a</sup>-Młodziejowski<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 197

*Andreas Stanislaus Młodziejowski ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 22 V 1776*

*Notum facit se Sedi Apostolicae deditissimum esse et promittit nuntium novum a se in omnibus adiutum iri.*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 69.

*Or.: AV, Segr. Stato, Principi 260, f. 103r.*

Eminentissimo etc.

Se in ogni occasione mi preggio di mostrare la mia umile devozione verso la Santità di Nostro Signore ed il mio debito zelo verso la Santa Sede, a più forte ragione vi sono eccitato allora quando si tratta di riguardare con ogni stima ed ossequio il Suo Nunzio Apostolico. Quindi ho l'onore di assicurare l'Eminenza Vostra, che in tutte le circostanze io mi farò un positivo dovere di dare a conoscere a Sua Eccellenza Rev.ma Monsignor Arcivescovo Archetti i rispettosissimi ed insieme addetti miei sensi, corrispondenti altresì alle sue doti singolari, delle quali era già qui percorsa la fama. Gli uffici di V.ra Eminenza accrescono il mio impegno di servirlo, poiché nulla più bramo che soddisfare ai suoi stimatissimi comandi e meritarmi la continuazione della Sua Grazia e Patrocinio. Con tali proteste congiunte a quelle della più distinta venerazione le facio profondissimo inchino.

Di V.ra Eminenza

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

Młodziejowski

V[escovo] di Po[snania] G.[ran] Can.[celliere] di Polonia<sup>a</sup>  
Varsavia, 22 Maggio 1776.

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 198

### *Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opatium Pallavicini*

[Varsaviae, 22 V 1776]<sup>1</sup>

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 22 V (N. 199-202) Romae confectum.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 277r.*

## N. 199

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opatium Pallavicini*

Varsaviae, 22 V 1776

*Ei, quibus decreta comitialia de ordinatione Ostrogiensi non placent, sperant ea sublatum iri. Sagramoso, legatus Melitensis, sperat decreta illa a magno*

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

*magistro Ordinis Equitum Melitensium confirmatum iri. Qua in re adiuvatur a legatis Russiae, Austriae et Prussiae. Legatus Russicus litteras de morte magnae ducissae Moscoviensis regi nondum tradidit. Legatus Prussicus operam dat, ut archiepiscopo Gnesnensi absente papa ipse edat breve de diebus festis tollendis in ea archidioecesis parte, quae ad Prussiam pertinet.*

*Or.:* AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 288r-289v.

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 6v-7r.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 12r-v.

Eminentissimo etc.

Ho ricevuto in quest'ordinario due venerati dispacci di V.ra Eminenza in data ambedue dei 27 Aprile<sup>1</sup>, diretto uno a Mons. Arcivescovo di Berito, ed a me l'altro. Quanto prima renderò avvisato lo stesso Mons. Nunzio di Vienna<sup>2</sup> esser pervenuto a V.ra Eminenza il di lui dispaccio dei 3 Aprile suddetto, e rapporto al secondo si degnerà rilevarne lo sfogo ne' compiegati fogli.

I malcontenti <sup>a</sup>[della convenzione]-<sup>a</sup> sulla ordinazia di Ostrog che bramerebbero renderla vana, esultano per la rattifica imperfetta del Gran Maestro<sup>3</sup> inviata al Cavalier Sagramoso<sup>4</sup>, e non anno mancato di far nascere nel publico il sospetto, che tutto quello che si è fatto qui, sia stato disapprovato in Malta. Per ovviare in qualche modo a tali rumori e prender tempo, il Cavaliere ha presentata al Consiglio Permanente la nota, di cui accludo a V.ra Eminenza copia<sup>5</sup>, come altresì le copie dei biglietti de' tre Ministri di Vienna, Pietroburgo e Berlino scritti a lui su questo incidente<sup>6</sup>. Questi biglietti ha egli trasmessi al Gran Maestro per provare la necessità di una rattifica assoluta, ed avendomi richiesto un qualche scritto per parte [288v] mia, ho creduto di non poterglielo negare nei termini che V.ra Eminenza rileverà dalla copia parimenti annessa<sup>7</sup>.

Parmi a vero dire, che or non sia più né luogo, né tempo da promuovere difficoltà. Sulla natura delle medesime mi riporto al dispaccio delli 8 corrente<sup>8</sup>, il quale fu più di Mons. Garampi, instrutto dell'affare e capace di darne buon giudizio, che mio.

---

<sup>1</sup> Cf. N. 147-149.

<sup>2</sup> Iosephus Garampi nuntius Vindobonensis fuit inde a die 5 VI 1776 usque ad diem 24 VII 1785. Cf. Dell'Orto, p. 46, 514.

<sup>3</sup> Emmanuel de Rohan-Polduc.

<sup>4</sup> Michaël Henricus Sagramoso.

<sup>5</sup> Sagramoso ad Młodziejowski, Varsovie, 13 V 1776. [*Incipit:* Note. Quoique le sous signé ait reçu depuis peu la ratification...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 292r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 7v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 12v-13r.

<sup>6</sup> Cf. N. 182 cum indice adiunctorum ad hanc epistulam.

<sup>7</sup> Cf. N. 182.

<sup>8</sup> Cf. N. 164.

Quanto all'attività ed ai talenti dimostrati in questo trattato dal Cavaliere suddetto, basta l'elogio che ne fanno i tre Ministri, ed anche è di troppo per non doversi temere le occulte mosse dell'invidia di chi altre volte vi si adoprerò inutilmente. Il di lui virtuoso disinteresse viene poi oggi di riportare una pubblica e solenne testimonianza nel diploma con cui rimane aggregato il Marchese suo fratello<sup>9</sup> e successori all'indigenato di questo Regno. Dice il diploma, ove parla del Cavaliere „qui multa specimina dedit quoad eius animi magnitudinem, et voluntatem propriarum utilitatum, ed comodorum per recusatas constanter commendarias, et gratificationes sibi oblatas appetitui minime obnoxiam”. L'azione è [289r] tanto più stimabile, quanto più rara in Polonia a questi tempi. Anche l'Eminentissimo Gran Maestro ha voluto dargli una dimostrazione d'onore con nominarlo Gran Croce.

Domenica mi trovai al solito appartamento in Corte senza la compagnia del Ambasciator Russo. Ricevette egli solamente lo scorso sabato il corriere, che da molti giorni attendeva dalla sua Corte, per poter nelle forme partecipare a Sua Maestà la seguita morte della Gran Duchessa<sup>10</sup>. Dicesi, che ciò seguirà nel venerdì prossimo.

Mons. Benoît Ministro di Prussia nell'istessa mattina di Domenica mi fece sapere che Mons. Primate<sup>11</sup> come Arcivescovo di Gnesna, non avendo domandato a Nostro Signore il breve per la diminuzione delle feste nei Stati del suo Sovrano, cotesto Sig. Ciofani<sup>12</sup> avea ricevuto ordine di far istanza al Santo Padre affinché senza attendere più lungo tempo la richiesta dell'Arcivescovo, Sua Santità si degnasse far spedire un somigliante breve, come emanato a richiesta di quel Sovrano, e sull'esempio delle diocesi dei Vescovi di Posnania, di Płosk e di Culm<sup>13</sup>, onde le feste venissero celebrate ad una maniera uniforme in Prussia. Io ho voluto [289v] parlarne immediatamente all'Auditore<sup>14</sup> di Mons. Primate dimorante qui in Varsavia, da cui ho inteso, che circa quattro mesi sono da Mons. Arcivescovo era stato scritto a Roma allo stesso Sig. Ciofani per il divisato oggetto, ma che non ne aveva egli ricevuto peranche riscontro alcuno. Lo stesso Sig. Auditore mi soggiunse, che stante l'assenza del suddetto Mons. Primate, ne avrebbe egli dato eccitamento al di lui Vicario Generale<sup>15</sup>, acciòché venga rinnovata, e se fa di mestieri avanzata

<sup>9</sup> Iosephus Sagramoso. Cf. *Volumina legum* VIII, 298.

<sup>10</sup> Natalia Alexii filia Romanowa.

<sup>11</sup> Gabriel Podoski.

<sup>12</sup> Matheus Ciofani, residens Prussiae Romanus. Cf. *Repertorium*, p. 335, 482.

<sup>13</sup> Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski (Posnania), Michaël Georgius Poniatowski (Plocia), Andreas Ignatius Baier (Culma).

<sup>14</sup> Venceslaus Wiażewicz (obiit a. 1788), auditor primatis Podoski, cf. Korytkowski, *Pralaci...*, t. 3, p. 279-284.

<sup>15</sup> Ignatius Kozierowski (1708-1791), inde ab anno 1763 suffraganus Gnesnensis, administrator dioecesis annis 1776-1778. Cf. Korytkowski, *Arcybiskupi...*, p. 93; Korytkowski,

l'istanza per il consaputo breve a norma delle altre indicate diocesi. Umilio di tutto ciò a V.ra Eminenza la notizia credendo che riescirà [sic!] in tal modo facilitato l'affare. Mons. Primate trovasi presentemente a Dresda. Passerà poi egli a prender le acque, e secondo ciò che mi disse l'Auditore suddetto non anderà al più di quattro mesi, che farà ritorno in Polonia<sup>b</sup>. Intanto devotamente raccomandandomi al valevole patrocinio di V.ra Eminenza col più profondo ossequio mi protesto. Varsavia, 22 Maggio 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma.

<sup>c</sup>P.S. In questo punto ricevo da Mons. Garampi lettera da Breslavia in data 16 corrente con ottime notizie circa il suo viaggio<sup>16</sup> e salute. Conta egli di arrivare a Vienna per li primi del prossimo Giugno.

Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescvo di Calcedone<sup>c</sup>

<sup>a-a</sup> *ita in utroque Registro. Omissum in Aut.*    <sup>b</sup> *Reg.: Varsavia*    <sup>c-c</sup> *manu propria*

## N. 200

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 22 V 1776*

*Comitia mox habebuntur. Imprimis opera est danda, ut soli catholici legati creentur. Dissidentes ab aulis extraneis, imprimis ab aula Russica, auxilium petunt. Contra declarationes fieri potest, ut conventicula ex voluntate Russorum habeantur. Qua re fiet, ut dissidentes vincant. Rex dissidentes magna vi impugnari non vult et facile patitur unum vel plures noncatholicos legatos creatum iri. In aula Catharinae II novi delicati apparent. Legatus Austriae Varsaviensis desidiosus est. Sermo est foedus Russiae cum Austria corroborari, quamquam princeps Henricus Prussicus magno cum favore Petropoli recipitur.*

**Or. decifr.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 278r-282r. Ascriptum: Dificrata li 12 Giugno.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 9r-10r. Praescriptio: In numeri.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 14v-16r. Praescriptio: In numeri.*

**Cop.:** *BOss. 6846, p. 183-186.*

---

*Pralaci...*, t. 2, p. 322-327. Fortasse Leo Morawski (1697-1780), vicarius generalis et officialis Gnesnensis tempore, quo Podoski primas fuit. Korytkowski, *Pralaci...*, t. 3, p. 39-42.

<sup>16</sup> Cf. Dengel; Dell'Orto, p. 42-46.

Di Varsavia da Mons. Nunzio Archetti, 22 Maggio 1776.

Domenica parlai con tutto l'impegno a Sua Maestà sull'importantissimo affare dell'elezione de' nunzi per la prossima dieta. Per una conseguenza funesta dell'atto separato di garanzia della Russia, accettato e segnato dalla delegazione li 10 Marzo 1775<sup>1</sup>, con cui si concede il diritto ai nobili dissidenti di poter essere eletti tre nunzi del loro corpo alle future diete<sup>a</sup>, uno cioè per ciascuna delle tre provincie, della Maggior e Minor Polonia, e di Lituania, significai a Sua Maestà l'estrema agitazione in cui ero per il timore, che non si avessero a vedere nella prossima dieta li tre nunzi del corpo dei dissidenti. Essere il mio timore fondato sulla notizia [278v] delle pratiche fatte in questi ultimi tempi dai medesimi alla Corte di Russia<sup>b</sup> fino ad essersi portato, in compagnia di questo Ambasciatore di Moscovia<sup>c</sup> all'occasione del<sup>d</sup> viaggio da lui fatto a Pietroburgo, una delle principali persone e famiglie dei dissidenti<sup>2</sup>, con aver questa cercate tutte le occasioni e strade d'impegnare la Czarina<sup>e</sup> a voler usare di tutto il suo potere, affine di mettere in possesso nella prossima dieta i dissidenti della eligibilità loro conceduta. Venirmi tutto giorno all'orecchio le milantazioni che da loro apertamente si fanno, ma che quel che più mi affliggeva si era, che dopo le lusinghe date dall'Ambasciator di Russia che lascerà le dietine in piena libertà riguardo alla scelta de' nunzi rispettivi, tutto ad un tratto si cangiava linguaggio, e mostravasi tutta la risoluzione di adoprare non tanto liberalità e promesse, ma minaccie e soldati, per guadagnare, atterrare e forzare i voti di maniera che l'elezione avesse onninamente a cadere in quelle persone, e non altre, che l'Ambasciator di Russia avesse poste in nota. Che sebbene non potevo indurmi a prestar fede a sifatte voci in tutta la loro estensione, con tutto ciò il contegno tenuto dalla Moscovia in passato mi dava giusto motivo di grandissima sollecitudine dell'avvenire, tanto più ponendo mente ai maneggi<sup>f</sup> ed alle istanze, ed anche iattanze medesimi<sup>f</sup>, le quali per altro senza l'appoggio e violenza della Russia a lor favore non darebbero la minima apprensione, potendo confidare nella superiorità dei cattolici in quasi tutte le dietine, ove colla superiorità vi [279v] respirasse anche la libertà su questo punto delle elezioni. Feci far riflessione a Sua Maestà che quantunque nella dieta del 1768 fossero stati abilitati i dissidenti a poter essere eletti nunzi egualmente come lo erano i cattolici, con tutto ciò nemmeno uno di essi poté aver luogo nell'ultima passata dieta. Di quanto scandalo sarebbe stato dunque al presente, se essendo stata ora ridotta la possibilità a tre<sup>g</sup>, non si fosse trovato modo d'impedire sì fatal novità. Per le quali cose pregai Sua Maestà a voler interporre i suoi uffici e ad insistere con tutta la forza colla Corte di Russia, affine d'indurre

<sup>1</sup> Cf. *Volumina legum* VIII, 61. Dies recta: 15 III 1775.

<sup>2</sup> Marcianus Żeleński, cf. Michalski, *Sprawa wyboru posłów...*, p. 273.

quella una volta a cessare dal soprastare la religion cattolica, dominante in Pollonia [sic!], e malgrado l'attaccamento alla medesima di tutta la nazione, supplicandola inoltre a voler usare quei mezzi si [280r] conformi<sup>h</sup> a un Re Cattolico, e che alla Maestà Sua non poteano mancare, acciocché se in qualche distretto il numero de' dissidenti potesse farsi temere, destramente si procurasse che non avesse a prevalere. Essere ciò del positivo interesse di Sua Maestà, che non si aprisse la scena della prossima dieta con qualche violenza della Moscovia sulle dietine in un punto sì delicato, non mancando tra cattolici in tutti li distretti persone savie, e tali, quali avesse la Maestà Sua credute convenire alle presenti circostanze. Al contrario, da nunzi dissidenti che altro potersi attendere, se non turbolenze, tanto nella loro elezione, quanto, e molto più nel decorso della loro rappresentanza, non saziandosi essi mai di tentare cose nuove a danno de' cattolici, né doversi guardare al loro scarso [280v] numero, ma alla potenza straniera, che sosterrebbe ogni loro domanda. Qualora poi Sua Maestà avesse rimossa la Russia dall'assistere i dissidenti nelle dietine, si sarebbe con quest'atto attirata la confidenza e l'amore di tutta la nazione nel principio di una dieta di tanta importanza, come sembra dover esser la prossima.

Sua Maestà mi rispose che desiderava grandemente nessuno de' dissidenti venisse eletto nunzio alla prossima dieta, ma che non voleva avanzare se non quello di cui era sicuro, e perciò si restringeva a promettermi, che tutti tre non avrebbero avuto luogo, ma non mi poteva assicurare che uno almeno non fosse per esser eletto. Non potersi impedire tutto ed il volerlo sarebbe stato<sup>i</sup> un andare incontro a maggiori mali. Sembrare alla Russia offeso il suo onore [281r] ogni qualvolta essendo restata senza effetto l'abilitazione de' dissidenti<sup>j</sup> da essa non procurata<sup>j</sup> in parità coi cattolici, quantunque in appresso siasi contentata che venisse ristretta a tre soli, or nemmen questa si vedesse realizzata; ma che non pertanto sperava egli che la Russia si potesse finalmente indurre a deporre ogni pensiero e premura per i dissidenti,<sup>k</sup> e dal canto suo<sup>k</sup> a fare il possibile che ciò seguisse. Io non mancai di farli riflettere che per l'esempio e per le conseguenze l'introdurne uno, era lo stesso che ammetterli tutti tre.

Le ultime parole di Sua Maestà potrebbero aver avuto rapporto alle recenti notizie venute da Pietroburgo, le quali recano essere imminente la caduta di Potemkin<sup>l</sup><sup>3</sup>. Questo favorito della Sovrana e del clero, per l'affettata divozione [281v] e zelo da lui dimostrato a favore dello scisma e coll'avversione ai cattolici, era attualmente l'appoggio dei dissidenti, e la persona stessa, di cui godeva la grazia, e che ha il sommo potere nelle mani, si vedeva astretta da viste politiche a secondarlo. Dicesi che i due

---

<sup>3</sup> Georgius Alexandri filius Potiomkin (1739-1791), praesidens collegii bellici et vir politicus Russicus.

Orloff<sup>a</sup> sono ora in grande ascendente. Se ciò si verificherà, gran vantaggio potrebbe ricavarci. Egli sono stati costì, hanno costì e dappertutto delle persone, col mezzo delle quali poterseli avvicinare, e non si prenderanno, credo io, gran cura né di scisma, né di scismatici. Io starò attento e non lascerò al caso di fare quanto potrò.

Inoltre il favorito del Gran Duca<sup>5</sup> Andrea Rosamowski<sup>6</sup> è stato fatto allontanare dalla Corte, non si sa se col consenso dello stesso Gran Duca, e gli è stato sostituito certo Galgarin<sup>7</sup>.

Oggi dovevo essere in conferenza col Baron Reuvinski<sup>8</sup> per l'affare de' nunzi, ma mi fui avvertito, che non poteva per incomodo sopraggiungli. Non mi sembra, che sia per agire con efficacia, ciò non ostante parlasi di una alleanza conclusa tra le due Corti, di Vienna e di Moscovia, a cui abbia dato mano la Francia; ma il Principe Enrico<sup>9</sup>, dopo avere portato denari a Pietroburgo e dopo molte conferenze con quella Sovrana, appena essersene partito, che vi è stato richiamato con corriere.

<sup>a</sup>Reg.: alla futura Dieta    <sup>b</sup>Reg.: di Pietroburgo    <sup>c</sup>Reg.: Ambasciatore Russo    <sup>d</sup>Reg.: dell'ultimo  
<sup>e</sup>Reg.: la Czara    <sup>f-f</sup>Reg.: ed alle iattanze dei dissidenti    <sup>g</sup>Reg.: a tre soli  
<sup>h</sup>Reg.: convenienti    <sup>i</sup>Reg.: *deletum stato*    <sup>j-j</sup>Reg.: da essa nell'1764 procurata  
<sup>k</sup>Reg.: disposto dal canto suo<sup>-k</sup>    <sup>l</sup>Reg.: *linea subducta notatum*

## N. 201

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 22 V 1776*

*Nuntius epistula ad episcopum Siestrzeńcewicz scripta hortatus est eum, ne bullis papalibus ad bona dioecesis Vilmensis conducenda uteretur. Notum facit, quid episcopi Livonicus et Smolenscanus de ea re putaverint.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 286r-v. Nomen nuntii manu secretarii subscriptum, sicut autographa. Sicut in autographis inscriptio cursualis in angulo laevo infero: All'Emo Sig. Card. Pallavicini Seg. di Stato di N. Sig.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 10v. Praescriptio: Risposta a parte.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 16r. Praescriptio: Lettera a parte.*

<sup>4</sup> Gregorius Gregorii filius Orłow (1734-1783), Alexius Gregorii filius Orłow (1737-1808).

<sup>5</sup> Paulus Romanow.

<sup>6</sup> Andreas Cyrilli filius Razumowski (1752-1836).

<sup>7</sup> Gabriel Petri filius Gagarin (1745-1808).

<sup>8</sup> Carolus Reviczky.

<sup>9</sup> Fridericus Henricus Ludovicus (1726-1802), Friderici II Magni frater natu minor.

Varsavia, 22 Maggio 1776.

In adempimento del pontificio comando ho subito scritto a Mons. Vescovo di Mallo<sup>1</sup> per prevenirlo, sull'espresso volere di Nostro Signore, che resti sospesa l'esecuzione delle bolle pontificie, spedite in Dataria in seguito d'apostolico rescritto estorto da Mons. Vescovo di Vilna<sup>2</sup> per la facoltà di arrendare a 20 anni i beni della sua mensa<sup>3</sup>. Ho inoltre significato allo stesso Mons. Vescovo Mallense, che qualora presentate gli venissero le suddette pontificie bolle come quelle che già furono a lui dirette per l'esecuzione, e che si crede accertatamente non gli siano state presentate sin'ora, astenendosi dall' eseguirle, me ne rechi sollecito avviso e molto più voglia rendermi subito inteso, caso mai che in [286v] seguito della presentazione a lui fattane egli avesse dato il suo corso alla grazia, dovendo io informare appieno la Santità Sua dell'accaduto.

Debbo aggiungere, che trovandosi qui in Varsavia Mons. Vescovo di Livonia<sup>4</sup>, mi ha questi significato che il Vescovo di Smolensko<sup>5</sup> ha di già protestato; che egli stesso disposto a far il medesimo, n'era stato scoraggiato al sapere che la grazia era già stata costì spedita, ma ora che gli son note le nove determinazioni del Santo Padre, farà ancor egli le sue proteste, ed ecciterà ancor gl'altri Capitolari<sup>a</sup> a far lo stesso.

<sup>a</sup>Reg.: Capitolari di Vilna

## N. 202

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 22 V 1776*

*Consilium Commissionis Mixtae ad res ecclesiasticas in Ucraina ordinandas animum nuntii Garampi conturbavit. Comitata mox habebuntur, itaque fieri non potest, ut candidati boni et digni creentur. Properandum non est, quia res Ucrainenses sua sponte componuntur. Sed si reditus in Ecclesiam Catholicam prohibeantur, consilium Commissionis Mixtae renovandum est.*

**Or.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 284r-285r. Nomen nuntii manu secretarii subscriptum, sicut autographa. Sicut in autographis inscriptio cursualis in angulo laevo infero: All'Emo Sig. Card. Pallavicini Seg. di Stato di N. Sig.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 10v-11r. Praescriptio: Altra simile.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 16r-v. Praescriptio: Altra lettera a parte.*

<sup>1</sup> Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz.

<sup>2</sup> Ignatius Iacobus Massalski.

<sup>3</sup> Cf. N. 192.

<sup>4</sup> Ioannes Stephanus Giedroyć.

<sup>5</sup> Gabriel Wodzyński (1727-1788), epus Smolenscensis inde ab anno 1772.

Varsavia, 22 Maggio 1776.

Dopo il mio arrivo non men dalla voce, che da registri di Mons. Garraffi ho procurato di mettermi al giorno dello stato attuale delle chiese cattoliche nell'Ukrania [sic!], e seguirò a prendere dal medesimo i necessari lumi, perché dovendosi eleggere i commissari<sup>1</sup>, cada la scelta in persone veramente disinteressate e zelanti. Nelle circostanze presenti però non parmi che si possa prendere miglior partito che il già preso da Monsignore mio Antecessore. Imperocché non solo tutt'or sussistono i motivi che lo inducevano a non sollecitar gran fatto una commissione, creduta da lui pericolosa e sospetta, ma di presente è quasi impossibile lo spuntare dal publico che soccomber voglia alle convenienti spese. Inoltre fra poco si aprirà la dieta, tempo in cui tutto il Regno è nel suo maggior fermento, e le attrattive dell'interesse sono grandissime, e molte persone a [284v] cui si potrebbe affidare una tal commissione potrebbero essere obbligate in tal tempo ad intervenire alla dieta. Laonde il più sicuro consiglio mi par che sia di non affrettar per ora una tal commissione.

Ho bensì subito scritto per informarmi di quanto accade presentemente in Ukraina. Se altri parrochi co' loro popoli, come già scrisse Mons. Garraffi che alcuni avevano incominciato a fare con un volontario ritorno, si riuniscono a noi, e il tempo fa quello che forse non si potrebbe sperare dalla commissione, già questa non sarà più necessaria. Se si arrestano le ricupere con grave danno della Chiesa, e molto più se il male cresce con nuovo discapito della medesima, mi adopererò con tutto lo sforzo possibile perché non restandovi altro riparo che la progettata commissione, siano elette persone fornite di tutte le necessarie prerogative, ed il publico somministri loro i convenevoli mezzi per sostener l'incarico con tutto il profitto e decoro.

## N. 203

*Antonius Onufrius Okęcki ad Ioannem Andream Archetti*

*Skierbieszowiae<sup>1</sup>, 23 V 1776*

*Gratias agit pro epistulis papae, secretarii status et nuntii, quas misit per occasionem muneris Varsaviae ineundi. Monet se Ecclesiae et Sedi Apostolicae deditum esse.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 43r.*

---

<sup>1</sup> Cf. *Instructio Secretariae Status ad Mons. Archetti designatum Nuntium in Polonia*, N. 68.

<sup>1</sup> Skierbieszów, cf. SGKP X, p. 671sq.

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Patrone Observandissime Litteris Sanctissimi Domini<sup>2</sup> nihil aestimatus, Eminentissimi Secretarii Satus<sup>3</sup> nihil quod me magis obliget, Excellentiae V.rae nihil iucundius habeo, cum in primis voluntas Summi Pontificis, condigne Excellentiam V.ram pro suo Nuntio Apostolico habendi mihi innotescet, ex secundis praeclara Excellentiae V.rae encomia cognoscam, postremae egregiam atque benignam in me Excellentiae V.rae voluntatem mihi expromant. Hinc igitur, quo obsequii studio, erga adimplenda Maximi Pontificis mandata feror, quibus honoris officii praestantia Excellentiae V.rae merita prosequi debole, qua gratitudine aestimatissima benigni Eius in me animi pignora excipere teneor, his omnibus meum benemerendi de Excellentia V.rae studium metiri conabor. Atque hicce conatus eo mihi praestantior erit, quo maiorem de emolumentis ex munere Excellentiae V.rae in rem Religionis ac Nationis Nostrae proventuris spem concipio. Interea profiteor me esse cum ea qua par est, reverentia.

Excellentiae V.rae

<sup>a</sup>Humillimus et Obsequentissimus Servus  
Antonius [Okęcki] Episcopus Helmensis<sup>a</sup>

Skierbieszowiae, Die 23 Mai 1776

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 204

### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 24 V 1776

*Gaudet epistula Archettii allata. Optat ei otium et bonam valetudinem. Papa in consistorio die 20 mensis Maii de Venetiis verba fecit. Nominationes quaedam inopinatae sunt. Tractat de mutationibus personalibus in curia Romana factis.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 192, s.f.*

Mi è finalmente giunta la tanto sospirata nuova del vostro arrivo a Varsavia. Sia ringraziato Iddio che tutto il vostro viaggio è passato felicemente, quantunque le strade e l'intemperie della stagione vi abbia dato dell'incomodo, e dello strapazzo. Spero che ora vi sarete riposato e i passati disagi renderanno più robusta la vostra sanità, diminuiranno l'apprensione, e daranno materia alla storia della vostra sarmatica legazione.

<sup>2</sup> N. 71.

<sup>3</sup> N. 83.

È stata fatta lunedì la promozione, e nella risulta delle cariche il Papa ha ingannato l'aspettazione di molti e le voci della città, come vedrete dall'inscritto elenco. La maggior sorpresa è caduta sulla destinazione di Filomarino<sup>1</sup>. Voi conoscete troppo questo soggetto, vi pare che possa disimpegnarsi colla bizzaria e vivacità Francese. Il Principe Ghigi, sposo della sua nipote, l'ha aiutato, ma già aveva per lui anche il Papa qualche inclinazione avendolo conosciuto in anticamera di Benedetto XIV, quando erano tutti due camerieri segreti.

Fece ancora Sua Santità un'allocuzione al S. Collegio sulla proposizione, che faceva in concistoro, della Chiesa di Venezia. Disse che alla prima istanza che Signor Ambasciator gl'aveva fatta per proporre questa Chiesa e confermar [v] l'eletto Mons. Gioanelli<sup>2</sup> in Patriarca, aveva risposto che prima di passare avanti a quest'atto solenne, desiderava di poter fare qualche discorso sulle novità accadute nello Stato Veneto da 15 anni a questa parte per procurarne l'emenda; che non era mosso da indignazione o da mal animo contro la Repubblica, ma solamente dal suo proprio apostolico dovere non lasciar col silenzio un maggior corso a queste novità, e ratificarle con una tacita dissimulazione; che dopo varie pratiche erasi poi indotto ad acconsentire alla petizione del Senato per confermare il Patriarca in quel concistoro, 1º, perché voleva provvedere alla salute dell'anime con dar loro il pastore. Secondo, perché eravamo vicini alla Pentecoste, tempo salutare in cui era stata estesa la divina carità sopra gl'uomini. Terzo, perché coi modi dolci e piacevoli, e colla sua docilità e condiscendenza credeva che si sarebbero più facilmente piegati i Veneziani ad emendare le novità ingiuriose alla Chiesa. Quarto, che teneva speranza che sarebbero ascoltate le sue doglianze e si [r] sarebbe ottenuta qualche soddisfazione. Ecco la somma dell'allocuzione. Iddio ne verifichi le speranze. Intanto le abadie di Savorgnano<sup>3</sup> non si vendono, né si venderanno, e chi sa che qualcuna di esse non vi possa toccare? Amatemi, e state sano. Addio.

Mons. Ghilini, vostro successore o usurpatore della Segreteria di Consulta, tra due giorni si farà il taglio della pietra, che con una santa rassegnazione si è portata da Bruxelles a Roma, ed è così insensibile allo spavento di quest'operazione che ne parla come se si dovesse tagliare i capelli.<sup>a</sup>

<sup>a</sup>*sequuntur nominationes post consistorium die 20 mensis Maii anni 1776 habitum divulgatae*

<sup>1</sup> Iacobus Filomarino della Rocca, protonotarius Apostolicus, vicelegatus Avonniensis annis 1776-1787.

<sup>2</sup> Fridericus Maria Giovanelli.

<sup>3</sup> San Vito al Tagliamento in provincia Friuli-Venetiae Iulianae.

## N. 205

*Paschasius Leszyński ad Ioannem Andream Archetti*

Vilnae, 24 V 1776

*Salutat novum nuntium et rogat, ut ille collegio Vilnensi consulat. Expectatur adventus duorum alumnorum, in quorum commorationem ab Michaele Georgio Mniszech pecunia erogabitur.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 362r-v. Manu Archetti ascriptum: Recep. di 1 Iunii 1776.*

Ill.me Excell.me, ac Rev.me D.ne D.ne Prone et Protector Amplissime.

Cum emolumentum loco insignis semper habuerim, pendere me totum a nutibus et mandatis Excellentissimi Antecessoris Ill.mae Excellantiae V.rae: tum gratulor sorti meae, quod idem propositum meum offerre valeo Ill.mae Excellantiae V.rae, quam Nuntii Apostolici munere gravissimo insignitam, pervenisse iam Varsaviam, atque curas sollicitudinesque inchoasse, iucundissime accipio, ac vehementer gaudeo. Quandoquidem vero Illm.ae Excellantiae V.rae intererit, cuncta, meque ipsum in Collegio isthoc Pontificio disponere, exorare ab ea presumo, ut pro nota iam nobis Benignitate Sua patiat me ad Se in negotiis recurrere. Multa enim adhuc restant, quae, postquam novae post extinctam Societatem<sup>1</sup> coordinationi studere licuit, corrigenda, ordinanda, atque instituenda sunt.

Atque in eo nunc, ne ab exordio statim molestus evadam, scribere desisterem, nisi monitum a R.P. Procuratore nostro Lithuano calamum ultro promoveret; ut scilicet certiore Excellentiam V.ram Ill.mam redderem de alumnis nominationis Mniszechianae: de quibus non aliud quidquam referre possum, quam quid eosdem in dies Vilnam venturos expectem. Pridem etenim ab Excellentissimo Antecessore Suo accepi, praemonitum iam esse Ill.mum Comitem de [362v] Mniszech<sup>2</sup>, quatenus vere praesente nominatos ab se candidatos ad Collegium nostrum dirigere non praetermitteret.

Haec sunt, cum quibus me Gratiae et Benevolentiae Suae enixissimae commendo, et penes devotissimum Sacrae Suae Dexterarum osculum maneo. Vilnae 24 Maii 1776.

Ill.mae Excellantiae V.rae

Humillimus et obsequentissimus servus  
Paschasius Leszyński Ordinis S. Basilii Magni  
Collegii Pontificii Rector mpp

<sup>1</sup> Societas Iesu collegium Vilnense rexit usque ad annum 1773. Cf. Bednarski.

<sup>2</sup> Michaël Georgius Wandalin Mniszech. Cf. Instructio Secretariae Status ad Mons. Archetti designatum Nuntium in Polonia, N. 68.

## N. 206

**Card. Lazarus Opitius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 25 V 1776

*Notum facit epistulas Kalendis Maiis datas sibi allatas esse et responsum mittit.***Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 72r. Supra manu Archetti ascriptum:* Ricevuta 14 Giugno 1776.**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 272r. Praescriptio:* Principio del Ministero di Mons. Archetti Arcivescovo di Calcedonia Nunzio Apostolico in Polonia, Varsavia.**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 3r. Praescriptio:* Dispacci della Segreteria di Stato a Mons. Archetti Nunzio Apostolico in Polonia. A di 25 Maggio 1776. Lettera della detta Segreteria di Stato, che da per ricevuto il Dispaccio del primo Maggio.**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. In margine:* A Mons. Arcivescovo di Calcedone Nunzio (Varsavia), 25 Maggio 1776. Tre lettere in foglio.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Significo a V.ra Signoria Ill.ma di essermi pervenuto il foglio che al suo arrivo in codesta di lei residenza mi ha sotto la data del primo del corrente indirizzato<sup>1</sup>. Nei compiegati fogli potrà ella rilevare il di più, che nella odierna posta mi occorre di aggiungerle. E con piena stima a V.ra Signoria Ill.ma auguro vere felicità. Roma, 25 Maggio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma.

<sup>a</sup>-Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>*manu propria*

## N. 207

**Card. Lazarus Opitius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 25 V 1776

*Gratias agit pro relatione accurata Kalendis Maiis scripta. Laudat nuntium, quod munus diplomaticum feliciter iniiit, bene se gessit Cracoviae et cum rege collocutus est, qui promisit se religioni in Polonia consulurum esse. Papa gaudet praelatum aequae venerabilem nuntio Garampi successisse.***Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 70r-71r. Supra manu Archetti ascriptum:* Ricevuta 14 Giugno 1776.**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 3r-v. Praescriptio:* Lettera in foglio.

---

<sup>1</sup> Cf. N. 153. Eodem tempore postremum corpus epistularum ad secretariatum status misit Iosephus Garampi, cf. AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 225r-251r.

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 272r-273r.*

*Min.: AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Né più esatto, né più compiuto poteva essere il ragguaglio, che colla sua lettera del primo del corrente<sup>1</sup> mi ha fornito V.ra Signoria Ill.ma del progresso del viaggio dopo la sua partenza da Vienna, e del principio dell'apostolico suo ministero in Varsavia. Nostro Signore ne ha sentito con compiacenza la relazione, ed io ho avuto l'onore di fargliene. In tutto il di lei contegno si scorge la maggiore prudenza. Lodevole è la disinvolta maniera con cui si è regolata in Cracovia<sup>a-e</sup> ben correlativo al complesso delle reciproche circostanze l'alloggio, che ne accettò da Mons. Garampi, anco per profittar più ampiamente<sup>a</sup> di quella breve permanenza, ch'egli avrebbe potuto ancor fare costì<sup>b</sup> per riceverne quei lumi, che da niun altro poteva ella avere né così istruttivi, né sinceri altrettanto e sicuri. I sentimenti da V.ra Signoria Ill.ma espressi nell'atto della presentazione del pontificio breve a codesto Sovrano hanno incontrata l'approvazione del Santo Padre. <sup>c</sup>Contento del pari ha dovuto essere di quelli che le ha dichiarati in risposta [70v] la Maestà del Re, cui realmente nulla potrà tornare in vantaggio maggiore e più solido che l'appoggio che è disposto a prestare agli interessi della religione. Ottima è la massima, fissata da Sua Maestà, d'intendersela col pontificio Rappresentante nelle deliberazioni che riguardano i ministri dell'altare, l'esercizio delle loro funzioni, il credito in cui convien che siano mantenuti, la edificazione, che sono essi in uno special obbligo di dare. Non dubita il Santo Padre di sentir da lei posta in pratica la massima suddivisata, alla quale sarà bene ch'ella faccia applauso anche in nome Pontificio, e di quel Pontefice che tanto brama e coopera si volentieri al bene de' popoli ed alla felicità de' Regnanti<sup>c</sup>.

Soddisfatto pienamente Nostro Signore del primo saggio dato della sua diligente attenzione nell'esercizio della sua rappresentanza, ne concepisce il migliore augurio, ed è vieppiù contento di aver sostituito ad un Nunzio degnissimo, come Mons. Garampi, un Successore in cui ripone una uguale fiducia. Per avvalorare maggiormente V.ra Signoria Ill.ma a [71r] sostenere con lode, e con frutto il difficile di lei ministero, le concede la Santità Sua con pienezza di affetto l'Apostolica Sua Benedizione, ed io con distinta stima le desidero dal Cielo ogni vera prosperità. Roma, 25 Maggio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma

<sup>d</sup>Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>d</sup>

<sup>a-a</sup>Min.: e alle sue circostanze conveniente la sua premura di alloggiare costì sotto d'un tetto medesimo con Mons. Garampi, affine di profittare di <sup>b</sup>Min.: in Varsavia <sup>c-c</sup>Min.: *fragmentum scriptum in margine pro deleto*: che nella risposta della M.S. ha ravvisato con

<sup>1</sup> N. 153.

ispeciale suo godimento la corrispondenza di quelli che nutre Re non men pio che illuminato per la conservazione della nostra S. Religione dalla quale particolarmente dipende la felicità stessa temporale e dei Monarchi e dei Regni

d-d *manu propria*

## N. 208

### *Card. Lazarus Opatius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 25 V 1776

*Tradit indicem sacerdotum, qui in postremo consistorio cardinales creati sunt.*

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 73r. *Supra manu Archetti ascriptum:* Ricevuta 14 Giugno 1776.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 273r. *Praescriptio:* Al medesimo.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 3v-4r. *Praescriptio:* Altra lettera de' 25 Maggio colla nota della Promozione de' seguenti Cardinali.

*Min.:* AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Vedrà V.ra Signoria Ill.ma nella compiegata nota<sup>1</sup> descritti i Prelati dignissimi, che nel Concistoro di lunedì scorso ha Nostro Signore pubblicati e rispettivamente creati Cardinali di S. Chiesa. Nel recarle per debito del mio ministero questa notizia, io sono sicuro ch'ella entrerà a parte della letizia comune per la promozione alla Sagra Porpora di soggetti non meno riguardevoli per le loro personali prerogative, che benemeriti dalla S. Sede per li servizi prestati alla medesima, ed a V.ra Signoria Ill.ma auguro ogni felicità. Roma, 25 Maggio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma.

<sup>a</sup>-Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 209

### *Caietanus Soltyk ad Ioannem Andream Archetti*

Cracoviae, 25 V 1776

*Gratulatur ei, quod nuntius apud Polonos creatus est, et promittit se Sedi Apostolicae morem gesturum esse.*

---

<sup>1</sup> Cf. adiunctum: Nel Concistoro di Lunedì 20 Maggio 1776 la Santità di Nostro Signore Papa Pio VI ha pubblicati Cardinali della S.R.E. Copiae: AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 74r; AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 3v-4r.

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 123r-v. In charta infera 123r: Ill.mus Excell. mus et R.mus D.nus Comes Archetti, Archiepiscopus Chalcedonen., Nuntius Apostolicus.*

Ill.mae Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Prone Colme

Respondeo ad humanissimam Excellentiae V.rae Epistolam<sup>1</sup>, qua se Varsaviam ad gerendum munus Nuntii Apostolici feliciter advenisse mihi significare voluit, imprimis gratulari debeo genti meae et Ecclesiae Nostrae Polonae, quod Sanctissimus Dominus Noster Personam Excellentiae V.rae sublimibus qualitatibus conspicuam ad Nuntiaturam Varsaviensem destinaverit. Tam mandatis Beatissimi Patris in Brevi mihi transmissis, quam voluntati Emminentissimi Domini Cardinalis Secretarii Status<sup>2</sup> in literis eius ad me datis expressae morem gerendo, dabo semper operam [123v] in quantum vires meae permittent, ut Excellentia V.ra habeat ex persona mea ea venerationis et obsequii argumenta, quae tantae commendationi, et Dignitati Excellentiae V.rae debita sunt. Cuius interea me gratiae insinuando cum profundo ac submississimo cultu permaneo. Cracoviae 25 Maii 1776.

Excellentiae V.rae

<sup>a</sup>Humillimus Devotissimus et Obsequentissimus Servus  
Cai[etanus] Sołtyk Episcopus Cracoviensis Dux Severiae<sup>3</sup> mpp<sup>a</sup>

<sup>a</sup> manu propria

## N. 210

***Eleonora Radziwiłł ad Ioannem Andream Archetti***

*Slobodisciae, 26 V 1776*

*Rogat pro consanguineo, patre Kamiński, piarista, qui saecularisationem expectat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 131 f. 398r-399v. Manu Archetti ascriptum: Rice-ruta 28 Giugno 1776.*

Monseigneur,

Je ne sais, si la liberté que j'ose prendre est pardonnable, mais je me flatte que V.E. agissant selon les mouvemens de votre cœur généreux,

<sup>1</sup> Cf. N. 159.

<sup>2</sup> Cf. N. 83.

<sup>3</sup> Severia, cf. SGKP X, p. 602sq. – caput Ducatus Severiensis, annis 1453-1790 sedes episcoporum Cracoviensium ut principum Severiensium.

agréera mes respects et ma plus humble prière. Je crois bien que l'affaire du Père Kamiński<sup>1</sup> des Ecoles Piés<sup>2</sup>, mon Cousin, ne vous est pas inconnue, qui par l'entremise de la Nonciature a sollicité auprès du Saint Siège sa sécularisation, pour être nommé suffragan de Kiovie, en se rendant capable de faire la fondation de la dite suffraganie, selon la convention fait avec Msgr l'Evêque de Kiovie<sup>3</sup>. Or je ne saurois vous dire Monseigneur d'où viennent les obstacles qui empêchent mon cousin de jouir des meilleurs intentions de Sa Majesté Notre très gracieux Roi en sa faveur, et [398v] de bonne volonté de Msgr l'Evêque; me privant en même temps d'un appui très nécessaire pour moi et mon fils<sup>4</sup>, qui par ordre de S.M. l'Impératrice des Russies étant amené de Varsovie à Pétersbourg, est placé dans une des Académies de cette Capitale. C'est ce qui obligea mon Cousin comme son tuteur d'aller à Pétersbourg, après être muni de la permission de Votre prédécesseur, pour soutenir mes affaires, aussi bien que les siennes. Il s'obstine, Monseigneur, à ce qu'il m'a écrit, d'attendre en Russie sa secularisation, quoique les circonstances de mes affaires pressent qu'il soit à Varsovie pendant la Diette prochaine, et je prends la résolution moi-même de lui persuader qu'il étant appuyé de la protection de la Cour de Pétersbourg, se mette à l'abri de persécution prenant l'asile dans la maison du [399r] Ministre de la dite Cour. Je suis une femme, et ce n'est pas à moi à raisonner, mais j'ose vous demander, Msgr et ce pourquoi le Saint Siège lui refuse accorder la grâce de le secularizer? pour ne donner pas [sic!] l'exemple aux autres? Monseigneur, il est à Pétersbourg, et cela pourra aussi servir d'exemple, avec d'autant plus d'éclat, comme il est plus connu en Pologne; est-ce pour quelque utilité de son ordre? je suis sûre qu'il ne voudra jamais retourner; mais étant secularisé ne sera-t-il pas plus utile non seulement à son ordre, mais à l'Eglise, à la Patrie et à sa famille? Daignez Monseigneur vous-même faire la comparaison de ces deux sortes d'exemples, et ne permettez pas gémir sous les poids de ses chagrins, un homme qui a agit toujours honnettement. Je supplie donc V.E. de vouloir bien contribuer par votre entremise [399v] auprès du Saint Siège au bonheur de mon Cousin qui, fera tous ses efforts pour être digne de votre protection, par les services qui va rendre un jour à la Religion et à sa Patrie; n'écoutez pas, je vous prie Monseigneur, la voix des ses persécuteurs, mais agissant selon les sentiments généreux de votre âme, prenez part à ses affaires à Rome, et faites lui le plaisir de pouvoir en personne vous

---

<sup>1</sup> Adolphus Kamiński (1737-1781), piarista.

<sup>2</sup> Ordo Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

<sup>3</sup> Iosephus Andreas Załuski (1702-1774), epus Kioviensis inde ab anno 1759, Franciscus Ossoliński, epus Kioviensis annis 1774-1784.

<sup>4</sup> Matheus Radziwiłł (1768-1818).

remercier de vos bontés. En réitérant ma prière, je l'honneur d'être avec le plus profond respect.

Monseigneur, de Votre Excellence

La très humble et très obéissante servante

<sup>a</sup>-Eléonor la Princesse Radziwiłł<sup>5</sup> mpp<sup>a</sup>

Ce 26 Mai à Slobodyszcz<sup>6</sup>, 1776.

<sup>a-a</sup>*manu propria*

## N. 211

*Ioannes Dominicus Łopaciński ad Ioannem Andream Archetti*

*Ianopoli, 26 V 1776*

*Gaudet novum nuntium creatum esse. Rogat, ut in rebus ad dioecesim Samogitiensem pertinentibus sibi faveat. Rogat quoque, ut sibi liceat plures ecclesias iubilaeum celebrantes designare, quia non omnes fideles adire possunt cathedram, quae secundum bullam Pii VI papae iubilaeum agit.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 444r-v, 448r.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Patrone Colendissime

Maximo provectae aetati meae id est solatio, quod functo munere Legationis Apostolicae gloriosissime ab Ill.mo Excellentissimo et Rev.mo Domino Garampi Archiepiscopo Berytensi Sanctissimus Dominus Noster Dominus Pius VI Papa idem munus in hoc nostro calamitosissimo Regno obeundum Ill.mae Excellentiae V.rae contulerit; spero etenim, imo certus sum, Ill.mam Excellentiam V.ram, quae amplissimis praeconiis tum a Sanctitate Sua, tum etiam ab Eminentissimo Cardinali Secretario Status, tum demum omnium fere unanimi voce commendatur, rebus Religionis Orthodoxae, libertatis Ecclesiasticae, et Canonicae disciplinae in tantis huius Regni tempestatibus ad tam ardua delapsis Sua Apostolica Auctoritate, Suisque prudentissimis consiliis auxiliatricem manum dextere salubriterque porrectam. In quibus ut Benignissimus DEUS Ill.mam Excellentiam V.ram Sua Suaeque Sponsae, Ministrorum Suorum et [444v] Populi Fidelis negotia tractantem opportunis auxiliis munire dignetur, assiduis licet indignis meis precibus exorare haud unquam desistam; Suae autem

<sup>5</sup> Eleonora Radziwiłł de domo Kamieńska (obiit a. 1816), uxor Udalrici Christophori Radziwiłł (1712-1770).

<sup>6</sup> Slobodyszcz. Cf. SGKP X, p. 808.

Ill.mae Excellentiae humillime supplico, quatenus me, sicuti Ille, qui Ipsam in Apostolico munere praecessit, suis etiam favoribus prosequi, suisque sapientissimis consiliis in publicis et privatis Dioecesis Meae negotiis regere semper non dedignetur, promittens Ipsi propensissimam meam voluntatem ac ad omnia mandata paratissimum animum. Ignoscat vero pro Sua humanitate Ill.ma Excellentia V.ra, quod in ipso initio officii literarum harum audeo etiam atque etiam Ipsam postulare, quatenus gratiam praesentis Iubilaei, quod ex tenore Brevis Apostolici non nisi in Cathedrali Ecclesia celebrare valet, ad alias etiam Ecclesias Dioecesis Meae quatuor aut quinque in singulis decem Decanatibus pro commoditate Fidelium Christi, ad Ecclesiam Cathedralem ob magnam [448r] distantiam et incommoda viarum accedere non valentium per me seligendas extendendi facultatem benigne mihi impertire velit, quod quidem supplicandum et procurandum meo praesbytero Varsaviae degenti iam praecommisserim.

Caeterum gratiae, benevolentiae, et favoribus Ill.mae Excellentiae V.rae Me pro semper commendando, cupio devinctissimo cultu et veneratione manere. 26 Maii 1776, Ianopoli.

<sup>a</sup>-Ill.mae Excell.mae et Rev.mae Dominationis Patroni mei Colendissimi  
Obsequentissimus et Humillimus Servus  
Ioannes Episcopus Samogitiensis<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu propria

## N. 212

***Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz ad Ioannem Andream Archetti***

*Mohileviae, 27 V 1776*

*Salutat novum nuntium et promittit se Sedi Apostolice oboedientem futurum esse. Rogat, ut in munere episcopi Russiae Albae explendo adiuvetur. Qua in re admonet de potestatibus et iurisdictione a Clemente XIV et nuntio Garampi sibi concessa.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 193, s.f. Ascriptum: recepta die 15 Iunii 1776.*

Monseigneur,

Informé de l'arrivée de Votre Excellence j'ai l'honneur de présenter la très humble soumission à juridiction représentative du S. Siège que nous respectons dans Sa personne. [v] Aussitôt que ma Souveraine m'eut nommée au nouvel évêché de la Russie Blanche, j'ai écrit au St. Père en le

suppliant de m'en pourvoir. La Congrégation de la Propagande m'a répondu par les ordres „que c' était une matière d'importance, que sa Sainteté la prenait en délibération et qu'on attendant Mgr le Nonce de Pologne me donnerait toutes les facultés nécessaires pour le gouvernement des ouailles qu'Elle recommandait à ma sollicitude pastorale”.

Aussi Mgr le Nonce Prédécesseur de [r] Votre Excellence a-t-il agréé les pouvoirs que les trois évêques respectifs m'ont accordés, il les avait augmentés même, et nommément il m'avait commis la juridiction sur les missions de Petersbourg, de Moscou<sup>1</sup>, et de ses dépendances.

Or je supplie Votre Excellence de m'honorer de mêmes grâces et de daigner me consoler dans les difficultés dont le combat fréquent use ma patience et ma santé. Je l'employerai, tant qu'il plaira à Dieu de me l'accorder, pour le service de Son Eglise, et je tâcherai de mériter l'approbation de V.E. et de témoigner que je désire d'être avec le plus profond respect.

Monseigneur de Votre Excellence

Le très humble et très-obéissant serviteur  
+ Evêque Stanislas de Siestrzencewicz

A Mohilew<sup>2</sup> sur le Borysthene<sup>3</sup>, le 27 de Mai 1776.

## N. 213

### *Franciscus Antonius Modzelewski ad Ioannem Andream Archetti*

*Vilnae, 27 V 1776*

*Salutat novum nuntium et promittit se omnibus eius iussis oboedientem futurum esse. Rogat, ut benevolus sibi sit.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 30r. Manu Archetti ascriptum: Recepta die 4 Iunii 1776.*

Ill.mae Excell.me Rev.me D.ne D.ne Gratosissime

Singularis Benevolentiae participem ab Antecedaneis Ill.mis Excell. mis D.nis Nuntiis Apostolicis (prout Acta Secretariae Eiusdem Tribunalis enarrant) gloriari mihi licuit, hanc et ab Excellentia V.ra Ill.ma Rev. ma promereri cupiens, ad primam de felicissimo in hoc Regnum adventu famam humillimae recognitionis meae praestare non intermitto homagium, promptissimumque ad omnes Excellentiae V.rae Ill.mae Rev.dae nutus et

<sup>1</sup> Moscovia.

<sup>2</sup> Mohilovia.

<sup>3</sup> Borysthènes (Dniepr) flumen.

mandata offerendo obsequium, in pleniorum eius contestationem profiteor, quod sim cum profundissimo cultu et veneratione.

Excellentiae V.rae Ill.mae et Rev.mae D.ni Gratosissimi

<sup>a</sup>Devotissimus et humillimus Servus atque continuus Exorator  
F.[ranciscus] Antonius Modzelewski<sup>1</sup> Officialis Metropolitanus Generalis  
Vilnensis mpp<sup>a</sup>

Die 27 Maii 1776, Vilnae.

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 214

### *Ioannes Andreas Archetti ad Petrum Laschi*

Varsaviae, 27 V 1776

*Gratias agit pro epistula, qua se salutavit et gratulatus est. Gaudet rectorem et totum collegium ab archiepiscopo Garampi, praecessore suo, laudatum esse. Optat, ut cum eadem sedulitate iuvenes instituat, ut boni catholici fiant. Promittit eum a se adiutum iri.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 202v.*

Die 27 Maii 1776. Ad.[ditur] R.do D.no Petro Lasckki<sup>1</sup>

Rectori Collegii Pontificii Brunsbergensi<sup>2</sup>

Acceptissime mihi fuerunt Dominationis V.rae litterae quibus de meo in Poloniam adventu mihi gratulatur, et singularem quamdam erga me observantiam humanissime declarat. Sed mihi multo etiam gratius accidit quod ab Antecessore meo intellexerim Apostolicum istud Collegium summa integritate, maxima diligentia a Dominatione V.ra administrari. Eisdem igitur etiam in posterum Dominatio V.ra virtutes exerat, eandemque viam constanter insistat; atque ita istius Collegii Alumnos instituendos curet, ut sanctissimae Catholicae Religioni, et praesidio, et ornamento esse aliquando possint; quam ad rem omnem meam operam, studium, auctoritatem perlubenter polliceor ac defero. Interea et Dominationi V.rae, et singulis Alumnis fausta omnia adprecior, et ex animo sum.

---

<sup>1</sup> Franciscus Antonius Modzelewski, officialis metropolitae Feliciani Wołodkiewicz pro parte Lithuana dioecesis metropolitanae Kioviensis. Cf. *Kościół w Polsce*, p. 936, 1035.

<sup>1</sup> Petrus Laschi (Laski).

<sup>2</sup> Brausberga (Braniewo).

## N. 215

*Ioannes Andreas Archetti ad Felicem Paulum Turcki**Varsaviae, 27 V 1776*

*Mandat, ut viri designentur, qui lustrationem reddituum cleri in dioecesi Luceoriensi agent.*

*Cop.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 102r-v.*

Ill.me et Rev.me D.ne

Quam Ill.me Dominationis V.rae agens a me nuper expostulaverit, ut iuxta id, quod in congressibus cleri coram archiepiscopo Berytensi Antecessore meo habitis statutum fuit, et in aliis dioecesibus observatum, religiosos viros deputarem, qui lustratione bonorum in ista sua dioecesi explendae pro recta subsidii ecclesiastici distributione interessent, Ill.mae Dominationi V.rae facultates impertio, ut pro tribus eiusdem suae dioecesis concistoriis sequentium domuum regularium superiores in lustratores meo nomine deputet, nempe pro Concistorio Ianovicensi<sup>1</sup> Priorem S. Pauli Primi Eremitae in Lasno<sup>2</sup>, Guardianum S. Francisci Minorum Conventualium in Drohiczyn<sup>3</sup>, et superiorem S. Basilii Magni pariter in Drohiczyn, pro Concistorio Luceoriensi<sup>4</sup> Priorem Conventus Praedicatorum, Ministrum Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis, et Priorem S. Basilii Magni Luceoriae, et pro Concistorio Vinnicensi<sup>5</sup> Priorem Praedicatorum in Vinnice, Ministrum Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis in Brahilow<sup>6</sup>, et Superiorem S. Basilii Magni in Human<sup>7</sup>. Si qui autem ex recensitis superioribus erunt praepedixi, et praedictis lustrationibus interesse nequibunt, fas eis erit [102v] alium ex suo conventu seligere et subrogare. Haud vereor, quin Dominatio V.ra Ill.ma pro spectata sua religione et prudentia omnes praedictos religiosos monere velit, ut in iisdem lustrationibus agendis fideliter, et recte se gerant, neminique detrimentum afferatur. Interim vero me reverentem esse profiteor. Varsaviae 27 Maii 1776

Obsequentissimus et Addictissimus Servus etc.

<sup>1</sup> Ianovia in archidiaconatu Luceoriensi, cf. SGKP III, p. 423.

<sup>2</sup> Castrum Lesne Podlachiense, cf. Litak, p. 417, SGKP V, p. 156sqq.

<sup>3</sup> Drohicinum, cf. Litak, p. 407, SGKP II, p. 149sqq.

<sup>4</sup> Luceoria (Łuck), dominicani, cf. Litak, p. 405; trinitarii, cf. Litak, p. 419; SGKP V, p. 778sqq.

<sup>5</sup> Winnica, cf. Litak, p. 406, SGKP XIII p. 553sqq.

<sup>6</sup> Brahilovia (Brahilów), trinitarii, cf. Litak, p. 419, SGKP I, p. 348.

<sup>7</sup> Umana (Human), SGKP III, p. 208sqq.

*Porphyrius Skarbek Ważyński ad Ioannem Andream Archetti**Torohaniis, 28 V 1776*

*Gratias agit, quod erga ordinem basilianorum benevolentiam ostendit, quae iam tum apparuit, cum causa monasterii in Byteń sito agebatur. Procuratores ordinis Varsavienses iussi sunt, ut in omnibus rebus gravibus ad nuntium adirent. Protoarchimandrita operam dabit, ut ordo eius Sedi Apostolicae officiose serviat.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 128 f. 31r-v. Manu Archetti ascriptum: Recep. 1 Iunii 1776, 28 Maii conscripta 1776.*

Ill.me Excell.me ac R.me D.ne Patrone Colendissime

Summo me gaudio affecerunt humanissimae Suae Excellentiae litterae<sup>1</sup>, ex quibus singularem eius benevolentiam erga meam Congregationem perspexi, eiusdemque non levia simul specimina iam exhibuisse aliunde cognovi cum in promovendo negotio monasterii Bytenensis<sup>2</sup> operam impendisse ex litteris R.P. Procuratoris Lituanae Provinciae edoctus sum. Unde solennes me Suae Excellentiae agere gratias et immortales habendas profiteor. Fretus itaque tanta animi propensi Benignitate, Patres Procuratores nostros Varsaviae commorantes ut fidenter Suam Excellentiam accedant, quoties negotia validissimam Suam Protectionem postulaverint, praemonere curavi. Ego vere [31v] nullam patiar mihi praeterlabi occasionem, qua meum plenum gratiae voluntatis animum numquam defuturum probem, ut propriam huius meae Congregationis indolem confirmem qua semper et constanter studemus clara dare indicia, quam ardentem Santam Sedem eiusque Venerandos Ministros pientissime colimus. Reliquum est ut me etiam atque etiam Suae gratiae commendem et pleno venerationis sensu esse profiteor. Torohaniis<sup>3</sup>, 28 Maii 1776.

Ill.mae Excell.mae et R.mae Dominationis V.rae

Humillimus devotissimus et obsequentissimus servus ac exorator  
P[orphyrius] S[karbek] Ważyński  
Ordinis S. Basilii Magni Protoarchimandrita

<sup>1</sup> Cf. N. 178.

<sup>2</sup> Byteń, cf. SGKP I, p. 518.

<sup>3</sup> Imienin.

## N. 217

***Silvester Rudnicki ad Ioannem Andream Archetti****Luceoriae, 28 V 1776*

*Gratulatur ei, quod salvus Varsaviam venit. Rogat, ut se in omnibus rebus ad dioecesim Luceoriensem pertinentibus adiuvet.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 666r. Manu Archetti ascriptum: Ruteni. Vescovato di Luceoria. Rec. 13 Iunii 1776.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Patrone Coll.me

Felicissimum adventum Excellentiae Vrae ad hanc Regiam, de quo certiolem me reddere Excellentia V.ra dignata est, eo affectu, ea animi devotione, qua semper erga Sanctam Sedem feror, obsequiosissimus excepi, plenoque corde gavisus sum. Quod mea vel maxime interest, me, meamque Dioecesim, singulari gratiae, altissimaeque protectioni Excellentiae V.rae humillime recomendo, et me esse dico debito venerationis cultu.

Excellentiae V.rae Ill.mae ac Reverendissimae

<sup>a</sup>Humillimus Servus

S.[ilvester] L.[ubieniecki] Rudnicki

Episcopus Luceoriensis et Ostrogus<sup>a</sup>

Luceoriae 28 Maii 1776 anno.

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 218

***Ludovicus Leo Szeptycki ad Ioannem Andream Archetti****Leopoli, 29 V 1776*

*Salutat novum nuntium et rogat, ut ecclesiam graeco-catholicam benevolus protegat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 31r.*

Excell.me Ill.mae Rev.me D.ne D.ne Patrone Coll.me

Cum ea, qua par est, reverentia receptis notificatoriis de felicissimo Ill.mae Excellentiae V.rae in Apostolicam Regni Poloniae Legationem adventu magno ex inde perfusus gaudio, quod tam Dignum Excell.mi Domini Archiepiscopi Berytensis in me semper gratiosissimi Successorem salutationis significatione habeam honorem venerari, Cuius Gratiae ac Benevolentiae me, ac meam non solum Camenecensem meae ordinariae, sed

et Metropolitanam Kijoviensem Administrationali iurisdictioni subiectam, eamque praecipue in rebus Sanctae Unionis magni expositam periculis Protectori commendando, debito cultu maneo.

Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae V.rae

<sup>a</sup>Devotissimus et humillimus Servus  
L.[udovicus] Leo Szeptycki Episcopus L.[eopoliensis] H.[aliciensis]  
Camenecensis Coadiutor et Administrator Metropoliae Kioviensis<sup>a</sup>  
Die 29 Maii 1776, Leopoli.

<sup>a-a</sup>*manu propria*

## N. 219

***Ignatius Rossetti ad Ioannem Andream Archetti***

*Leopoli, 29 V 1776*

*Salutat novum nuntium et rogat, ut sibi consulat. Operam sociam promittit.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 131 f. 436r-v.*

Eccellenza Reverendissima,

Mi perdoni V.ra Eccellenza Rev.ma la ritardanza mia nel sodisfare al debito, che mi correva, di umiliarle in occasione del felicissimo suo arrivo costà la divota mia servitù, ritardanza unicamente provenuta da giusto timore di rendermesele inoportuno co' miei ufficii in tempo, che la sapevo da tutte le parti affollata. Mentre riverentemente supplico V.ra Eccellenza Rev.ma di ringraziare del benigno suo gradimento l'atto del rispettoso mio ossequio, che colla presente le tributo, mi permetta che si implori divotamente il vantaggio della protezione e buona grazia sua, di cui i degnissimi suoi [436v] predecessori hanno onorato la debolezza mia. Siccome in ogni congiuntura ho incontrato colla maggior puntualità e premura l'onore de' pregiatissimi di loro comandi, così reputerò a somma mia fortuna il poter impiegar la tenue mia servitù nell'esecuzione de' compitiissimi di lei cenni, de' quali ambizioso fo a V.ra Eccellenza Rev.ma umilissima riverenza.

Di V.ra Eccellenza Rev.ma

Umilissimo, Divotissimo, Obligatissimo Servo  
Ignazio Rossetti<sup>1</sup> C[anonicus] R[egularis] [vulgo] Th[eatinus]  
Leopoli, 29 Maggio 1776.

---

<sup>1</sup> Ignatius Rossetti (obiit a. 1795), theatinus, rector collegii papalis Armeniorum et Ruthenorum Leopoliensis annis 1760-1784. Cf. Petrowicz, Błażejowskyj.

## N. 220

***Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini****[Varsaviae, 29 V 1776]<sup>1</sup>**Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 29 V (N. 226-230) Romae confectum.**Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 296r.**Cop.: BOss. 6846, p. 187-188.*

## N. 221

***Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini****Varsaviae, 29 V 1776**Legatus Russicus regem certiozem fecit magnam Ducissam Moscoviensem mortuam esse. In Polonia luctus trium hebdomadarum decretus est. Legatus Reviczky effecit, ut nuntius et legatus Russicus invicem alius alium adirent. Summus dux Branicki Petropoli Varsaviam revertit, quae res significat eum velle cum rege in gratiam redire et factionem regi adversam relinquere.**Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 301r-302r.**Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 11r.**Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 16v-17r.**Cop.: BOss. 6846, p. 187-188.**Eminentissimo etc.*

Renderò consapevole Mons. Arcivescovo di Berito per sua regola che nelle mani di Vostra Eminenza è pervenuto il di lui dispaccio dei 10 Aprile<sup>1</sup>.

Sabbato si portò l'Ambasciator Russo all'udienza destinatagli da Sua Maestà, in cui partecipò nelle forme la morte della Gran Duchessa di Moscovia<sup>2</sup>. Dopo di ciò il Principe Lubomirski Gran Maresciallo della Corona ha pubblicato il lutto per tre settimane. Essendo stato a Corte l'Ambasciatore Russo nel sopraindicato giorno, si dispensò di comparirvi domenica.

---

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

<sup>1</sup> Lazarus Opitius Pallavicini ad nuntium apostolicum in Varsavia, 4 V 1776, AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 67r.

<sup>2</sup> Natalia Alexii filia Romanowa.

V.ra Eminenza fu ragguagliata con i miei numeri delli 8 Maggio<sup>3</sup> di un discorso, passato tra il Barone Rewiski<sup>4</sup> ed il Conte Galeppi<sup>5</sup> per concertare una nuova visita da farsi a me dal suddetto Ambasciator coll'intelligenza di dovere e voler essere ricevuto. Io non ho mai perduto di vista questo progetto che ieri ha sor[301v]tito il pieno suo effetto colla mediazione del medesimo Sig. Barone. Ricevetti dunque ieri l'Ambasciatore all'ora concertata, ed in sua compagnia vennero il Principe d'Annalt<sup>6</sup>, due Cavalieri Russi e lo stesso Sig. Barone Rewiski. Siccome poi l'Ambasciatore mi ha invitato a pranzo per domani, così mi affretto oggi a renderli la dovuta visita, prevenendo il giorno del suddetto invito, che rilevo fatto a mio riguardo, e come dicesi, per darmi un pranzo ministeriale.

Il Generale Branicki<sup>a7</sup> da Pietroburgo, senza fermarsi nelle sue terre di Lituania, è venuto a dirittura a Varsavia. Così ha confermate le voci della sua riconciliazione e ritorno al partito regio; ed il partito di opposizione avrà forse il rammarico non solo per il successo poco felice dell'andata del Generale a Pietroburgo, ma altresì per la comunicazione a lui fatta de' propri disegni. [302r]

Dai tre compiegati fogli rileverà poi l'Eminenza Vostra quanto mi occorre significarle per adempimento del mio ministero. Intanto col più profondo rispetto mi rassegno. Varsavia, 29 Maggio 1776.

Di Vostra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescvo di Calcedone<sup>b</sup>

<sup>a</sup>Reg.: Braniki

<sup>b-b</sup>manu propria

## N. 222

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 29 V 1776*

*Vi articuli III Actus separati die 15 mensis Martii anni 1775 divulgati Russia iura dissidentium custodit. Quamquam tribunalia mixta sublata esse videntur, alia collegia catholicorum et dissidentium Regno et Lithuaniae constituta sunt, ut controversias hominum varia sacra sequentium diiudicarent. Labor iudicum Lithuanorum nullas fruges tulit, in Regno similiter res se habent.*

<sup>3</sup> Cf. N. 163.

<sup>4</sup> Carolus Reviczky.

<sup>5</sup> Laurentius Caleppi.

<sup>6</sup> Fridericus Augustus, dux Anhalt-Zerbst (1734-1793).

<sup>7</sup> Franciscus Xaverius Branicki.

*Or.*: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 307r-308v. *Sine nomine nuntii subscripto, sed manu eius secretarii sicut autographa. In angulo laevo infero*: All'E.mo Sig. Card. Pallavicini Seg. di Stato di N. ro Signore.

*Reg.*: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 11v. *Praescriptio*: Lettera a parte.

*Reg.*: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 17r-v. *Praescriptio*: Lettera a parte.

Varsavia, 29 Maggio 1776.

Poco prima del mio arrivo in Varsavia cominció ad eseguirsi ciò, che nell'articolo terzo della Garantia della Russia, accettata e segnata dalla Delegatione li 10 Marzo dell'anno scorso<sup>1</sup>, fu convenuto rapporto a tutte le cause e querele dei dissidenti contro i cattolici, e rispettivamente di questi contro di quelli, da esaminarsi non più nel Tribunale misto, che in apparenza si disse abolito, ma bensì nei due Tribunali detti Giudici della Corte, o siano Assessorie. Erano per il passato le Assessorie composte, quella della Polonia dal Gran Cancelliere e Vice-Cancelliere della Corona come presidenti, e di sei assessori deputati e ordinari. Sullo stesso piede componevasi quella di Lituania. In vigore per[307v]tanto del sopradetto atto separato fu stabilito, che in quattro settimane ogni sei mesi per la Corona ed altrettante per la Lituania si agitassero le diverse<sup>a</sup> controversie nelle due Assessorie, con che peraltro in ciascuna di esse dovessero nominarsi sei assessori dissidenti per pareggiare i cattolici. Nel mese di Aprile incominciaronsi a trattare le cause della Lituania. Tre soli d'ordinario degli assessori cattolici vi sono intervenuti, forse perché tutti mal pagati dalla Repubblica, ma viceversa tutti sei gl'assessori dissidenti non anno mai mancato di assistervi, onde per rendere eguale il numero dei giudici da una parte e dall'altra fu preso il partito, che quella la qual fosse più numerosa non costituisse [08r] se non la quantità dei voti corrispondenti all'altra parte men numerosa. Molte cause vi sono state proposte, ma quasi nessuna è rimasta decisa, poiché sostenendo i cattolici che l'Assessoria sia un Tribunale di appellazione e non di prima istanza, e che certe cause fossero di privativa ispezzione di alcuni magistrati, sono state rimesse ai giudici competenti, per poi esaminarle nell'Assessorie in grado di appellazione. Spirate le quattro settimane assegnate per le cause di Lituania, si passò in questo mese di Maggio ad esaminar quelle della Polonia, parimenti col'intervento dei dissidenti. Una sola causa si è finora proposta risguardante un scismatico che pretende di aver potuto qui in Varsavia vendere i liquori non ostanti li contrarii statuti di [308v] questa città, ma non essendosene terminato l'esame, rimane ancora indecisa.

<sup>a</sup> *Reg.*: divise

<sup>1</sup> Recte: 15 III 1775, cf. *Volumina legum* VIII, 61, 63.

## N. 223

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

Varsaviae, 29 V 1776

*Prussia Regia in finibus Poloniae iam non est et nuntius in ea terra iurisdictionem non exercet. Sed rogat papam, ut occulte id facere sibi liceat, quia catholici in terra Prussica occupata degentes ad se res deferunt, quas ut diiudicare possit, necesse est habeat potestatem, quam aepus Garampi, praecessor eius, habuit.*

*Or.:* AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 309r-v. Sine nomine nuntii subscripto, sed manu eius secretarii sicut autographa. In angulo laevo infero: All'E.mo Sig. Card. Pallavicini Segretario di Stato di Nostro Signore.

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 11v-12r. Praescriptio: Altra simile.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 17v. Praescriptio: Altra lettera a parte.

Varsavia, 29 Maggio 1776.

Si ricorderà V.ra Eminenza che dovendosi spedire il breve per la mia destinazione a questa Nunziatura, fu per suggerimento di Mons. mio Antecessore, tralasciato di esprimere la Prussia, solita a nominarsi nei passati brevi, per non esser più nel dominio della Repubblica in vigore dell'ultimo partaggio<sup>1</sup>. Io mi astengo di esercitare in quelle parti alcun atto di giurisdizione che possa esser clamoroso, ma per quello che riguarda lo spirituale, e particolarmente il foro interno, ricevendo continue suppliche da quelli ecclesiastici, che non anno altro Ministro Pontificio a cui indirizzarsi, supplico V.ra Eminenza ad implorarmi da Nostro Signore il permesso di esercitare anche in quei [309v] luoghi le facoltà ricevute per la Polonia, come ha costumato il mio Antecessore, e mi basterà su di ciò un semplice cenno di V.ra Eminenza non essendo qui d'uopo di render pubbliche tali facoltà.

## N. 224

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

Varsaviae, 29 V 1776

*Sacerdos catholicus et caterva graeco-catholicorum vim Ucrainis quibusdam attulerunt. Nuntius cognitionem intra ecclesiam fieri iussit, ne Russi catholicis adversi re illa uterentur. Rogat Polonos potentes, ut se iuvent.*

---

<sup>1</sup> Cf. Instructio Secretariae Status ad Mons. Archetti designatum Nuntium in Polonia, N. 68.

**Or.:** AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 303r-304v. *Sine nomine nuntii subscripto, sed manu eius secretarii sicut autographa. In angulo laevo infero:* All'E.mo Sig. Card. Pallavicini Segretario di Stato di N. ro Signore.

**Reg.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 12r-v. *Praescriptio:* Altra simile.

**Reg.:** AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 18r. *Praescriptio:* Altra lettera a parte.

Varsavia, 29 Maggio 1776.

Alle piuttosto bone speranze intorno gli ecclesiastici affari dell'Ukrania [sic!]<sup>a</sup> dispiacemi sommamente di dover far succedere la funesta nova di un grandissimo<sup>b</sup> eccesso, che V.ra Eminenza potrà leggere diffusamente descritto nella copia delle due lettere qui compiegata<sup>1</sup>.

Per porre il più pronto riparo alle perniciose conseguenze, ho subito fatto sapere al Sig. Conte Ogrodzki<sup>c2</sup> Segretario del Consiglio Permanente, quanto altamente si al Nunzio Apostolico, che a tutta quella Curia ecclesiastica sia rincresciuto un simile eccesso, e come già siasi spedito un Officiale ecclesiastico, perché formatone un rigoroso processo, proceder si possa ad un pronto ed esemplare gastigo. Spero che questa parte ser[303v]virà mirabilmente, sì per rattenere la podestà secolare dal proceder essa contro de' rei come violatori della universale<sup>d</sup> a lei ben nota, sì per calmare il risentimento dell'Ambasciator Russo qualor ne faccia lagnanza. Anco il Re si é molto amareggiato a tal nova, ma poiché poco prima gli eran giunte moltissime e gravi doglianze de' cattolici contro le continue violenze e soverchierie de' scismatici, lo eccitai a farne sollecitamente discendere<sup>e</sup> dal Consiglio Permanente una nota ministeriale per prevenire e rintuzzar la forza de' riclami<sup>f</sup>. Mons. Vescovo di Posnania<sup>3</sup>, all'informazione del fatto, so che rispose queste brevi parole: "so ben io che dovrò fare"<sup>gd</sup> [304r] e quasi subito si partì di Varsavia per una sua casa di campagna, onde non potendo con esso lui abboccarmi, l'ho fatto pregare per mezzo di un suo segretario che si piacesse di comunicarmi i suoi lumi e i suoi consigli. Frattanto studio e ricerco, e dispongo tutti i mezzi più acconci, perché nuovo danno non venga a que' cattolici, né lascio di

---

<sup>1</sup> Cf. adiuncta: [1] Traductio articuli epistolae Ill.mi D.ni Episcopi Leopoliensis Coadiutori Metropolitae totius Russiae, dat Mense Maio Anno 1776 ad D.num Lewinski Archidiaconem Leopoliensem. [*Incipit:* Undique mihi accrescunt incommoda, et molestie.]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 306r-v; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 12v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 18r-v; APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 496r. [2] Traductio excerpti ex litteris D.ni Lubinski Officiali Braclaviensis ad Ill.mum Episcopum Leopoliensem Coadjutorem Metropolitae totius Russiae. Dat. 6. Maii 1776. [*Incipit:* Certiorem feci Excelentiam Vestram Ill.mam R.mam abscondens...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 305r-v; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 12v-13r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 18v; APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 497r.

<sup>2</sup> Hiacynthus Ogrodzki.

<sup>3</sup> Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski.

scrivere a quanti in quelle parti credo opportuno, sempre però mantenendo quella circospezione che Mons. Garampi credette di dover usare da qualche tempo in qua con Mons. Coadiutore della Metropolia<sup>4</sup>, interrompendone ogni carteggio. Di tutto ne avanzo riscontro alla Sagra Congregazione di Propaganda Fide con l'acclusa mia [304v] all'Eminentissimo Sig. Card. Castelli, Prefetto della medesima<sup>5</sup>.

<sup>a</sup>*Recte*: Ukraina <sup>b</sup>*Reg.*: gravissimo <sup>c</sup>*Reg.*: Ogrodoski <sup>d</sup>*linea subducta notatum* <sup>e</sup>*Reg.*: distendere <sup>f</sup>*Reg.*: reclami che certamente l'Ambasciator Russo sarà per fare

## N. 225

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 29 V 1776*

*Legatus Russicus efficere potest, ut in conventiculis proximis legatus noncatholicus creetur. Rex imperatrici magis magisque obnoxius nihil faciet, ne id fiat. Idem dici potest de legato Austriaco, praesertim cum tres legati iure creari possint. Austria operam dat, ut pax in Polonia a Russia servetur, et Prussiam lacesere non vult. Fieri potest, ut in districtu Vschoviensi legatus dissidens creetur. Nuntius collocutus est de ea re cum epo Młodziejowski et cum rege, qui tamen inertes sunt. Sermo est de archiduce Paulo Romanow uxorem ducere cogitante.*

**Or. decifr.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 297r-300v. In 297r ascriptum: Dificerata li 19 Giugno.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 13r-14r. Praescriptio: In numeri.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 19r-20r. Praescriptio: In numeri.*

Di Varsavia. Da Mons. Nunzio Archetti, 29 Maggio 1776.

La risposta di Sua Maestà sopra l'affare della elezione de' nunzi, che io con le medesime parole proferite da lui riferii a V.ra Eminenza ne' passati miei numeri<sup>1</sup>, mi fece chiaramente comprendere, che non era tanto da temersi la sola e nuda prerogativa di eligibilità, quanto, e molto più, un positivo impegno della Russia e del suo Ambasciatore di far eleggere almeno un nunzio dissidente dei 3, che essi possono avere impegno per nostra sventura, sostenuto col ferro e coll'oro. Il Re sempre più legato colla Moscovia e coll'Ambasciatore, è intento a sortire nunzi a se favorevoli, si da a credere vano e nocivo l'opporvisi. Affrettai di abboccarmi col Ministro

<sup>4</sup> Ludovicus Leo Szeptycki.

<sup>5</sup> Cf. N. 226.

<sup>1</sup> N. 200.

di Vienna<sup>2</sup>. Ecco quali furono le sue proposizioni. [297v] L'Ambasciator di Russia protesta che non farà violenza alle dietine. Non si può domandare, né pretendere d'avvantaggio. È vero, che tali promesse non bastano a togliere ogni timore. L'Ambasciatore ha mille modi, e ciò che più decide, ha truppe al suo comando, né ha di bisogno di venire a violenze aperte e di far foco sulle dietine per ottenere il suo fine. I candidati implorano il suo appoggio, tra questi tutti i dissidenti che possono aspirare ad esser nunzi. Se ne contavano molti nelle prime note formate. Uno solo è stato lasciato nell'ultima<sup>a</sup> di coloro, che anno fissate le premure e le pratiche dell'Ambasciatore, pratiche per altro, secondo pretende l'Ambasciatore, della natura di quelle, che si impiegano dal contrario partito di opposizione. [298r] Nel Palatinato di Posnania vi è il distretto di Fraustat<sup>3</sup>, ove i dissidenti hanno la superiorità de' voti sopra i cattolici. Io non manca di rilevare, che la Corte di Vienna aveva negato di garantire l'atto separato, concernente l'eligibilità dei 3 nunzi dissidenti, e che i legami tra le due Corti, essendosi vieppiù stretti, concorrevano la ragione e le circostanze per impedire il temuto danno. Replicò il Barone non poter esso che esigere <sup>b</sup>l'osservanza della<sup>b</sup> protesta di sopra detta, che non si poteva domandare all'Ambasciatore, o che desistesse dal procurare l'effetto del convenuto colla Repubblica (eccettuazione l'uso della forza) o molto meno che agisse contro l'esecuzione del concordato. Finalmente che la sua Corte lasciava la cura a quella di Russia di vegliare [298v] alla interna tranquillità del Regno, e qualora a tale oggetto venissero richieste truppe Austriache, sarebbero state pronte. Apparentemente non verrà questo caso per non dare un pretesto al Sovrano di Prussia di tranquillizzare<sup>c</sup> qualche nuovo tratto di paese della Pollonia [sic!], come ha fatto di quello, che si è preso.

È qui necessario che io rappresenti a V.ra Eminenza le circostanze al maggior segno critiche per se stesse, nelle quali ci troviamo riguardo al nominato distretto di Fraustat. Nella dieta infelicissima del 1768 dei due palatinati, di Posnania e di Kalisz<sup>4</sup> venne formato un terzo palatinato di Gnesna. Il palatinato di Posnania restò nuovamente diviso in 10 distretti, e la divisione fu fatta con maligna arte in modo, che tutti quei luoghi, ne' quali, come vicini alla [299r] Prussia, i dissidenti erano in maggior copia che in ogn'altra parte, invece di dividerli ed assegnarli a differenti distretti, tutti, dissi, insieme incorporati entrarono a formare il sopradetto distretto di Fraustat. Ecco come hanno colà la superiorità de' voti.

Fui avvisato poco dopo l'abbocamento col Ministro di Vienna, che dall'Ambasciator di Russia stringevansi le conferenze col Castellano di

---

<sup>2</sup> Carolus Reviczky.

<sup>3</sup> Fraustadt – Vschovia (Wschowa), cf. SGKP XV, pars 2, p. 704.

<sup>4</sup> Calissia.

Posnania<sup>5</sup>, e che tutto si disponeva a favore del nobile dissidente Adamo Bronikowski<sup>6</sup>, uomo di credito tra i suoi e generalmente amato in quel distretto. Mi portai subito da Mons. Gran Cancelliere. Parlai come meglio seppi e al Vescovo di Posnania nella di cui diocesi rimane Fraustat, e al Gran Cancelliere della Corona sapendo di più [299v] che il Re e il Ministro hanno superiore influenza nella Gran Polonia e sperano di là sortire i nunzi più addetti al partito regio. Mi scongiurò a stare tranquillo e non temere; si protestò del suo zelo e del suo impegno, ma scorgendo io che non aprivasi sulle particolari critiche circostanze dell'affare, gli feci rimarcare quello mi aveva detto il Re stesso, e gli diedi un cenno, ma non già di tutto quello io sapevo. Se ne mostrò ignaro, mutò discorso, e tornando io in risposta al mio proposito, conchiudendo che egli sarebbe stato il responsabile a Dio, alla Santa Sede e al mondo, mi promise l'opera sua e aggiunse, che il giorno seguente avrebbe procurato che venisse da me il Castellano di Posnania, e forse sarebbe venuto esso medesimo se non fosse [300r] partito per la campagna. Io non ho veduto il Castellano di Posnania, e Mons. Gran Cancelliere se n'è andato in campagna, ove la sua salute lo chiama per alcuni giorni, e invece ha mandato da me un suo Segretario a dirmi che era vero quanto io gli avevo accennato nell'ultimo abboccamento.

Domenica feci un nuovo tentativo con Sua Maestà, ma per farla breve, mi si oppone ognora sopra tutto la superiorità, come decisa, dei dissidenti sopra i cattolici nel distretto di Fraustat. Ciò non ostante io non manco e non mancherò al mio dovere.

Mi sembra non inutile cosa, attesa l'importanza dell'affare, riferire a V.ra Eminenza, che qui non mancano persone di riguardo, le quali non sono lontane dal credere che possa pensarsi alla [300v] sorella dell'Elettore di Sassonia<sup>7</sup> per Isposa del Gran Duca di Moscovia<sup>8</sup>. Credo, che siano mere speculazioni nate qua, né io so che da Pietroburgo venga dato alcun cenno. Mons. Nunzio di Vienna deve esser passato per Dresda. Vivo sicuro, che niente sarà sfuggito alla sua diligenza ed accortezza. Le figlie de' Principi protestanti fanno della lor religione un sacrificio al marito, che loro capita. Ma non sia mai, che abbia a sentirsi ciò di una principessa cattolica. Etc.

<sup>a</sup>Reg.: ultima nota segreta    <sup>b-b</sup>superscriptum in textu    <sup>c</sup>linea subducta natatum

---

<sup>5</sup> Iosephus Mielżyński (1729-1792), castellanus Posnaniensis, palatinus inde ab anno 1768.

<sup>6</sup> Adamus Bronikowski (1758-1829), nobilis, calvinista.

<sup>7</sup> Elector Saxonicus Fridericus Augustus Wettin (1750-1827), soror eius Maria Anna Wettin (1761-1820).

<sup>8</sup> Paulus Romanow.

## N. 226

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Iosephum Mariam Castelli*

Varsaviae, 29 V 1776

*Cum instigati sacerdotes uniti et sacerdos romano-catholicus vim sacerdotibus orthodoxis in Ucraina attulissent, timendum est, ne Russi unitis iniurias faciant. Nuntius narrat de eis, quae facit, ne id fiat.*

*Or.:* APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 495r-v; 498r-v.

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 3r-v.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 4v-5v.

Eminentissimo etc.

Dal primo momento che venni ad esercitare quest'apostolico ministero conobbi, che fra gli affari, che richiedevano tutta la mia diligenza, uno principalmente era quello delle chiese unite di Ukrania [sic!], esposte da tanto tempo alle violenze dei scismatici. Mi feci dunque carico di scrivere ai due Officiali vescovili, Prymowick<sup>1</sup> e Lubinski<sup>2</sup>, eccitandoli a darmi un pieno ragguaglio dello stato attuale di quelle chiese, e ad<sup>a</sup> avvisarmi se il volontario ritorno di quelli apostati, come avevo avuta la consolazione di sentire dalle lettere da essi scritte al mio Antecessore, andasse tuttavia proseguendo. Mentre ero nella maggior sollecitudine per questo importantissimo affare, mi furono sabato 25 del cadente recate dall'Arcidiacono Lewinski<sup>3</sup>, agente qui in Varsavia del Coadiutore nella Metropolia di Russia<sup>4</sup>, le copie di due lettere scritte, una dal nominato Officiale Lubinski al medesimo Coadiutore, e l'altra scritta da questo allo stesso suo agente. Dalla copia delle lettere che ho l'onore di compiegare<sup>5</sup> [495v] a V.ra Eminenza, rileverà ella il grave eccesso a cui un prete latino e otto preti uniti si sono fatti trasportare per incitamento e provocazione ricevuta dai scismatici. Viddi subito le perniciose conseguenze, che da questo fatto sarebbero potute derivare o dalla podestà secolare col procedere contro i malfattori, come rei di aver violata la universale<sup>b</sup> recentemente scritta<sup>6</sup> da Sua Maestà per impedire che in Ukrania siegua innovazione alcuna sul punto di religione e sul reciproco possesso delle chiese, sino alla deputazione dei rispettivi commissari convenuta colla Corte di Russia o per parte di questa, col far agire in Ukrania le truppe che vi ritiene, e spin-

<sup>1</sup> Michaël Prymowicz.

<sup>2</sup> Ioannes Lubiński, officialis Braclaviensis, cf. *Monumenta Ucrainae*, p. 76, 137.

<sup>3</sup> Stephanus Lewiński (obiit a. 1807), coadiutor Luceoriensis inde ab anno 1788, epus Luceoriensis inde ab anno 1798, cf. Welykyj, *Audientiae* I, p. 209.

<sup>4</sup> Ludovicus Leo Szeptycki.

<sup>5</sup> APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 496r-497v. Cf. adiuncta ad N. 224.

<sup>6</sup> Cf. N. 148.

gervene di nuove che ha sempre pronte a favor dei scismatici e danno dei cattolici in vendetta dell'accaduto. Onde per impedire e le une, e le altre, mi feci subito un dovere di prevenirne il Conte Ogrodzki Segretario del Consiglio Permanente, affinché venendo presentata dall'Ambasciator di Russia qualche nota ministeriale sul proposito, sia egli nel caso di calmare [498r] il risentimento del Consiglio e dello stesso Ambasciatore, assicurandoli della disapprovazione e rincrescimento della curia ecclesiastica, e mio, per tutto l'accaduto, come anche della spedizione già fatta in quelle parti dell'Ufficiale ecclesiastico affine di prenderne informazione, e dar poi ai rei il meritato gastigo. Inoltre avendo domenica avuta occasione di parlare con Sua Maestà, mi aviddi ch'egli era consapevole e molto ammaraggiato del fatto, e giacché pochi giorni avanti erangli pervenute pressanti querele e riclami per violenze, che dai scismatici si usavano ai cattolici, lo eccitai a far subito dare dal Consiglio Permanente una nota ministeriale all'Ambasciator di Russia sul proposito delle violenze suddette, per così prevenire e scemare la forza della rappresentanza che il medesimo Ambasciatore non avrebbe certamente mancato di avanzare per il funesto caso della occorsa occisione. Ne avrei ancora parlato a Mons. Vescovo di Posnania Gran Cancelliere della Corona e Presidente nel Consiglio Permanente al dipartimento degli affari esteri, tanto più che avevo con dispiacere risaputo, che essendo egli stato informato [498v] del fatto dallo stesso Arcidiacono Lewinski, aveva con brevi e tronche parole risposto sapere ciò che dovea fare, ma per ritrovarsi egli fuori di Varsavia in una sua casa di campagna, ho procurato prevenirlo di tutto per mezzo di un suo segretario, pregandolo a volermi comunicare ciò che creduto avesse espediente sull'affare. Starò adesso in osservazione di quello andrà accadendo per parte tanto del Consiglio Permanente, quanto dell'Ambasciator di Russia, per essere al caso di riparare che non venghino per questo fatto i poveri uniti a soffrir perdite e danni maggiori, mentre intanto non lascio di volgermi con lettere adattate all'emergente a quanti in quelle parti credo opportuno bene intesa V.ra Eminenza della necessaria circospezione, che devo usare con Mons. Coadiutore della Metropolia. Ho creduto mio preciso dovere di partecipar tutto all'Eminenza V.ra, a cui raccomandandomi per un benigno compatimento e patrocinio in tutto il tempo di questo mio ministero, con tutto il rispetto mi rassegno.<sup>c</sup> Varsavia, 29 Maggio 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>d</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>d</sup>

<sup>a</sup>Reg.: nel <sup>b</sup>*linea subducta notatum* <sup>c</sup>Reg. 339: Le copie delle due lettere vedi in Registro alla Segreteria di Stato f. 35 <sup>d-d</sup>*manu propria*

## N. 227

*Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

Varsaviae, 29 V 1776

*Tractat de abbazia in oppido Lodi sita, quae ei assignata est. In muneribus nuntii explendis occupatissimus nullum tempus habet ad alias res agendas. Legatos Prussicum et Russicum novit. Tractat de rebus familiaribus. Accedunt verba ab auditore Francisco Guglielmi scripta.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1776, s.f.*

Carissimo Fratello

Sono debitore di risposta alla vostra 4 Maggio. Ho riscontri da Milano che le affittanze della nova mia Abbadia devono durare sino a S. Martino dell'anno 1782, come quelle che sono state fatte col beneplacito apostolico o sia coll'approvazione della Congregazione del Concilio. Non vi è dunque luogo ad altro, ringraziandovi delle amoroze vostre proferte fattemi sul proposito. Quello deve farsi di atti in Roma, Milano e Lodi è tutta incombenza, secondo le nove costituzioni, dello spedizioniere imperiale regio Abate Marcabruni<sup>1</sup> dimorante in Roma; egli se l'intende con l'economato regio per la terminazione dell'affare. Per continuare l'attività del mio Antecessore e per la moltitudine ed importanza degli affari, io non ho tempo libero per me medesimo. Non vi è cosa che non interessi un nunzio apostolico per i riflessi veri e unici della religione e della Santa Sede, ed in ogni cosa non ha altra risorsa che la diligenza, l'attività, la destrezza e l'insistenza. Domani l'Ambasciatore di Russia mi dà un pranzo ministeriale. È persona assai polita. Ho fatta amicizia con Mr Benoît: bella diversità dall'esser ministro di Russia o di Berlino dall'esserlo del Papa a giorni d'oggi. Questa benedetta dieta che si avvicina, mi tormenta prima che incominci. Dio sa come anderà a finire. Amatemi, saluta tutti, vi abbraccio. Addio.<sup>a-a</sup>

Vostro Cordialissimo Fratello  
G[iovanni] Andrea

<sup>a-a</sup>*Verba ascripta a Francisco Guglielmi, qui tractavit de Archettiorum rebus privatis et familiaribus*

---

<sup>1</sup> Franciscus Antonius Marcabruni, director officii postalis regio-imperatorii Longobardiae, quod fuit Romae.

**Card. Ioannes Franciscus Albani ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 30 V 1776

*Cardinalis protector Poloniae gaudet nuntium Varsaviam venisse. Rogat nuntium, ut operam det camedulis in vico Wigry et titulis epi Michaelis Poniatowski mutandis, ut – quia regis consanguineus est – inter ceteros episcopos Polonos emineat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 130 f. 175r-176v.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Appena ho saputo, che V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma è felicemente costì pervenuta, che compiacendomene sommamente, siccome richiede la stima ed amicizia, che ho per lei, mi sono insieme sentito ravvivare quelle premure, che già a voce le comunicai, sopra alcuni affari, pel buon esito de' quali ho riposta grandissima fiducia nella di lei cooperazione e gentilezza. Non ho pertanto voluto frappor dimora a contestarle anche per lettera le medesime premure, per pregarla a secondarle e promuoverle con tutta quella maggior efficacia, ch'ella tanto compitamente mi ha ripromessa.

Il primo affare che sopra tutti mi sta a cuore, perché riguarda l'interesse personale di cotesto rispettabil Sovrano, e che perciò raccomando vivamente vivamente [sic!] a V.ra Signoria Ill.ma, è il progetto spettante l'accomodamento sull'eremo de' Camaldolesi di Wigry<sup>1</sup> in Lituania. Io già feci a lei rendere una memoria, in cui viene pienamente esposto quanto concerne l'accomodamento predetto, essendosi costì traspirato il trattato, sento, che possano essersi preparati degli ostacoli, per impedirne l'esito; ma quando l'equità delle richieste di Sua Maestà sia sostenuta dal di lei favore, [175v] non dubito, che non siasi per venire a capo di un accomodamento, che mentre mette al coperto i regii diritti, è in sostanza anche vantaggioso agli stessi eremiti di Wigry.

L'altro affare interessa le convenienze del Fratel germano di Sua Maestà, attual Vescovo di Plosko<sup>2</sup> e Coadiutor di Cracovia. Oltre i riguardi, che per tanti titoli si debbono ad un Prelato sì rispettabile, la particolar amicizia, ch'io gli professo, mi fa essere premurosissimo che finalmente resti fissato il cerimoniale da usarsi con lui, e che in qualche modo ne venga distinto il vincolo che si strettamente lo unisce al Sovrano. Siccome la richiesta è convenientissima, così mi lusingo che V.ra Signoria Ill.ma si compiacerà di dar tutta la mano perché se ne ottenga l'intento, ed io certamente le ne professerò una singolar obbligazione. Sicuro intanto, che

<sup>1</sup> Congregatio Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae. Cameduli Vigroviae fuerunt inde ab anno 1667 usque ad annum 1800. Cf. Zarewicz, p. 47.

<sup>2</sup> Plocia (Płock).

non solamente in questi due affari per me premurosissimi, ma in ogni altro ancora che possa occorrermi di raccomandarle, io riceverò non dubbie riprove della di lei gentilezza verso di me, passo ad accertarla della mia [176r] sincera corrispondenza e del piacere, che avrò sempre di servirla a norma di que' veri sentimenti di distinta stima e parzialità, con cui resto baciandole cordialmente le mani. Roma, 30 Maggio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

<sup>a</sup>-Servitore vero di tutto cuore  
G[iovanni] F[rancesco] Card. Albani<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 229

### *Felix Turski ad Ioannem Andream Archetti*

*Ianoviae, 30 V 1776*

*Gratias agit pro epistulis et promittit se Patri Sancto, secretario status et nuntio morem gesturum esse.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 559r-v.*

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne Patrone Colendissime

Literas<sup>1</sup> Ill.mae Excellentiae V.rae eo libertius et iucundius legi quo plus non dico observantiae, sed urbanitatis ac benevolentiae prae se tulerunt. Ex quibus ipsis cum excellentem animum, ac optimam voluntatem clare perspicio, tum ingenue profiteor me omni ope in id incubiturum, ut tanto Excellentiae V.rae animo respondeam et commendationibus<sup>2</sup> etiam Beatissimi Patris, nec non Eminentissimi Secretarii Status non solum aliquid concedam, sed [559v] eas etiam plurimi, ut debeo, faciam. Quod antequam re ipsa, super bene iuvantibus, perficere potero, hisce literis commendatus esse maxime velim, nihilque mihi carius fuerit, quam ut is credar ex animo, qui singulari cum observantia testificor.

Ill.mae Excellentiae V.rae

<sup>a</sup>-Devotissimus et humillimus Servus  
F.[elix] Turski Episcopus Luceoriensis et Brestensis<sup>3</sup> mpp<sup>a</sup>  
30 Maii 1776, Janoviae.

<sup>a-a</sup>manu propria

<sup>1</sup> Cf. N. 159.

<sup>2</sup> Cf. N. 71, N. 83.

<sup>3</sup> Felix Paulus Turski (1729-1800), epus Luceoriensis inde a die 4 III anni 1771, die 29 XI anni 1790 epus Cracoviensis factus est. Cf. Ritzler-Seffrin, HC VI, p. 266.

## N. 230

*Felicianus Wolodkowicz ad Ioannem Andream Archetti**Vladimiriae, 30 V 1776*

*Gratias agit pro brevi papali et nuntii epistula, qui notum fecit se munus suum apud Polonos inire. Sperat se in controversiis cum coadiutoribus suis habitis adiutum iri.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 32r. Manu Archetti ascriptum: Ruteno. Metropolia di Russia.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Patrone Colendissime

Cum Breve Apostolicum<sup>1</sup> una et literas V.rae Ill.mae Excellentiae<sup>2</sup> denuntiantes gratissimum adventum ad nos Suum receperim, dictu inexplicabili cordis mei sum impletus gaudio, quod Ill.mam Excellentiam V.ram iam pridem mihi optatissimam hisce iterum salutare, simulque negotium meum eius protectioni comittere possim.

Notum universo, quam inique a Coadiutoribus meis<sup>3</sup> sum oppressus, plurimaque perpressus, et nunc indesinenter ab illis iniustas patior persecutiones, atque in hac mea aetate innumerabilibus obrutus sum aerumnis. Non meae sanitati, sed illorum omni commodo semper indulgebam, et pro posse indulgeo, magis habendo prae oculis optabilem vitae meae pacem tranquillitatemque, quam iustitiae rationem, et quam tum praesens rerum status atque conditio temporum patitur, tantum omnibus miseris patientiae ordinationibus<sup>a</sup> subiectum me esse profiteor, et nisi me V.ra Ill.ma Excellentia dexteritate sua atque benevolentia ex hac calamitate elevare dignetur, adversa fortuna me insontem prosequi non desistere putem. Quapropter quemadmodum expressus ad me in litteris a Sua Ill.ma Excellentia benignitatis favor est sors felicitatis meae, ita in meis supplicibus postulationibus optabili gaudere effectum, erit pars gloriae meae, quod eum a superioribus natus sum iudicem, qui collapsam in negotio meo cum Coadiutoribus iustitiam restaurare, atque eo in statu collocare non dedignetur, in quo tranquillitati ac commodis honestissime consulatur. Haec dum summa cum observantia atque submissione a Sua Ill.ma Excellentia enixe expeto, ex animo profiteor gloriari, quod sim.

---

<sup>1</sup> Cf. N. 71.

<sup>2</sup> Cf. N. 159.

<sup>3</sup> Antoninus Młodowski, Ludovicus Leo Szeptycki.

Illustrissimi Excellentissimi Domini D.ni Patroni Colendissimi

<sup>b</sup>-Servus Obsequentissimus  
F.[elicianus] Wołodkowicz Archiepiscopus Kiowiensis  
Metropolita Totius Russiae<sup>b</sup>

Vlodimiriae, die 30 Maii 1776.

<sup>a</sup>in versione epistulae die 7 VI 1776: conditionibus, cf. N. 252

<sup>b-b</sup>manu propria

N. 231

*Ioannes Andreas Archetti ad Michaelem Prymowicz*

Varsaviae, 30 V 1776

*Ad superiorem epistulam ab officiali scriptam nuntius, cum Varsaviam venisset, breviter respondit. Sed operam dedit, ut uniti in Ucraina tuti essent. Sed cum de vi eis allata nuper nuntiatum esset, nuntius animo inquieto est. Rogat, ut se doceat de fortuna Ecclesiae Graeco-catholicae et de schismaticis in unionem redeuntibus.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 203r.*

Die 30. Maii 1776, Michaeli Prymowick Officiali Kiowiensi.

Ad Perillustris Dominationis V.rae litteras<sup>1</sup>, quae paucis post diebus quam Varsaviam perveneram mihi perlatae sunt, multis molestissimisque curis distentus multo brevius rescripsi quam rerum gravitas postulabat. Vix igitur aliquid otii nactus sum opere praetium duco iterum scribere ut vel hinc appareat quam mihi grata sint Dominationis V.rae officia ac studia, quamque de Ukrainensis Ecclesiae statu sollicitus sim. Profecto incredibili quodam animi dolore affectus sum quod intellexerim novam in Ukraina obortam esse turbulentissimam tempestatem, non unitorum violenta consilia invalescere, Catholicosque de suarum Ecclesiarum possessione contra omne ius deturbari. Equidem quantum potero tantum conabor ut Ukrainensis Ecclesia in pristinum statum restituatur impiorumque hominum coarceatur audacia qui Catholicorum rebus violentes manus inferre non desinunt. Sed maxime vereor ut haec mea consilia ad optatos exitus perducere statim possint. Interea omnino necesse est ut si quid novi acciderit me Dominatio V.ra diligenter certiores faciat ut communi studio et

---

<sup>1</sup> Cf. N. 150.

impendentibus malis occurrere et futuris prospicere, et Rem Catholicam omni qua licet ratione tueri possimus. Doceri etiam in primis velim, apostatarumne reditus deferbuerit atque num Basilius ille Zrazewski<sup>2</sup> qui non modo ipse a Catholica Ecclesia desciverat, sed quamplurimis aliis auctor fuerit ut eodem se scelere obstringerent revera resipuerit. Denique nihil omittat ex quo de praesentis istius Ecclesiae statu aliquid possim cognoscere. Plurimis verbis mihi opus esse non video ut hoc impetrem a Dominatione V.ra cuius summa diligentia, ac pietas mihi iam satis perspecta est. Itaque dum suas litteras summa cum sollicitudine expecto singulari cum observantia esse profiteor.

### N. 232

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Ioannem Lubiński*

*Varsaviae, 30 V 1776*

*Rogat, ut Ecclesiae Ucrainensi consulere non desinat. Sperat se ab eo sicut praecessorem suum benevole adiutum iri.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 203r-v.*

Die 30 Maii 1776. D.no Ioanni Lubinski Officiali Braclaviensi

Dum meus in hac Apostolica legatione Antecessor plurimas Per Ill. mi Dominationis V.rae laudes ac merita mihi prolixius percenset profecto effecit, ut nihil magis in praesens expetam quam Dominationis V.rae amicitiam: qua si me dignum putat, illud iam confidentius rogabo, ut quam eidem Antecessori meo costantissime operam praestitit, mihi etiam praestet; laboresque pro Ukrainensis Ecclesiae incolumi[203v]tate iam antea susceptos diutius sustinere non recuset, ac magis magisque in dies de Catholica Religione benemereri velit. Equidem onere maximo, gravissimisque quibus angor curis me sublevatum arbitrator si in illa Domini gregis parte fortiter defendenda mecum Dominatio V.ra adlaborabit, mecum sua communicabit consilia, me quidquid acciderit certiore statim ac diligenter faciet. Quidquid autem ipse per me, quidquid huius Apostolici muneris auctoritate valeo, id totum Dominationi Suae perlubenter defero dum singulari cum observantia esse profiteor.

---

<sup>2</sup> Basilius Zrazewski Bialoquercensis – apostata ab Ecclesia graeco-catholica, semel praefuit legatis ad Catharinam II imperatricem missis, qui post annum 1770 rogaverunt, ut orthodoxi in palatinatibus Kioviensi et Braclaviensi ab unione protegerentur. Cf. Likowski, p. 122.

## N. 233

**Card. Lazarus Opitius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 1 VI 1776

*Notum facit epistulam die 8 mensis Maii datam sibi allatam esse et responsum mittit.*

**Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 75r. Supra manu Archetti ascriptum:* Ricevuta 25 Giugno 1776.

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 273r-v.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 4r. Praescriptio:* A di Primo Giugno 1776. Lettera che da per ricevuto il Dispaccio del primo [sic!] di Maggio.

**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. In margine:* Mons. Nunzio, Varsavia, primo Giugno 1776. Una lettera, un piego in proprie.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Porgo a V.ra Signoria Ill.ma con questo foglio il conveniente riscontro dell'arrivo in mie mani del suo dispaccio del primo<sup>a</sup> dello spirato mese, b<sup>né</sup> occorrendomi di aggiungerle nulla di più coll'odierna posta, passo a rattificarle la piena stima, con cui a V.ra Signoria Ill.ma<sup>b</sup> auguro vere prosperità. Roma, primo Giugno 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma.

<sup>c</sup>Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>c</sup>

<sup>a</sup>*Recte:* ottavo, *cf. N. 206*    <sup>b-b</sup>*Min.:* *scriptum in margine pro textu linea ducte deleto:* con quelli che troverà compiegati soddisfatto al di più che coll'odierna posta mi rimane di significare a V.S. Ill.ma, cui bacio intanto etc.    <sup>c-c</sup>*manu propria*

## N. 234

**Card. Lazarus Opitius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 1 VI 1776

*Nuntius recte facit, cum Ordinationi Ostrogiensi operam det. Necesse est, ut breve papale de ea re accurate tractet. Non est igitur festinandum. Quod ad legatum Russicum pertinet, nuntius cautus esse debet, ne dignitas eius violetur. Expectantur relationes de colloquiis Polono-Prussicis de finibus habitis.*

**Or. decifr.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 76r-78r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 4r-v. Praescriptio:* Foglio a colonna in piano, e in numeri.

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 267r-268v.*

Roma, il primo Giugno 1776.

È ben plausibile l'interesse, che ella prende nell'affare di Ostrog, la di cui trattativa costò non pochi pensieri e briga anche al suo Antecessore. Comunicerò a questo Sig. Ambasciator di Malta<sup>1</sup> l'articolo correlativo della sua lettera degli 8 scorso, mettendogli insieme in vista e la congruenza della bramata ratifica dell'Eminentissimo Gran Maestro<sup>2</sup>, e la necessità della sollecita trasmissione. Rispetto poi al pontificio breve, ben sa V.ra Signoria Ill.ma, che non può questo concedersi in termini vaghi ed astratti, tanto più che non si tratta di approvare un solo contratto, ma tanti appunto quanti sono i possessori dei controversi beni di Ostrog, con [76v] ciascuno de' quali saranno probabilmente intervenuti patti e condizioni diverse. Fa di mestieri pertanto che al Santo Padre sia noto, almeno in succinto, il tenore di tutte le rispettive transazioni, non pur affinché il breve sia in regola, ma per togliere ancora ai moderni transigenti o ai loro successori ogni appiglio di recedere dalle segnate convenzioni, col solo pretesto di non essere bastantemente approvate dalla Sede Apostolica. Tutto questo però non deve ritardare costì la ultimazione dell'opera, giacché è necessario, che il pontificio beneplacito preceda, o sia contemporaneo alle rispettive stipolazioni.

<sup>a</sup>Dall'Ambasciatore di Russia non possia[77r]mo aspettarci che sopra mani e sorprese, e perciò conviene<sup>a</sup> star sempre sulla riparata. V.ra Signoria Ill.ma è bastantemente fornita d'istruzioni per garantire la pontificia rappresentanza da qualunque pregiudizio. Sta il Santo Padre in attenzione di sentire, che a tenore del temperamento ideato <sup>a</sup>dal Baron di Rewiski<sup>3</sup>, abbia il Barone di Stachelberg seco lei adempito alla visita di formalità, prima della quale<sup>a</sup> era veramente intempestivo l'invito <sup>a</sup>fatto a pranzo, da<sup>a</sup> cui precisi[77v]vamente anche dall'equivoco occorso <sup>a</sup>dei biglietti<sup>a</sup>, conveniva dispensarsi, come ella ha fatto prudentemente. L'appartamento a Corte sarà forse uno <sup>a</sup>degl'incontri che avrà<sup>a</sup> più frequentemente coll' <sup>a</sup>accennato Ministro<sup>a</sup>, giacché dall'intervenire <sup>a</sup>alle tavole di formalità<sup>a</sup> saprà ella esimersi facilmente quando preveda poter riuscire di discapito alla propria convenienza. Non dubita in somma il Santo Padre, che al di lei accorgimento e destrezza si renderà facile di prevenire ed <sup>a</sup>eludere la greca astuzia<sup>a</sup>.

Il risultato della prima conferenza sulla confinazione Prussiana, di cui mi ha fornito V.ra Signoria Ill.ma in copia [78r] il tenore<sup>4</sup>, rendendo

---

<sup>1</sup> Iacobus Laurus le Tonnelier de Breteuil (1722-1785), legatus Melitensis Romae annis 1757-1777.

<sup>2</sup> Emmanuel de Rohan-Polduc.

<sup>3</sup> Carolus Reviczky.

<sup>4</sup> Cf. N. 164.

commendevole la di lei attenzione presso di Sua Santità, se ne ripromette perciò anche in appresso la continuazione. Etc.

<sup>a-a</sup> *notis arcanis scripta*

## N. 235

### *Titius quidam ad Ioannem Andream Archetti*

[Constantinaviae Antiquae], 1 VI 1776

*Rogat, ut ordinetur status matrimonii, quod secreta initum est.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 129 f. 45r. Ascriptum: R. 15 Iunii 1776.*

Ill.me et Rev.me D.ne D.ne Benefactor Noster Singularissime

Titius laicus defuncta uxore sua, contraxit matrimonium cum Livia sorore germana eiusdem dictae Bertae defunctae clandestine in ecclesia ritus Graeci, et consumavit, quare cum absque scandalo separari non possint, et impedimentum sit occultum humillime supplicat pro absolutionis et dispensationis, ac prolis quae brevi speratur legitimationis remedio. Dignetur Illustrissima et Rev.ma Dominatio V.ra auctoritate Apostolica providere, et breve seu gratiam (uti spero moderno tempore Iubilaei) dirigere ad Fr[atrem] Maximum<sup>1</sup> Ordinis Fratrum Minorum Capucinatorum Concinnatorem ad Civitatem Vetero Constantinoviensem<sup>2</sup>. Die 1 Iunii Anno Domini 1776.

Illustrissimi et Reverendissimi Domini

Devotus Orator qui supra

## N. 236

### *Ioannes Andreas Archetti ad Michaelem Georgium Poniatowski*

Varsaviae, 1 VI 1776

*Laudat episcopum Poniatowski, quia pastor in dioecesi fideles in cura habet maxima. Basiliani sperant se ab eo in difficultate adiutum iri.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 203v.*

---

<sup>1</sup> Maximus (Georgius – nomen baptismale, Adamus – nomen gentile), 1736-1790, cf. Gadacz, t. 1, p. 253.

<sup>2</sup> Constantinovia Antiqua in dioecesi Luceoriensi situm. Cf. Litak, p. 413.

A dì 1 Giugno 1776.

Per Monsignor Vescovo di Plock.

Giacché Vostra Altezza si è di qua partita per render lieta del suo Pastore cottesta diocesi e per publicarvi il Giubileo, non devo mancare di seguirla e di raggiungerla con questi pochi caratteri nel tempo appunto che è tutta intesa a promuovere il vantaggio spirituale del suo popolo, e ad esercitare con illuminato zelo il suo pastoral ministero. Provo somma consolazione nel considerare così sante e lodevoli sollecitudini, e molto più nel rendermi presenti al pensiero i salutevoli effetti, che quindi ridonderanno in cotesta sua Chiesa. Oltre di che a questa vista prendon forza maggiore quelle speranze che ho già riposte in Vostra Altezza, argomentando io che quello zelo medesimo di cui ci porge sì chiare prove nella sua diocesi saprà all'occorenza più ampiamente diffondersi a pro di tutto questo Regno, e così il mio ministero avrà nelle virtù e nella autorità di Vostra Altezza il suo più forte sostegno. Frattanto prego incessantemente il Cielo che sempre più benedica e felicitì le sue sagge intenzioni, e le sue pastorali fatiche, e per non recarle più lungo disturbo con profondissimo ossequio mi protesto e consacro.

P.S. Questi poveri Basiliani quanto più veggono imminente la loro rovina nella consaputa causa, tanto più implorano il possente patrocinio di Vostra Altezza, unica speranza che loro resta e che li conforta, ne sono degni e meritano tutta la compassione.

## N. 237

### *Dorotheus Starzewski et alii ad Ioannem Andream Archetti*

*Vilnae, 3 VI 1776*

*Superiores et alumni Collegii Papalis Vilnensis novum nuntium salutant et rogant, ut sibi consulat.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 365r-v. In 365r ascriptum: Recep. 12 Iunii 1776.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Protector Clementissime

Iam pridem exhibenda nobis essent nostrae subiectionis Illustrissimo Excellentissimo Domino Protectori Nostro documenta, nisi persuasum nobis probe fuisset, plures digniores nobis extitisse, quibus primatum hac in re cedere oportebat. His itaque ut dignitate prioribus, priorem quoque commendandi se Protectioni V.rae cedebamus locum. Nobis autem ut infimis omnium clientibus ultimum reservantes, nunc tandem id, quod prius persolvendum erat, praestamus: advenientem nempe Protectorem nostrum

in hasce regiones maxima qua possumus veneratione adoramus: de felici adventu, non magis gratulamur quam gaudemus: Clementissimae Protectioni Ill.mae Excellentiae V.rae, sine qua vivere [365v] in hoc Collegio durum molestumque esset, nos commendamus, utque in eam nos indignos licet, suscipere Illustrissima Excellentia sua non dedignetur humillime exostulamus, Deum O.M. pro incolumitate sua exoraturi. 3 Iunii 1776, Vilnae.

Illustrissimi Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Domini Protectoris Clementissimi

Infimi Clientes

Dorotheus Starzewski OSBM

Michael Hreczko

Isaias Szulakiewicz OSBM

Antonius Kuryłowicz

Michael Meleniewski

Thomas Woszczełowicz

Joannes Grabowiecki

Basilius Bahrynowski

Petrus Szahiński

Joannes Duchnowski

Florianus Maraniewski

Josaphat Sadko

Stephanus Żórawski

Antoninus Słabniewicz

Gabriel Smorocki

Sanctissimi Domini Nostri Alumni

## N. 238

***Card. Ioannes Franciscus Albani ad Ioannem Andream Archetti***

*Romae, 4 VI 1776*

*Gratias agit, quod nuntiavit de suo itinere. Commonet de camedulis in vico Wigry et episcopo Poniatowski. Quam rem in epistula proxima tractavit. Tradit consalutationes amicorum Romanorum.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 130 f. 178r-179r. Manu Archetti in 178r ascriptum: Ric. 28 Giugno 1776.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Io mi sono estremamente compiaciuto del felicissimo viaggio, con cui V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma si è costì portata, ed ho ricevuto con mia particolar soddisfazione la gentile notizia, ch'ella con sua graditissima me

ne ha data<sup>1</sup>. La sincera stima ed amicizia, che ho per lei, mi fa desiderare che egualmente felice sia la di lei dimora, ed ella mi obbligherà nella più sensibile maniera se mi farà il piacere di tenermene assicurato e di fornirmi delle opportunità di servirla, e di contribuire per quanto io possa ad ogni di lei soddisfazione.

Sono più che certo, che per gli affari a V.ra Signoria Ill.ma da me raccomandati prima della di lei partenza ella avrà tutta la maggior premura: e in fatti mediante la di lei destrezza e prudenza io m'induco a sperarne ogni miglior esito. Di questa mia fiducia io le ho data una riprova con altra mia<sup>2</sup>, che ho stimato di subito scriverle per raccomandarle due affari, che attesa la loro importanza m'interessano [178v] più degli altri, e che fra i molti negozii, da quali credo bene ch'ella sarà occupatissima, mi preme ch'ella si compiaccia di distinguere col suo più speciale favore: tali sono l'affare sull'accomodamento dell'eremo di Wigry, e l'altro sul cerimoniale del Fratel germano di Sua Maestà, attual Vescovo di Plosko, pe' quali affari le rinnovo le più particolari premure.

Tutte le persone, alle quali V.ra Signoria Ill.ma ha desiderato ch'io dassi nuove di lei, le hanno sommamente gradite, e corrispondono colla maggior sensibilità alla memoria ch'ella conserva di loro. Io altresì godrò sempre di essere con la più vera stima ed amicizia. Roma, 4 Giugno 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

<sup>a</sup>-Non scrivo di proprio pugno per non darla la pena di leggere il mio cattivo carattere. Sono più che sicuro della di lei bontà ed amicizia, e ne fo tutto il capitale; la Principessa [179r] Altieri le rende mille saluti e si compiace della felicità del suo viaggio, lo stesso fanno tutti i comuni Amici; se ella manca di agente a Roma (sia detto per ischerzo) mi offro a servirla. Seriamente disponga di me come di persona tutta sua, mi continui le sue nuove per me interessantissime, e mi creda [sempre]<sup>b</sup> quale ho l'onore di ripetermi<sup>a</sup>.

Serviatore vero di tutto cuore  
G[iovanni] F[rancesco] Card. Albani

<sup>a</sup>-*manu propria*

<sup>b</sup>-*verbum obscurum*

## N. 239

*Antoninus Młodowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Vladimiriae, 5 VI 1776*

*Salutat nuntium et rogat, ut dioecesi suae consulat.*

<sup>1</sup> Epistula talis deest in registris nuntiaturae Archettianae.

<sup>2</sup> Cf. N. 228.

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 38r. Manu Archetti ascriptum: Recepta 11 Iunii 1776.*

Excellentissime Ill.me ac Rev.me D.ne D.ne Patrone Colendissime!

Quum Hierarchia Rutena universa, accepto primum optatisimo nuntio de adventu felici V.rae Excellentiae Reverendissima exultet, ac laetetur, eiusdemque suae exultationis, laetitiaeque sensus, circa debitas, sincerae sue gratulationes sibi explicet: permittet V.ra Excellentia Reverendissima, quatenus ego quoque Hierarchiae praefatae membrum, una cum clero, populoque curae meae pastoralis concredito, partes meas impleam, enixe supplicans, ut quotiescumque precibus utar, vel validissimam suam implorabo protectionem, semper benigne exaudiri valeam: qui interea, optimam perfectissimamque salutem, ac in rebus pro ratione Supremi Apostolici Ministerii gerendis, prosperrima quaeque toto adprecaturus ex animo, profundissima cum veneratione esse glorior.

Excell.mae, Ill.mae ac Rev.mae D.nis V.rae

<sup>a</sup>Humillimus devotissimus obligatissimus servus  
A[ntoninus] Młodowski Episcopus Brestensis [coadiutor atque]<sup>b</sup>  
Episcopus Vladimiriensis<sup>a</sup>

Vladimiriae, die 5 Iunii 1776.

<sup>a-a</sup> *manu propria*

<sup>b</sup> *solutio abbreviaturae incerta*

## N. 240

### *Ludovicus ad Ioannem Andream Archetti*

*Rosiampoli, 5 VI 1776*

*Tractat de Deocharo (Bogumilo) monacho inobsequenti.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 85r-86v.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne ac Protector Faventissime Profundissima cum humilitate Ill.mae Excell.mae ac Rev.mae Dominationi V.rae defero, quod nuper non sine amarissima animi mei amaritudine acceperim notitiam de P. Deocharo<sup>1</sup> Capucino Provinciae meae sacerdote, qui spreta suorum superiorum auctoritate, quibus quousque Capucinus, vi s. oboedientiae voti, semper subesse tenetur, procurato sibi nescio quali salvo conductu (quia nec mihi, licet suo Ministro Provinciali, nec p. ex-

---

<sup>1</sup> Deocharus vel Bogumilus (Iosephus Guzowski).

Provinciali<sup>2</sup> actuali suo Cracoviensi Guardiano exhibito) cum maxima religionis nostrae prostitutione, et saeculi scandalo, relicto in civitate Cracoviensi solo et unico (sibi a P. Guardiano tantum ad civitatem dato) socio, perclandestine, et utique non aliter, nisi pro pecunia conductam portam aufugere Varsaviam, ibique non in nostro conventu sed in quadam saeculari domo aliquot diebus occulte ac inique commorari, ac tamen immemor sui Capucini status, per Varsavienses plateas cum maxima spectantis populi non minus admiratione, quam scandalo, in rheda (quam neque qua saecularis novit) cuiusdem domini, solus et unicus, huc atque illuc irreligiosissime et impudenter divagari praesumpsit, donec P. Conventus nostri Varsaviensis Guardianus<sup>3</sup>, definitor et custos per scandalisatos saeculares admonitus, eumdem P. Deocharum adhibito Ill.mi ac Rev.mi loci ordinario brachio ad suum redire conventum non coegit. Non suppono hunc salvum conductum (quem asserit se obtinuisse ab Ill.ma Excellentissima ac Rev.ma Dominatione V.ra) tam procul extendi, ut aliquem nostrum religiosum, ante actualem a religione dimissionem, a voto paupertatis et obedientiae eximere possit, si etenim P. Deocharus pro [85v] quaerenda, ut inaudio, Episcopali infula salvum conductum accepit, nonne aut mihi per authenticatam copiam communicare, aut suo actuali Guardiano et in nostra Provincia meritissimo Patri et ex-Provinciali, ante suam scandalosam e conventu Cracoviensi fugam monstrare tenebatur, utique nos Capucini et voluntate Seraphici Patris nostri, et nostra pietate semper subiecti pedibus Sedis Apostolicae, non ignoramus qualiter S. Nunciaturae literas revereri debeamus, ac per consequens P. Deocharus suum negotium absque superiorum scitu furtive continuare pergens, a me conscio perpetrati per ipsum criminis, et ignorante tenorem obtenti salvi conductus, non aliter, nisi pro apostata haberi potest. Vos in testem P. Guardianum Varsaviensum actualem Definitorem et Custodem, quomodo adhuc ante obtentum salvum conductum (cognito iam in P. Deocharo amore saeculi, taedioque in religione vita) eumdem P. Guardianum Varsaviensem obligaverim, ut si licite, et Capucinice P. Deocharus venerit Varsaviam pro procuranda secularizatione, eidem toties, quoties semper ad Sacram Nunciaturam faveat accessum, praecisis per domos et palatia impertinentibus, et utinam non iniquis ac scandalosis cursitationibus, imo in tractu meae canonicae visitationis anno praesenti Cracoviae habitae, ipsemet atefato P. Deocharo ([..]<sup>a</sup> conscientiose negare non poterit) omnimodam tribui et facultatem et libertatem procurandae sibi saecularisationis, dummodo intra sphaeram debitae religiositatis, licitis honestisque mediis eamdem procurare studeret, ut quid ergo tam enormis, absque ullo meo, aut saltem superioris sui scitu P.

<sup>2</sup> Prokop (Samuel Manugiewicz, 1723-1808), cf. Gadacz, t. 2, p. 42-43.

<sup>3</sup> Simon de Lipnica (Stephanus Dominicus Sikorski).

Deochari e conventu Cracoviensi apostasia? Haecine ad tam sanctam Episcopalem Dignitatem via? O! praeclara ad consequendam Infulam merita! Poterat utique P. Deocharus (uti ex dispositione S. Congregationis fieri solet) cum assignatum sibi socio, pedester, more Capucino, via honestatis, et non fugae Varsaviam pergere, suum negotium libere, servata tamen religiositate, quousque religiosum habitum portat, pro more [86r] non autem iniquissimis ac scandalosissimis suis gressibus, praefixi sibi Episcopatus gradum quaerere. Inaudio quoque P. Deocharum habere epistolam ab Ill.mo Ill.mae ac Rev.mae Dominis V.rae Predecessore, dispensandem eumdem, ut non attentis contradictionibus aut obedientiis suorum superiorum, secure discedat Varsaviam pro efficiendo suo negotio, quod et fecit, plane nullis habitis ab aliquo superiore contrarietatibus, et quod idem Ill.mus Excellentissimus ac Rev.mus Praedecessor in sua epistola fecerit eidem spem obtinendi Episcopatus, solum ut a nostris religiosis procuret testimonium de vita et moribus, ut potestne valere testimonium, quod fide digni existant, eapropter talem epistolam potius falsificatam per eum, quam veram suppono.

Ill.me, Excellentissime, ac Rev.me D.ne scribo haec, non animo praecludendi viam P. Deocharo ad exoptatum Episcopatum, quia si in mea foret potestate, libenter haberem illum tanquam inquietum et scandalosum de grege, meo pastorali regimini concredito eiectionem, ne mihi ceteros inficiat, et animum addat ad similes scandalosas, et in ordine nostro impracticabiles divagationes, fateor etenim plura in mea Provincia eiusdem farinae, sicut P. Deocharus, esse subiecta, quae timeo ne P. Deocharus nunc absque socio in rheda cum quatuor equis per diversos nostros conventos cum scandalo conductu vagando, ad sequenda sua vestigia pertrahat, et ideo haec, exonerando conscientiam meam, defero, tanquam strictissimam Deo pro animabus fratrum meorum redditurus rationem, atque quam humillime exposco resolutionem ad sequentia; videlicet: utrum ad effectum obtinendae saecularisationis P. Deocharo qua Capucino virtute salvi conductus licitum sit apud benefactores pro futuro Episcopatu pecuniam mendicare, furtive de conventu aufugere, currizare, et alia quaeque contra regulam et contra nostrum Capucinum statum illicita patrare; per mundum absque socio, more nobilium in rheda divagari, praetextu quaerendi patrimonii, fors nullibi reperibilis, nisi per iniquam et scandalosam [86v] aut Varsaviae iam factam, aut nunc in praesenti itinere faciendam mendicationem. Item utrum dictus P. Deocharus salvus conductus, ab omni regulari observantia eumdem eximere, et ad<sup>a</sup> non formandum criminalem, pro factis Provinciae meae et ordinis mei prostitutionibus, scandalisque<sup>a</sup> processum, eidem suffragari possit et debeat? Si etenim salvus conductus maioribus ordinum superioribus ita manus ligare videntur, ne etiam vitiosos et exorbitantes subditos<sup>a</sup> suos, nec dum a religione exemptos pro cuius excessibus punire possint, ut quid ergo debeamus<sup>a</sup> supremos Provinciae moderatores agere,

et nullam in suos subditos habere potestatem? Petii ego, visitando hoc anno Varsaviensem conventum a dignissimo Ill.mae Excell.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae Praedecessore, quatenus quibuscumque propositis rationibus, aut quaerelis, non faveat salvus conductus, donec ad propositas quaerelas aut rationes dederò responsum, atque subieci me omni poenaltati pro vitioso Provinciae meae regimine, eamdem gratiam exposco<sup>a</sup> et ab Ill.ma Excellentissima ac Rev.ma Dominatione V.ra, paratus non solum ad resignandum Provincialatum, sed et ad subeundas ex amore boni communis etiam gravissimas poenas, antequam ex ratione male procurati salvi conductus, in administratione officii mei tot, ac<sup>a</sup> tanta dissolutorum ac relaxatissimorum religiosorum meorum pati deberem scandalos<sup>a</sup> qualia iam in Provincia mea facta sunt, et actu nunc fiunt. Quodsi non impediret me convocatio<sup>a</sup> definitorii proxime hoc mense celebranda, personaliter me sisterem coram Ill.ma Excellentissima ac Rev.ma Dominatione V.ra, saltem ergo per calamum haec omnia altissimo eius subicio<sup>a</sup> iudicio discutienda, et ad supraposita quaesita aequissimam expostulando resolutionem in osculo pedum maneo. Rosiampoli<sup>4</sup>, die 5 Iunii 1776.

Ill.mae, Excell.mae, ac Rev.mae Dominationis V.rae

Infimus Servus  
Ludovicus<sup>5</sup> Capucinus  
pt. M[inorum] Provincialis mpp

<sup>a</sup>*cum tomus consuereetur; transcriptio incerta est*

## N. 241

### ***Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opatium Pallavicini***

*[Varsaviae, 5 VI 1776]<sup>1</sup>*

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 5 VI (N. 242) Romae confectum.*

**Or.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 311r.*

---

<sup>4</sup> Uściług, cf. SGKP XII, p. 837.

<sup>5</sup> Ludovicus (Adalbertus Zaleski, 1725-1806), provincialis capucinatorum provinciae Poloniae Sancti Adalberti et Stanislai episcoporum martyrum, cf. Gadacz, t. 2, 457sq.

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

## N. 242

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

Varsaviae, 5 VI 1776

*Legatus Melittensis documenta paravit, quorum ope quaestio ordinationis Ostrogiensis ad finem adduci potest. Effectus caedis in Ucraina factae et consilia "commissionis mixtae" constituendae.*

*Or.:* AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 312r-313r.

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 14r-v.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 20r-v.

Eminentissimo etc.

Dalla veneratissima di V.ra Eminenza segnata li 11 Maggio<sup>1</sup> e che ho ricevuta in quest'ordinario, raccogliendo esserle pervenuto il dispaccio in data 17 Aprile del mio Antecessore, ne sarà questi avvisato da me per sua quiete.

Giunse ne' scorsi giorni al Cavalier Sagramoso la ratifica della convenzione colla Repubblica sulla Ordinazia d'Ostrog sottoscritta non solo dal Gran Maestro<sup>2</sup>, ma eziandio pura ed assoluta come desiderava, e che subito esibì al Consiglio Permanente accompagnandola con nota ministeriale. Compiego a V.ra Eminenza copie sì della ratifica e della nota, che della risposta data dal Principe Raziwiłł<sup>3</sup> in nome di Sua Maestà e del suo Consiglio, e della lettera requisitoria abbassata dal Re alla Commissione del Tesoro<sup>4</sup>. Ho insinuato al Cavaliere la necessità che immediatamente venga dal Gran Maestro per mezzo di cotesto suo Ambasciatore<sup>5</sup> supplicata la Santità di Nostro Signore acciocché si degni con suo breve di confermare [312v] il tutto, senza del qual pontificio breve la ratifica per se sola non sarebbe di alcun valore.

<sup>1</sup> Cf. Lazarus Opitius Pallavicini ad nuntium apostolicum in Varsavia, 11 V 1776, AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 68r.

<sup>2</sup> Emmanuel de Rohan-Polduc.

<sup>3</sup> Michaël Hieronymus Radziwiłł (1744-1831), interfuit primo Concilio Permanenti anno 1775 creato.

<sup>4</sup> Adiuncta: [1] Frater Emanuel de Rohan etc., Melitae 15 IV 1776. [*Incipit:* Universis, et singulis praesentes nostras litteras visuris...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 324r-v; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 14v-15r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 20v-21r. [2] Note de Comte de Sagramoso, Varsovie 30 V 1776. [*Incipit:* Le sous-signé a l'honneur de remettre à S.A. Mgr le Prince de Radziwiłł, Castellan de Vilna...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 318r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 15r-v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 21r-v. [3] Note de Michel Prince Radziwiłł, Varsovie 2 VI 1776. [*Incipit:* Le sous-singé ayant présenté au Roi et à Son Conseil...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 322r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 15v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 21v-22r. [4] Traduction. Nous Stanislas Auguste Roi de Pologne etc. de l'avis du Conseil Permanent, Varsovie 31 V 1776. [*Incipit:* Comme avec la Note de Monsieur le Comte de Sagramoso...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 320r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 15v-16r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 22r.

<sup>5</sup> Iacobus Laurus le Tonnelier de Breteuil.

Mi stava sommamente a cuore che la podestà secolare non si arrogasse la cognizione della causa sopra l'omicidio comesso in Ukrania [sic!] da alcuni sacerdoti uniti in persona di Cirillo Zielincki<sup>6</sup> prete scismatico, del qual fatto ne portai la notizia a V.ra Eminenza col mio passato dispaccio. Ma Mons. Vescovo di Posnania Gran Cancelliere della Corona ha scritto in nome di Sua Maestà molto convenientemente su tal proposito al Coadiutore della Metropolia<sup>7</sup>, come raverà V.ra Eminenza dalla annessa copia della di lui lettera ministeriale<sup>8</sup>. Neppur sembra che dal canto dell'Ambasciator Russo siano per farsi riclami ma bensì il caso sventuratamente nato ha risvegliati da una parte e dall'altra i pensieri della ben nota Commissione, di cui parla l'atto separato colla Russia del 1775 all'articolo nono<sup>9</sup>. Il Re è di parere di affret[313r]tarla, e domenica mattina mi chiamò la seconda volta per dirmi che sperava che le cose di Ukrania prenderebbero ottima piega in vantaggio degli uniti. Ciò avvenne dopo ch'egli ebbe parlato coll'Ambasciator di Moscovia. Io dunque senza mostrar di approvare una tal Commissione veglio di continuo, acciocché nel caso che si riconoscesse, questo è il momento più favorevole per darle corso, nulla venga omesso sì nella scelta dei commissari che nelle opportune istruzioni da darsi ai medesimi.

Trasmetto a V.ra Eminenza il risultato della seconda conferenza tra Mr Benoît Ministro di Prussia e i deputati nel Consiglio Permanente per il dipartimento degli affari esteri sull'affare dei confini<sup>10</sup>, a-e facendo qui fine col più profondo rispetto mi rassegno.<sup>a</sup> Varsavia, 5 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescvo di Calcedone<sup>b</sup>

<sup>a-a</sup>*Reg. addit hoc loco enuntiationem hanc:* Questo secondo compenso che assegna il Sovrano di Prussia sembrami non meno singolare del primo. Infine rinuovando all'Eminenza V.ra gl'attestati del mio profondo rispetto con pienezza di stima mi rinnovo etc.

<sup>b-b</sup>*manu propria*

<sup>6</sup> Cirillus Zieliński.

<sup>7</sup> Ludovicus Leo Szeptycki.

<sup>8</sup> Adiunctum: Traduction de la lettre Ministériale de S.E. Monseigneur le Grand-Chancelier de la Couronne écrite à l'Evêque de Léopol Administrateur et Coadiuteur de la Metropolie de toutes les Russies, Varsovie 25 Mai 1776. [*Incipit:* L'accident arrivé à Humanie, dont Mr Lewinski m'a fait part...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 314r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 16r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 22r-v.

<sup>9</sup> Cf. *Instructio Secretariae Status ad Mons. Archetti designatum Nuntium in Polonia*, N. 68 cum aptis adnotationibus.

<sup>10</sup> Adiunctum: *Seconde Conférence entre S.E. Mr de Benoit Ministre Plénipotentiaire de S.M. le Roi de Prusse, e le département des affaires étrangères sur les limites*, le 19 Mai 1776. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 316r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 16r-v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 22v-23r.

## N. 243

***Ioannes Andreas Archetti ad Congregationem Episcoporum  
et Regularium****Varsaviae, 5 VI 1776<sup>1</sup>**Tractat de bonis ecclesiasticis in Oryany in dioecesi Vilnensi conducendis et vendendis.*

**Or.:** *AV, Congr. Vescovi e Regolari, Positiones Episc. 1776 maggio, s.f. In pagina postrema summarium breve in congregatione confectum. Adiuncta sunt documenta Iosepho Garampi nuntio collecta: Actum in Proedio Oryany [02.01.1776]; Valentinus Gorecki nobilis Polonus [12.05.1775]; Actum in Curia Regia Varsaviensi [13.04.1775].*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 3v-4v;*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 5v-6v.*

Eminentissimi etc.

Per dare alle EE. VV. una giusta informazione sul memoriale presentato a codesta Sagra Congregazione dal nobile Valentino Gorecki<sup>2</sup> e dall'altarista Kliminski, stimò bene Mons. Arcivescovo di Berito mio Antecessore di commettere la verificaione dell'esposto a due ecclesiastici illuminati e prudenti, che trovandosi sulla faccia del luogo potevano da vicino esaminare la qualità del podere denominato Oryany<sup>3</sup>, che dall'altarista si vorrebbe distrarre. Pervenutami la relazione di questi due commissari, ho dalla medesima rilevato e rileveranno anche l'EE.VV. alle quali ho l'onore di compiegarla, che per essere il detto podere diviso in molti pezzi, ed intersecato da altri possessori, è costretto l'altarista di essere continuamente in lite con questi per motivo dei confini nei tribunali secolari del Regno, che pretendono di avere la privativa giurisdizione di esaminare simili cause, talmente che l'annua somma di seicento fiorini, per la quale quello trovasi affittato, appena basta a sostenere le medesime liti. E siccome aggiungono inoltre che l'anzidetto podere è soggetto al ius caduco<sup>a</sup>, [v] così per intelligenza delle Eminenze V.re mi vedo in obbligo di accennare esser quello un diritto, che in vigore di alcune antiche costituzioni, approvate e stese in una costituzione dell'anno 1726<sup>4</sup> pretende di avere il fisco, per disporre a favore di qualche nobile dei beni stabili, che fossero passati nelli ecclesiastici e luoghi pii senza la permissione della dieta. In questo stato di cose, avendo l'ultima dieta permesso<sup>5</sup> all'altarista ricorrente di vendere

---

<sup>1</sup> Dies ascripta tantum in Reg.

<sup>2</sup> Valentinus Górecki, regens agrarius Novogradiensis.

<sup>3</sup> Oryany in decanatu Trocensi in dioecesi Vilnensi, cf. Litak, p. 312.

<sup>4</sup> Cf. *Volumina legum* VI, 459sqq.

<sup>5</sup> Cf. *Volumina legum* VIII, 669 [Permissio fundi vendendi altariae Kiernovsciensi. Fundus Oryany in palatinatu Vilnensi ad altariam et ecclesiam parochialem Kiernovsciensem pertinens ...].

al Gorecki, col consenso dei superiori ecclesiastici, lo stabile di Oryany e d'impiegarne il prezzo nell'acquisto di un censo, o di un altro stabile, sarebbe molto vantaggioso, anzi necessario al medesimo altarista di effettuare subito il contratto per così liberarsi non solo dal continuo dispendio delle liti, ma anche dal pericolo di esser spogliato in vigor del caduco per cui devono star sempre in timore i luoghi pii e gli ecclesiastici di questo Regno. Non così però credo vantaggioso l'altro contratto, che si progettava dal Gorecki, e che dai commissari si accenna<sup>b</sup> nel fine della loro relazione, cioè che li dodici mila fiorini, prezzo stabilito del podere Oryany, rimanga in mano dello stesso Gorecki coll'obbligo di pagarne l'annuo frutto al cinque per cento, e di consegnarli nel caso che l'altarista avesse l'occasione, che manca adesso, di reinvestirli nella compra di qualche podere. Imperocché sapendo le difficoltà che qui incontrano gli ecclesiastici per esigere dai nobili i frutti dei loro capitali, vedo che sarebbe mal sicura la collocazione del prezzo lasciandola in mano del Gorecki compratore. Laonde essendovi l'opportunità che questi Padri Scolopi cercano una simil somma per il loro Collegio di Vilna, crederei che fino a tanto che si presenti all'altarista l'occasione di acquistare qualche stabile, fosse intanto più sicuro il reinvestimento da farsi con essi, quando però siano già muniti del necessario beneplacito apostolico, come si riconoscerà nell'effettuazione del contratto. In questa maniera si pone in salvo il capitale, si assicura per l'altarista la stessa rendita di seicento fiorini, essendo pronti anche i Scolopi di pagare il frutto al cinque per cento, che è molto discreto a paragone di quello più grave, che sogliono esigere in queste parti i secolari, e si effettua un contratto che rende all'altarista la quiete e la sicurezza. Tutto però dipenderà dagli ordini che sopra di ciò saranno per darmi l'EE.VV. alle quali col più rispettoso ossequio mi rassegno.

Delle EE. VV. Rev.me

<sup>c</sup>Umilissimo etc.

G.[iovanni] A.[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>c</sup>

<sup>a</sup> *linea subducta notatum*

<sup>b</sup> *Reg.: avvanza*

<sup>c-c</sup> *manu propria*

## N. 244

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Iosephum Mariam Castelli*

*Varsaviae, 5 VI 1776*

*In Umana (Human) caedes facta est. Nuntius et magistratus Poloni operam dant, ne orthodoxi caedem vindicent. Fieri potest, ut legatus Stackelberg orthodoxos iuvet.*

**Or.:** APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 499r-v.

**Reg.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 4v. *Ascriptum*: La copia della lettera ministeriale di Mons. Gran Cancelliere vedi in Registro alla Segreteria di Stato foglio 31. [AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 16r].

**Reg.:** AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 7r.

Eminentissimo etc.

Da quanto ebbi l'onore di partecipare a V.ra Eminenza nello scorso ordinario<sup>1</sup> rapporto al fatto accaduto in Human, si sarà degnata di ravvisare che io non avevo mancato di usar subito ogni diligenza, non meno per trattenere la podestà secolare dal procedere contro de' rei come violatori della universale regia di recente emanata, che per calmare il risentimento dell'Ambasciator Russo qualora ne avesse fatta lagnanza. Mi lusingo di essere riuscito nel primo oggetto, poiché Mons. Vescovo di Posnania Gran Cancelliere della Corona ha scritto d'ordine di Sua Maestà a Mons. Coadiutore della Metropolia<sup>2</sup> in termini unicamente di raccomandare al medesimo, affinché con tutta esatezza formi il processo e punisca egli i rei col meritato gastigo. Umilio a V.ra Eminenza copia di detta lettera<sup>3</sup>. Spero eziandio che non avranno luogo né forti reclami, né smoderate pretenzioni per parte dell'Ambasciator Russo, ma sopra di ciò mi riserbo a suo tempo renderne pienamente intesa V.ra Eminenza. [499v] Intanto ho provato sommo piacere per li riscontri avuti che dopo il noto fatto non era seguito a danno delli uniti verun accidente, come pur troppo dal canto degli irritati e potenti scismatici si poteva temere.<sup>a</sup> Implorando ora il velle patrocino dell'Eminenza V.ra, col più profondo rispetto mi do l'onore di dichiararmi. Varsavia, 5 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G.[iovanni] A.[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

<sup>1</sup> Cf. N. 226.

<sup>2</sup> Ludovicus Leo Szeptycki.

<sup>3</sup> Cf. adiunctum: Traduction de la lettre Ministériale de S.E. Mgr le Grand Chancel. de la Couronne Ecrite à L'Evêque de Léopol administrateur et Coadjuteur de la Métropole de toutes les Russies, Varsovie 27 V 1776. [*Incipit*: L'accident arrive a Humanie, dont M.r Le-winski m'a fait part...]. Copiae: APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 500r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 145 f. 59r-v. Cf. N. 242 cum adiunctis.

## N. 245

*Ioannes Andreas Archetti ad Gedeonem Horbacki*

Varsaviae, 5 VI 1776

*Episcopus parochum in parochia sibi subiecta creare recusavit et officia parochi sacerdoti vicino commisit. Nuntius monet necesse esse, ut fideles curam, quae eis debetur, habeant.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 203v-204r.*

A di 5 Giugno 1776.

D.no Gedeone Horbacki Epo Pinsken. et Turov.<sup>1</sup> R.G.U. [Ritu Graeco Unito]

Vehementer apud me conquestus fuit nobilis Casimirus Orzeszko Starosta Ostriensis<sup>2</sup>, quod Dominatio V.ra Perillustris instituere renuit parochum ab ipso praesentatum vigore iurispatronatus sibi competentis, et eadem parochiam vacantem alterius ecclesiae [204r] parochi gubernandam commisit. Nedum enim veretur, ne haec institutionis denegatio aliquod iuri suo praeiudicium afferat, sed quod etiam parochiani spirituale detrimentu patiantur, cum unus praesbiter geminis parochiis satis esse non possit. Quamvis autem certa mihi sit spes quod Dominatio V.ra Perillustris hac in re nihil egerit quod Sacris Canonibus, et Ecclesiasticae disciplinae non sit uniforme, pergratum tamen mihi erit, si de causis, ob quas praesentatum instituendum non esse censuit quanto citius instructum me reddat, et interim pastoralis sua sollicitudine curet ut Christi fideles vacantis parochiae sacramenti, et spiritualibus auxiliis non defraudetur. Dum haec Dominatio V.ra Perillustris suae Religionis, et erga S. Sedem observantiae specimen exhibebit, idque efficiet ut ego erga ipsam iugiter, et ex animo sim etc.

## N. 246

*Ioannes Andreas Archetti ad Nepomucenum*

Varsaviae, 5 VI 1776

*In causa, de qua Frater Nepomucenus tractavit, solus papa facultatem absolventi habet.*

---

<sup>1</sup> Pinscen(sis) (Pińsk) et Turovien(sis) (Turów) in Polonia, ritus Rutheni. Gedeon Horbacki (circa 1736-1784), inde ab anno 1781 coadiutor Kioviensis et Haliciensis cum iure successionis.

<sup>2</sup> Ostrynia, cf. SGKP VII, p. 734.

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 204r.*

A di 5 Giugno 1776.

F. Nepomuceno S.ae Theologiae Lector Reformator. Cracoviam.

A causa quem Paternitas V.ra litteris suis 25 praeteriti mensis Maii mihi expositum fecit<sup>1</sup>, soli Romano Pontificii datum est absolvendi facultatem impertiri, cum expresse sit reservatus in Constitutione Sa. Me. Benedicti XIV edita die 1. Iunii 1741, cuius initium est „Sacramentum Paenitentiae”<sup>2</sup>. Oportet itaque ut Religiosus paenitens, aut pro ipso Paternitas V.ra suplicem libellum reticitis nominibus Sacrae Penitentiariae porrigat, et ab ea necessariam facultatem consequatur. Hoc pacto Paenitentis conscientiae consultum erit, et interim Paternitati V.rae fausta omnia adprecor.

## N. 247

### *Iosephus Prozor ad Ioannem Andream Archetti*

*Minscae<sup>1</sup>, 6 VI 1776*

*Narrat de rebus ecclesiasticis in palatinatu Minscensi. Domus aedificanda esse videtur, in qua sacerdotes graeco-catholici corrigantur. Metropolita Kioviensis et alii hierarchae uniti consilii inopes sunt et patiuntur sacerdotes officiosos vexari. Prior, qui ecclesiam in bonis suis fundavit, paratus est domum emendatoriam quoque fundare. Sed si clero unito resistente id facere non possit, aliam fundationem suscipere paratus est.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 39r-40v. In 39r ascriptum: recepta die 18 Iunii 1776.*

Illustrissime Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Pastor Vigilantisime

Aditum felicem Ill.mi Domini Excellentiae Suae priusquam habuero succedentiam praesens adorare vicaria litera submitto me in venerationem Praeeminentiae suae, quem non placeret mihi tam sere inquietare, si me non cogaverit provenientes ex incuria dioecesis Ruthenae in Lihuania excessuorum presbyterorum impediendum gloriam divinam molestiae. Idque in bonis meis haereditariis Dudzicze<sup>2</sup> in Palatinatu Minscensi habens ecclesiam in civitate, in monte splendido, seorsivo, per me Anteces-

<sup>1</sup> Epistula in archivis nuntiaturae Archettianae non est reperta.

<sup>2</sup> Cf. *Sacramentum paenitentiae, 1 Iunii 1741*, in: *Benedicti Pp. XIV Bullarium*, t. I, p. 65sq. (Opera omnia, vol. 15, Prati 1845).

<sup>1</sup> Minsca (Mińsk), cf. SGKP VI, p. 453.

<sup>2</sup> Dudzicze, cf. SGKP II, p. 209.

soresque meos decenter ornatam Immagine Beatissimae Virginis Mariae Gratiiosa antiqua et concursu populi a longe experientium gratias utriusque ritus celebrem, in qua sepulti fundatores nobiles, caeterique tam spirituales, quam saeculares ex devotione ad hunc locum volentes, et cum ad eandem proposita fundatio dici differretur, per Antecessoresque meos haec ecclesia Dudzicensis uni parochiali ecclesiae, in post alteri, dein tertiae ad tempus continuandae novae foundationis affiliata fuerat, hoc semper praecustodita: ut affiliatio novae propositae foundationi non praepediat, inveni subditos Dudzicenses rutenos tam ignaros rudimentorum fidei, et orationis Dominicae ut vix in meo repertis partibus americanis similis ipsis barbaries ad haec tempora inveniretur. Conducebam saepius RR. PP. missionarios et cum continuis capellanis [39v] sedule ad cognoscendum, et laudandum D. DEUM ducimus. Nunc assignata a nobis latini ritus fundatoribus pecunia 15 000 florenorum Polonorum, erexi honestam residentiam pro aliquot sacerdotibus. Rogatus a multis sitientibus iustitiam et signanter Visitor Generalis P.A.R.D. Franciscus Modzelewski<sup>3</sup> officialis Vilmensis Vicarius Generalis in spiritualibus Dioecesis Ruthenae in Lithuania cum Decanis et Presbyteris exemplaribus remonstrabant, quod non habent in Lithuania in Dioecesi Ruthena domum correctionis pro corrigendis delinquentibus ex clero ritus graeci, qui sine numero inveniuntur ob senectutem nimiam pastoris, et officiales, decanosque incapaces simoniace electos, qui non animarum, sed pecuniarum extorsionem et lucrum curant, in Palatinatu Minscensi capaciores reiciunt vidensque necessariam correctionem in clero Rutheno delinquentibus maxime sub Ill.mo R.D. Feliciano Wołodkowicz metropolitano, pro nimia senectute praesentia, destituto dissolutis tolleratis, qui se ipsos occidunt voluntariis homicidiis et animas incapacitate ad confessionale vellem sub futuris gratis pastoribus ut sit domus correctionis pro excessivis ex clero ritus graeci, et quousque Ecclesiam ampliorem erigam, nam hyems praecedens incertitudine itineris impedivit in conducendis materialibus, quae partim parata perficiamque ex integro hanc propositam et meae voluntatis pro quali vellem relictam foundationem; dum sit impossibile cum Ill.mo R.D. metropolitano nimio senio confecto tractare [40r] soleo habere duos capellanos continuos pro incessanti regulari devotione frequentanti populo tam vicino, quam a milliaribus circiter 30 peragenda, unus quem experimur a tribus annis utiliolem sobrium capaciorem, praedcatorem eximium in excipiendis confessionibus diligentia et scientia exemplarem approbatum Presbyterum Iosephum Malinowski ex officialem Polossiae<sup>4</sup> a iurisdictione I.R.D. metropolitani exemptum, subordinatum vero, ac omnimodo iurisdictioni Ill.mi R.D. Felicis Towiański<sup>5</sup> Episcopi

<sup>3</sup> Franciscus Antonius Modzelewski, cf. N. 213.

<sup>4</sup> Polocia (Połock), cf. SGKP VIII, p. 714sqq.

<sup>5</sup> Felix Towiański (1720-1782), inde ab anno 1766 suffraganus Vilmensis, qui operam

Carpasiensis<sup>6</sup> suffraganei Albae Russiae subiectum, quae exemptio multoties confirmata per Ill.mos Excellentissimos DD. Angelum Durini, et Iosephum Garampi Legatos Sanctae Sedis Apostolicae Praedecessores Ill.mae Excellentiae Suae. Ill.mus R.D. Metropolitanus Russiae absque ulla causa, solum ex privato odio, cum adhibitis neopromotis RR Francisco Baday<sup>7</sup> officiali Minscensi, et Thoma Dylewski Decano Błonsi<sup>8</sup> persecuntur diffamant, vili pendentes inhibitiones Sanctae Sedis Apostolicae ad iudicia sua infensa, vindictoria trahunt, formant processum in retrusionem debitae huic presbytero Malinowski promissae circumscripte restitutionis et non attento salvo conductu, ac litigio ex delatione eiusdem sacerdotis Malinowski iniuriati in Tribunali Sanctae Nunciaturae Apostolicae iure prosequenti insidiantur ei, itinera obsident sibi, postillionibusque suis et non habentes supra eum potestatem denigrant, calumniantur scriptis chartulis ad valvas ecclesiarum Ruthenarum affixis publicant quem deberent prius accusare Ill.mo R.D. Towiański Episcopo Pastori suo a Sancta Sede Apostolica constituto, malevole interturbant per excessivos presbyteros qui de domo correctionis [40v] nolunt audire et exemplares doctrinas spirituales regularisque devotionis bonam famam, et exinde concursus populi tolerare nequeunt, quasi ab hostibus animarum excitati. Cogent me ut delator omnium inconvenientium ipsorum ad subdita Ill.mae Excellentiae Suae fiam. Visitatio canonica generalis adiunxit subditos Dudzicenses eidem ecclesiae ruthenos quorum curam gerit R. Alexander Piotrowski capellanus noster alter, et latinorum R. Iosephus Malinowski Capellanus noster primus officiose et a populis sibi commissor. Humillimas preces fero: quatenus Ill.ma Dominatio Excellentia Sua ea qua pollet autoritate sacerdotem Malinowski nostrum Dudzicensem tantisper capellanum principaliorum solummodo pro augenda Gloria Divina et salutari commodo animarum saecuriorem efficere dignetur, quem si viderem culpabilem, ipse prius accusarem, sin secus videretur non necessaria domus correctione pereuntibus delinquentibus paratus sum in aliam mutare foundationem. Circa haec iusta mea petita profundissime adorans desideratam saecuritatem sacerdoti Iosepho Malinowski cum loco Dudzicensi, benedictionem et pacem expectans, maneo. Die 16 Iunii 1776, Minscae.

Ill.mae Excellentiae Suae Domini Domini Pastoris  
Vigilantissimi humillimus servus  
Iosephus Prozor<sup>9</sup> Castellanus Vitebscensis mpp

---

dedit rebus partis Bielorussicae dioecesis.

<sup>6</sup> Carpasen(sis) (Carpasia) in insula Cypro, tit. cf. Ritzler-Seffrin, HC VI, p. 148.

<sup>7</sup> Franciscus Baday, officialis Minscensis, graeco-catholicus.

<sup>8</sup> Błóń, cf. Litak, p. 410.

<sup>9</sup> Iosephus Prozor, castellanus Vitebsciensis annis 1774-1781, deinde palatinus Vitebsciensis.

*Innocentius Matkowski ad Ioannem Andream Archetti**Kanioviae<sup>1</sup>, 6 VI 1776*

*Superior monasterii basilianorum Kanioviensis narrat de vita sua monasteriali et muneribus variis, quae adhuc explevit. Basiliani Kanioviam sollemniter reverterunt. Monachi orthodoxi pulsi sunt. Narrat de eis, quae in apostolatu consecutus est, et de conversione monachorum orthodoxorum. Quem apostolatum nuntius et rex adiuvare possunt.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 128 f. 32r-35v. Ascriptum in 32 r: Recepta die 23 Iulii 1776.*

JMJ. Die 6 Iunii 1776 in Kaniow ex Ukraina<sup>a</sup>.

Excellentissima et Reverendissima Dominatione Protector Amplissime.

Cum prima vice, semper silentii amans, me et praesentes obsequiorum plenas ad pedes Excellentiae Vrae depono, operae pretium duxi brevibus exponere: quis et quam sim inutilis servus. Quamvis enim ab anno 1745 in sextum [mensem] religiosum Poczaioviae<sup>2</sup> habitum assumpsi, et [17]46 in septimum [mensem] ibidem professionem religiosam elicui. Duobus postea annis syntaxim cum grammatica, dein rhetoricam cum poesi iuventutem religiosam in monasterio Horcensi<sup>3</sup> docui, hanc ad Venerabile Collegium Urbanum de Propaganda Fide pro addiscenda theologia a superioribus meis expeditus, ubi spatio ut moris erat, trium annorum operam navans studio theologico, ad finem tertii anni sacris initiatus ordinibus redivi in patriam. Redux unum annum in ecclesia stauropigiana Leopoliensis<sup>4</sup> (tunc enim nostri monachi ibidem manserant) egi concionatorem, altero anno in monasterio Luceoriensi<sup>5</sup> professorem philosophiae propter nostrates; rursum pro negotiis tractandis provinciae missus fui Romam, post annum revocatus iterata superiorum dispositione legi philosophiam in praedicto monasterio Luceoriense propter monachos iuniores, finito hoc cursu bienniali pro degenda theologia ad monasterium nostrum Leopoliense S. Gregorii M[agni] fui dispositus. Post tertium annum huius lectoratus in Capitulo Generali Brestensi<sup>6</sup> anno 1759 celebrato electus sum in Consul-

<sup>1</sup> Kaniów, cf. SGKP III, p. 806sqq.

<sup>2</sup> Poczajóv, cf. SGKP VIII, p. 351-352.

<sup>3</sup> Horyhorki, cf. SGKP III, p. 125.

<sup>4</sup> Leopoli (Lwów).

<sup>5</sup> Luceoria (Łuck), cf. SGKP V, p. 778sqq.

<sup>6</sup> Brestia (Brześć) ad Bug flumen.

torem Provinciae<sup>7</sup> [Polloniae]<sup>a</sup> et simul in superiorem Monasterii Zahoroviensis<sup>8</sup>, anno vero 1763 in Capitulo Provinciali Białostocensi<sup>9</sup> in Proto Consultorem eiusdem Provinciae ac una in superiorem praefati monasterii Leopoliensi. Demum iubente constitutione capitulari et [32v] resolutione Sacrae Congregationis, ut Consultoria respectivarum Provinciarum in vicinitate, quoad fieri potest, maneant<sup>10</sup>, translatus sum ad superioratum monasterii Poddebecensi<sup>11</sup> in Wolhynia<sup>12</sup> siti et ibidem anno 1767 sub tempus revolutio num publicatam in toto hoc Regno declaratus fui Visitor Generalis Provinciae Polonae, feci quod potui favente Deo visitando omnia et singula monasteria totius Provinciae anno vero 1768 praevia abdicacione provincialatus per olim P.R.P. Iosaphat Siedlecki<sup>13</sup> abbatem Ovrucensem<sup>14</sup> facta, mox assumptus eram ad officium vicarii generalis eiusdem Provinciae Polonae ad futurum Capitulum Generalem, uti acta ordinis et provinciae testantur. In novissimo Capitulo Generali Brestensi 1772 anno habito iussus sum suscipere munus consultoris generalis ordinis, anno immediate elapso 1775 die 13 Iunii nec me currente, nec volente, aut sciente privilegio pro Archimandria Kanioviensi in confinis Poloniae et Moschoviae locata donatus sum, vi cuius eodem anno die 17 Augusti ab Ill.mo Metropolita benedictus cum litteris institutionis dimissus cum instrumento pro peragenda in fundo proprio canonica mei installatione a P. Reverendissimo<sup>a</sup> Protoarchimandrita<sup>15</sup> die 13 Ianuarii anno currente expeditus per quaeque [...]c possunt, incommoda viarum vix ultimis spirans perveni Kanioviam per 13 Aprilis id est Sabbato Magno iuxta vetus callendarium, ecclesiam meam abbatialem hostilitate, et temporum iniuria vastatam reconciliavi, adornavi, pixidem cum Sanctissimo ex ecclesia parochiali saeculari unitorum acceptam intuli per mediam noctem devotionem iuxta rubricam Ecclesiae Orientalis Catholicae cum duobus religiosus nostris, qui mecum advenerant, in praesentia Ill.mi Potocki moderni Capitanei Kaniovicensis<sup>16</sup> et Praefectorum Militiae Rei [33r] publicae limites Regni custodientis in

---

<sup>7</sup> Sermo est de provincia Russica vel Polona Protectionis Sanctissimae Mariae Virginis, quae condita est anno 1739 et ad quam pertinebat monasterium basilianorum in Corona. Cf. *Kościół w Polsce*, p. 1003-1005.

<sup>8</sup> Zahorów prope Vladimiriā, cf. SGKP XIV, p. 284.

<sup>9</sup> Białystok, cf. SGKP I, p. 199 sqq.

<sup>10</sup> Cf. Welykyj, *Litterae* V, p. 97-98.

<sup>11</sup> Poddubce prope Luceoriam, cf. SGKP VIII, p. 372.

<sup>12</sup> Wołyń.

<sup>13</sup> Iosaphat Siedlecki, provincialis provinciae Protectionis Sanctissimae Mariae Virginis (Polonae vel Russicae) annis 1763-1772.

<sup>14</sup> Owrucz, cf. SGKP VII, p. 772-781. Siedlecki abbas Ovrucensis creatus est anno 1770. Cf. Welykyj, *Litterae* V, p. 81.

<sup>15</sup> Porphirius Skarbek Ważyński.

<sup>16</sup> Ignatius Potocki (1738-1794), castellanus Kaniovicensis post annum 1762.

frequentia et accursu populi totius civitatis Kaniovi, et vicinorum pagorum solemniter incaepi et feliciter inter devotos plausus populi peregi, finito matutino, cantavi Missam Pontificaliter uti rubricae permittunt abbatibus, et in continenti actum installationis in eadem Ecclesia cum omnibus a iure requisitis solemnitatibus, et ad mentem instrumenti protoarchimandritalis R.P. Bonifacius Fyzykiewicz alumnus V.[enerabilis] C.[ollegii] de Propaganda Fide in monasterio Luceoriensi lector philosophiae publice intimavit et perfecit addita ad finem solemnii protestatione contra monachos non unitos et in meo monasteriolo extra civitatem manentes, quatenus non comparantes, et obedientiam ac debitam reverentiam nec non recognitionem sic installato actuali abbati Kanioviensi non exhibentes nec praestantes. Post eiusmodi ritum installationis in eadem sacro vestitu processionaliter extra ecclesiam panem iuxta communem ritum Graecum Catholicum totius civitatis Christianae Kanioviae benedixi, brevique doctrina Christiana ad populum facta devotionem cum iubilo et acclamationibus populi dicentis: quoad talis devotio in hac ipsa ecclesia ante annos centum fuerat prout maiores tradiderunt, finivi. Mox unus ex religiosis meis ivit ad ecclesiam parochialem Salvatoris ibique missam cantavit, propter eos, qui adesse non poterant devotioni in nostra Ecclesia alter vero in eadem nostra legit Missam. Post refectionem vesperos celebravit Pr. Georgius Czuskowski modernus [33v] meus praesidens, in quibus Pr. Bonifacius Fyzykiewicz catechisavit ad populum, sicque terminata huius diei solemnissima devotione in ecclesia abbatiali. Pixidem cum Sanctissimo processionaliter retulimus ad ecclesiam parochialem, eo quod in nostra ecclesia hiante non potuit sine continua custodia conservari diutius. Porro in hac civitate Kaniow duae sunt Ecclesiae Parochiales, una integra, altare reddificatus ab utraque non adeo pridem amoti sunt Parochis non Uniti, quorum unus mortuus, alter super aetas in loco manet, pro regimine utriusque ecclesiarum missus erat quidam presbyter unitus, sed hic brevi tempore munus pastoris agens immediate ante festa Paschalis nescitur, qua de causa fugit; tali orbatione parochi uniti populus necessitabatur iterum confugere ad Presbyterum non Unitum hucusque commemorantem, verum Divina Providentia cum nos adveniremus, ex zelo fidei Catholicae et ad vota populi suscepimus pro interim, donec scilicet veniet aliquis parochus Catholicus, regimen praedictae ecclesiae parochialis devotionem promovemus, Sacramenta administramus, totumque munus parochi obimus sine participatione fructuum temporalium ex fundo parochorum pullulantium. Heu heusme Excellentissime D.ne! Hic est Populus, haec gens haec natio, quae non habet legislatorem, ductorem, pastorem, qui frangat panem parvulis. Reliq[...]<sup>e</sup> infinitum Iesu Christi pretium pro animis<sup>d</sup> fidelium cum Sanguine fusum loquatur ad cor Excellentiae V.rae efficacissime ut Deo sit gloria, Ecclesiae Romano-Catholicae propagatio. Ego ad narra-

[34r]tionem me restringo: cum multifariam et multis me dis iam religiosos meos iam nobiles et honestos viros saeculares miseram ad monachos nonunitos in monasteriolo meo extra civitatem posito a tempore teterrimi excidii, quod anno 1768 in Human seu potius in universa Ukraina contigerat, residentes aut varias dicam latitantes cum suis feminis nigritis nullis votis religiosis abstrictis nullam speciem religiositatis [praeseferentibus]<sup>f</sup> solaque scandala coram populo parturientibus, quatenus ad fidem Catholicam Romanam accedant, aut recedant eo, unde venerant ac monasterium meum nullo iure occupaverant. Dixi meam<sup>a</sup>, quia id probat traditio populi, quod eo loci fuerat olim officina apium monasterii abbatialis Kanioviensis Visitationis factae eiusdem monasterioli per provinciam Polonam ad novissima installatio immediati mei Antecessoris abbatis Kanioviensis R.P. [...]c Joachimi Spendowski<sup>17</sup> in eadem monasteriolo peracta anno 1764; item contributiones pecuniariae ad cassam provinciae quotannis solvi solitae et alii actus iurisdictionis idem testantur. Tum quia a tempore foundationis dictae<sup>b</sup> abbatiae per principes Russicos ante annos, uti ex monumentis colligere licet, septingentos, factae non producent adversarii vel unum iota pro sua parte nec vero monstra[34v]mus et demonstramus Catholicorum abbatum Kanioviensem et monachorum possessionem ante annos centum et ultra, ac continuationem eiusdem ad tempus supra expressi excidii quod ad evidentiam evincitur ex documentis authenticis, ex actis Congregationis et Provinciae et ex testimonio fide dignissimorum virorum inter quos adest Ill.mus Palatin[id]us<sup>b</sup> Belzenscis<sup>18</sup>, anteaactus Capitaneus Kanioviensis Nicolaus Potocki<sup>19</sup> qui pleno ore fatetur quod orbis sciat, quia in monasterio Kanioviensi Catholici erant Basiliani non vero disuniti, et propter illos non propter has ecclesiam ligneam aedificavit sub titulo Protectionis Beatissimae in praefato monasteriolo ut pote quos stante sua mansione longo tempore in Kaniow habuit confessarios ac directores conscientiae ad haec omnia tenaces, et pertinaces in suo schismate monachi nihil aliud responderunt praeter quam quod non capiant processionem Spiritus Sancti a Patre Filioque prout Ecclesia tenet Graeca autem contrarium tuetur ad haec respondi et explanavi in rem Catholicae Fidei ex Scriptura, Conciliis et Patribus non corruptis a lutheranis quales hodie divulgantur et leguntur in Dominio Moschovitico; quibus auditis perierunt inducias ad sese reflectendum at quatenus permittam eos ibidem manere in meo fundo proprio et

---

<sup>17</sup> Ioachimus Spendowski, basilianus, abbas titularis Kaniovicensis, vicarius generalis basilianorum post mortem Hypatii Biliński protoarchimandritae (Hypatius Bilynsky obiit a. 1771).

<sup>18</sup> Belz, cf. SGKP I, p. 129.

<sup>19</sup> Nicolaus Basilius Potocki (1712-1782), capitaneus Kanioviensis usque ad 1762, postea designatus ut „palatinidus” (województw) Belsensis.

monasteriolo, aut scribam [35r] ad eorum Episcopum Periaslaviensem<sup>20</sup> pro exportari a dispositione ipsorum ad aliud monasteriolam aliquod non unitum; verum secundum omne ius et rectum dictamen nihil eorum feci. Intera feci recursum ad respectivos praefectos militiae Ukrainensae ad effectum ut hi tanquam custodes nedum limitum Regni, sed etiam fidei Catholicae legem patriae ac iuris maiestatici, ferant mihi opem (quam Ill. mus Capitaneus loci sub praetextu metitur a Moschis vicinis sibi incussi, omnino mihi denegat) ad removendas, nisi resipiscant, dictas Monachos non unitos blasphematores Catholicae fidei rebelles et motores seditionum inter vulgum, ut experientia docet et [...]c nec abhic auxilium dando excusationes, quasi quod novissima Constitutio Regni prohibeat eiusmodi [...]c ergo triumphant inimici fidei Catholicae invocato Nomine Dei Sabbaoth, die 2 Maii cum tribus meis religiosis ivi ad dictum monasteriolum illudque feliciter occupavi, receptis clavibus ecclesiae et monasterioli, reconciliataque ecclesia unam cantavimus Missam, alteram legimus ad M. D. Gloriam et incrementum Sanctae Fidei Sanctae Romanae Ecclesiae. Tandem post expletos aliquot dies praevio ordine ab episcopo Periaslaviensi dato intrusores monachi saepedicti, data item et accepta ab utriusque inter me et hegumenum schismaticorum cum respectivis communitatibus interveniente quietatione, libere et sponte exiverunt ad Mona[35v]steriolum vocitatum Moszynense<sup>21</sup>, quod pariter sucessu temporis cum Dei gratia spero fore unitorum ex praedictis monachis non unitis Fr. Demetrio obsequiarius in forma publica inter Solemnia Missae per me cantatae in mea ecclesia abbatali murata supra descripta die 2 Iunii accepit ad unionem sanctam, que peramanter recepi et reconciliavi. Alius Fr Raphael schismaticus et apostata a nostra religione Catholica spes in Deo quod convertetur ex Monasteriolo vero Rzyszcoviense<sup>22</sup> nunc iurisdictionis Periaslaviensis attraxi patrem Gregorium Fedinkiewicz superiorem eiusdem loci, pariter ex monasteriolo Traktamirovieni<sup>23</sup> facilem inveni patrem Antonium Troianowski superiorem loci, monasterioli Corsunensis<sup>24</sup> monachos itidem propensissimos reperi ad sese unienda cum Sancta Romana Ecclesia. Multam hic haberemus messem, si plures adessent operariis. Quam ob rem inenarrabilibus gemitibus supplico Excellentiae V.rae quatenus dignetur 1<sup>o</sup> omnesce singulos defectus in hac ipsa enarratione fidelissime expressa, si

---

<sup>20</sup> Perejesław, cf. SGKP VII, p. 955-956. Sedes episcopatus orthodoxi. Epi orthodoxi Periaslavienses tempore, de quo in epistula sermo est, fuerunt hi: Job Bazyliewicz (inde a die 11 XI 1770 usque ad diem 13 V 1776), Hilarius Kondratkowski (inde a die 28 VII 1776 usque ad diem 7 IV 1785).

<sup>21</sup> Moszny, cf. SGKP VI, p. 732sq. Monasterium orthodoxum.

<sup>22</sup> Rzyszców, cf. SGKP X, p. 171sq. Monasterium orthodoxum.

<sup>23</sup> Trechtymirów, cf. SGKP XII, p. 453sq.

<sup>24</sup> Korsuń, cf. SGKP V, p. 36sq. Monasterium orthodoxum.

et in quantam commissa de plenitudine communicatae Potestatis Apostolicae suplere. 2<sup>o</sup> Protectionem et patrocinium apud Serenissimum Regem, Regni Ministerium et Permanens Consilium in praemissis et praemittendis ratione avulsorum huius abbatae Kanioviense validissimum pro parte Catholicae Fidei mediantibus Excellentiae V.rae Officiis praestare. 3<sup>o</sup> Operarios tam regulares quam saeculares respectivos sine mora servata praxi hac expedire. Ego enim stabilita residentia pro religiosis, et capella pro divinis ad Ecclesiam meam abbatialem relinquo duos tantum monachos patres unum obedientialiter missum alterum supra fatum installatorem pro interim expeditum hac [...]c abeo in Wolhyniam demum in Lithuaniam pro capitulis celebrandis, tum Varsaviam pro negotiis abbatae ubique in profundo osculo maneo

Excell.mae Dominationis V.rae

humillimus et devotissimus Servus [...]c Matkowski<sup>25</sup>  
O.S.B.M. A[bbas] K[anioviensis] mpp.

<sup>a</sup> *In margine*: Hac ipsa die 6 Iunii Cantata Missa pontificaliter in Ecclesia Abbatiali per me Publicam Processionem cum Sanctissimo perfecimus. Processionem per Civitatem Kaniów inquam cum maximo populi concursu <sup>b</sup> *transcriptio incerta* <sup>c</sup> *verbum/verba/abbreviations legi non possunt* <sup>d</sup> *in textu*: animabus <sup>e</sup> *finis verbi deest* <sup>f</sup> *transcriptio incerta* <sup>a</sup> *linea subducta notatum*

## N. 249

### *Michaël Georgius Poniatowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Pultoviae, 6 VI 1776*

*Gratias agit pro epistula et promittit se expectationem nuntii deceptorum non esse. Rogat, ut se in causa duorum sacerdotum diiudicanda et in controversia patrum basilianorum componenda adiuvet.*

*Or.*: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 273r-v. *Ascriptum in 273r*: Ricevuto li 7 Giugno 1776.

Eccellenza Rev.ma

Ricevo la gentilissima<sup>1</sup> di V.ra Eccellenza piena di espressioni, le quali quanto mi convincono della sua bontà ed amicizia, altrettanto m'incitano non solamente ai reciproci sentimenti, ma ancora alla maggior sollecitudine nell'adempire tutto quello che ha piaciuto a V.ra Eccellenza gentilmente attribuirmi. Ho tutta la speranza che coi suoi savi consigli ed aiuto mi riuscirà sempre più facile di contribuire al vero bene di questa mia dio-

<sup>25</sup> Innocenty Matkowski, basilianus.

<sup>1</sup> Cf. N. 236.

cesi ed alla ristaurazione della sua disciplina. Mi si offerisce anche adesso occasione di pregare V.ra Eccellenza di voler secondare i giusti passi fatti ne' negozi pendenti nel Tribunale di codesta Nunziatura coi preti Bietkowski e Dąbkowski, dalla risoluzione dei quali dipende la riparazione dello più gran scandalo e degl'altre inconvenienze. Ho cercato di mettere in opera tutto quello che credevo poter esser più efficace per giovare i Padri Basiliiani, e farò ancora tutto possibile, ma come affare è molto difficile per riuscire, così ne ripruovo col mio più gran [273v] rammarico le più scabrose ostacoli nel secondarlo, ed insieme le giuste premure di V.ra Eccellenza. In tanto mi confermo col più profondo ossequio.

<sup>a</sup>-Di V.ra Signoria Ill.ma Div.[ottissimo] ed Um.[ilissimo]  
Oss.[equiosissimo] Servitore  
Michele Pr.[incipi] Poniatowski, Vescovo di Plocko<sup>a</sup>

Li 6 Giugno 1776, Pultovia<sup>2</sup>.

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 250

### *Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz ad Ioannem Andream Archetti*

*Mohileviae, 7 VI 1776*

*Mandatum nuntii sero allatum est. Siestrzeńcewicz nuntiat executionem permissionis papalis factam esse.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 193, s.f. Manu Archetti ascriptum: Re. 30 Luglio 1776.*

*Cop.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 426r-v.*

*Cop.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 40v-41r.*

*Cop.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 48r.*

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Patrone Summe Col.me Excellentiae V.rae litteras 19 Maii scriptas<sup>1</sup> ad me heri mihi reddidit Magnificus Dominus Gutakowski<sup>2</sup> Praefectus Cubiculi Regii. Ad respondendum iis recta accingor, cum iam superiori epistola adventum Excellentiae V.rae debita cum veneratione salutaverim.

Perillustris et Rev.dus Dominus Toczyłowski Canonicus Vilmensis venit ad me Mohileviam circa festum Paschae, exhibuit transsumptum Bullae

<sup>2</sup> Pultovia (Pułtusk), cf. SGKP IX, p. 294sqq.

<sup>1</sup> Cf. N. 192.

<sup>2</sup> Ludovicus Simon Gutakowski (1738-1811).

Sanctissimi Domini Nostri favore Celsissimi Episcopi Vilmensis<sup>3</sup> emanate, ad me [v] vero directe, executionemque eius nomine Episcopi petiit.

Reverentia et pietas qua Sanctam Sedem Apostolicam colo, ex una, fides quam Constitutioni Regni cum narratis bullae congrue praebendam esse censui ex altera parte, non me diu antium tenuere, atque feria quarta post Pascha executionem huius bullae signavi.

Haec, iussibus Excellentiae V.rae obediens, aequae prompte et sincere refero, ac me cum profundissimo cultu esse profiteor. Mohileviae 7ma Iulii 1776.

Excellentiae V.rae

Humillimus et obsequentissimus servus  
Stanislaus [Siestrzeńcewicz] Episcopus A[lbae] R[ussiae]

## N. 251

### *Michaël Prymowicz ad Ioannem Andream Archetti*

*Minciski<sup>1</sup>, 7 VI 1776*

*Gratias nuntio agit pro epistula et rogat, ut Ecclesiae unitae consulat. Notum facit caedem in Ucraina factam esse.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 42r. Ascriptum: recepta die 18 Iunii 1776.*

Die 7 Iunii 76 anno de Miniski.

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne.

Primam hodie cum osculo manus de die 13 elapsi, a sua Excellentia Ill.ma recipio Epistolam<sup>2</sup>, sed iam vetera Antecessoris sui Patroni mei singularissimi benevolentiae, devoluta in me clerumque Ukrainensem ab non unitis seu verius apostatis continuo depressum exteriora documenta. Deo Ter Optimo Maximo infinitas fero gratias, mihiq[ue] indigno cum fratribus gratulor, quod non degener successione in defensione atque protectione per Excellentiam Illustrissimam praestanda extiterim, quibus suffultus omni studio et alacritate nutus pastoris mei atque cuncta mandata suae Excellentiae Ill.mae exequar. Iura Ecclesiae Sanctae Romano Catholicae Eiusque ministrorum defendam, et si quid adversi iisdem compererim, illico de hoc sciam Excellentiam Ill.mam certiore reddere eiusque auxilium implorare non desinam: et hoc officii mei, debitum mox exequendo, tragediam per nonunitos interempti nuper Catholici presbyteri factam, coram actis au-

<sup>3</sup> Ignatius Iacobus Massalski.

<sup>1</sup> Miczesk.

<sup>2</sup> Cf. N. 172.

thenticis per successores interempti manifestatam ex Polono idiomate in Latinum fideliter transversam in copia adiungo, meque ad pedes proiicio.

Ill.mi Excellentissimi Et Rev.mi D.ni Protectoris Singularissimi

<sup>a</sup>-Subpedaneus Servus Continuus Exorator  
Michael Prymowicz mpp<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 252

### *Felicianus Wołodkowicz ad Ioannem Andream Archetti*

*Vlodimiriae, 7 VI 1776*

*Gratias agit pro brevi papali et epistula nuntii, qua eum certiore fecit missionem in Polonia incohatam esse. Sperat se in controversiis cum coadiutoribus habitis adiutum iri. Materia epistulae eadem est atque epistulae die 30 mensis Maii anni 1776 datae (N. 237).*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 43r. Ascriptum: Rec. 19 Iunii 1776. Unica differentia in epistula obvia notata est in commentario ad N. 237 (verbum "ordinationibus" in epistula die 7 VI 1776 scripta commutatum est verbo "conditionibus"). Praeterea in fine epistulae die 7 VI 1776 scriptae episcopus manu propria adiecit: Supplex ex evovo misericordiam quotiens pauper et [...]a nihil habent et [...]a [...]a obedientia subditorum.*

<sup>a</sup>verbum illegibile

## N. 253

### *Adalbertus Ceyler ad Ioannem Andream Archetti*

*Vschoviae, 7 VI 1776*

*Enarrat ea, quae Vschoviae ante conventicula habenda fiunt. Admonet fieri posse, ut protestans legatus creetur. Suadet, quomodo ei rei occurri possit. Nominat eos, qui consiliis protestantium repugnare possint.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 19 f. 399r-v.*

Datt. Vschovae die 7 Iunii 1776.

Ill.me, Excellentissime, ac Rev.me D.ne D.ne Protector Ordinis N.ri  
Strenuissime

Persona incognita in negotio praesenti questionata, vel inde honori dicit responsiones porrigere tabellam, quia negotio sacrae fidei consonam, vel quia ratum gratumque habet magno suo praesuli profundissimum prae se ferre cultum.

Quantum ad negotium: Nullus ex civitate Vschovensi, vulgo Frau-stadiensis, cives aut consul habet habuitque aliquando votum in Comitiiis Generalibus Varsaviensibus aut alibi generaliter celebratis, neque pro parte urbis, neque pro parte religionis. Quinimo etiam pro confederatione Torunensi summe religioni nociva, hac distinctione et favore fretus aliquando fuerat neque erit incola civitatis Vschoviensis. In proposito ita rem enucleo: Terra Vschoviensis secundum novellam constitutionem seorsiva celebrat comitiola, et quidem eadem die qua Palatinatus Posnanensis omnesque eius seorsive districtus. Nobiles incolae Terrae Vschoviensis (haeretici in duplo superantes Catholicos in hoc districtu) dum in electione notarii terrestri Vschoviensis, non dudum elapsa ante novem hebdomadas, desiderassent magno conatu dissidentem hocce gaudere officio, et minime possent votis vocibusque Catholicorum praegravati, nunc serio intentant ut in comitiis brevi subsequentibus, de medio sui unum omnino procurerent [399v] legatum pro parte illorum perorantem; et facile praestare id se posse arbitrantur dum nobilitas Catholica, hac eadem die electionis in aliis districtibus simili negotio occupabitur. Hoc remedium contra virus dissidentium erit: si Ill.mus Excell.mus ac Rev.mus Dominus Protector Noster Strenuissimus praesidem huius comicioli praeoccupaverit, notamque suam porrexerit, qua magno cum respectu lecta desideria sancta effectuabit. Praeses huius comitioli est Ill.mus Dominus Gurowski<sup>1</sup>, Castellanus Praemetensis optime meritus de S. Fide Romana, frater germanus Mareschalli Lithuaniae<sup>2</sup>, qui sancte obstabat pro patria sanctasque Romanae Ecclesiae legibus in retroactis Conciliis Generalibus. Ille pro certo efficiet iunctis viribus cum castellano Posnaniensi, ut dissidens Terrae Vschoviensi nullatenus legatione fungatur. Nam illi duo in facie omnis nobilitatis sponponderunt, qua victa superstites ad nullum officium dissidentes admissuros, multo magis verbo almi praesulis de Sacra Urbe inflammati id praestituri sunt, ferventer credimus ac iudicamus. Sin autem de urbe Vschovensi per novas gratias legatione civis aut consul fungeret pro futuris Comitiiis Generalibus, certe nullus alius foret, quam quidam praenobilis dominus Baudict, homo ipsi serenissimo Regi, et Magno Regni Cancellario amici notus, multarum linguarum gnarus, iuris consultor optimus, isque Catholicus laudatus, qui fidei potius quam errori inserviret. Haec

---

<sup>1</sup> Raphaël Gurowski, castellanus Premetensis annis 1764-1782.

<sup>2</sup> Ladislaus Rochus Gurowski (obiit a. 1790), mareschallus aulae Lithuaniae annis 1768-1781, postea mareschallus magnus.

sunt qua me dignum facere plantis praesuleis subici, et permanere indesinenti cultu quanam<sup>a</sup> pedibus subicio.

Ill.mi Excell.mi ac Rev.mi D.ni D.ni Protectoris Nostri Strenuissimi  
Humillimus servus et ad Deum orator  
Fr. Adalbert Ceyler<sup>3</sup>, Guard[ianus] Vschovens[is]  
Ord[inis] Min[orum de] Obs[ervantia] mpp

<sup>a</sup>*transcriptio incerta*

## N. 254

### *Ioannes Andreas Archetti ad ignotum*

*s.l., s.d., [Varsaviae, 7 VI 1776]*

*Hortatur catholicos Vschovienses, ut duobus candidatis faveant atque eo modo prohibeant, ne protestans legatus creetur.*

*Min.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 19 f. 398r-v.*

Proxima nuntiorum electio cum omnium ubique civium, tum vel maxime in Fraustadiensi districtu, Dominationis V.rae Illm.ae aliorumque nobilium curam sollicitudinemque flagitat. Undique enim certior factus sum tantum esse in isto districtu dissidentium numerum, ut omnino timendum sit ne unus saltem ex ipsis nuntius renunciatur. Etsi enim mihi ne suspicari quidem liceat Catholicum quempiam eo perventurum ut in hereticos suum suffragium conferre velit non possum tamen non vereri ne a maiori numero dissidentium, qui in istius districtus comitiola confluunt, Cattolicorum suffragia superentur. Quocirca cum mihi satis perspectuus sit eximius zelus quo pro Catholicae religionis tutela Dominatio V.ra Ill.ma incensa est, eam etiam atque etiam obtestor ut eidem religioni in praesenti discrimine opituletur. Opus itaque in primis esset, ut ad augendum Catholicorum suffragiorum numerum Catholici omnes quibus ad Fraustadiensia comitiola accedendi ius est, reverentione convenirent, quam rem sua prudentia Dominatio V.ra non difficulter impetratura spero. Sed cum dissidentes, ut voti compotes fiant suo ex cetu unum procul dubio sibi proponant in quem omnia suffragia cumulentur, sic etiam oportet, ut Catholici sint animo, et voluntate concordēs, et in geminis Catholicos, quos nove-

---

<sup>3</sup> Adalbertus Celler, guardianus Vschoviensis annis 1773-1776. Vschovia, monasterium franciscanorum observantium (bernardinorum) provinciae Poloniae Maioris, custodiae Ponsnaniensis, sub titulo Sancti Iosephi. Cf. Litak, p. 410.

rint prudentia, et integritate esse praeditos, et plures sibi habere amicos, et assulis<sup>a</sup> omni privato studio ac contentione seposita omnes unanimiter conveniant. Divisis enim distractisque in plures personas Catholicorum suffragiis ab haereticis etiamsi numero minores fuerint, facile superabimur.

Dominationi igitur V.rae oblata nunc est omnium [398v] praeclarissima occasio de patria religione et de Catholicis omnibus benemerendi. Hanc queso strenue, ac constanter arripiat. Dummodo neque patriae leges violentur neque hominum cuiquam fiat iniuria, consilio, auctoritate, gratia omnino curet, atque contendat, ut electioni hactenus inauditae locus non sit. Ego autem dum summa Dominationis V.rae prudentia, ac religione fretus in certissimam spem adducor omnia mihi ex sententia eventura esse<sup>b</sup>.

<sup>a</sup>transcriptio incerta    <sup>b</sup>verbum illegibile

## N. 255

### **Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 8 VI 1776

*Notum facit epistulas die 15 mensis Martii datas sibi allatas esse et responsum mittit.*

**Or.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 79r.

**Reg.:** AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 273v.

Era stata da lungo tempo introdotta in diversi tribunali, e si agitava in questi ultimi anni nel Supremo Tribunale della Lituania una lite tra il Monastero di S. Benedetto di Vilna<sup>1</sup> e li Prevosti Hruzdoviensi<sup>2</sup> pro tempore. Pretendevano questi in vigore di un antico codicillo, fatto da Deodato Sakowicz<sup>3</sup> l'anno 1475, di vindicare una porzione de' beni chiamati per avanti Wiazyna, come lasciata alla prepositura nel detto codicillo, e di spogliarne il monastero che n'era in possesso fin all'anno 1627 in cui li comprò, e vi aveva stabilito un villaggio abitato da molte famiglie, denominandolo Rybezyki. Non era facile [5r] la decisione di questa causa perché trattavasi di un'antica disposizione, che sebbene non avesse mai avuto il suo effetto, era però stata dai prevosti portata spesse volte in giudizio. Onde essendo ora stata riassunta dal moderno prevosto Stanislaò Zakrzewski, ha creduto Mons. Vescovo di Vilna<sup>4</sup>, che a scanzo di ulteriori spese fosse più vantaggioso ad ambe le parti di terminarla amichevolmente. Avendo perciò interposta la sua mediazione, li è riuscito comporle colla transazione che ora si presenta all'EE.VV. per esser munita del necessario beneplacito apostolico. Cede in quella il prevosto tutte le ragioni che pretendeva di avere sopra li nominati beni, rinunzia alla lite pendente, e promette di non più molestare il monastero, che in compenso gli paga la somma di dieci mila fiorini di Polonia. Richiesti da Mons. Arcivescovo di Berito mio Antecessore, due

---

<sup>1</sup> Monasterium benedictinarum sub titulo Sanctae Catharinae. Cf. Litak, p. 422.

<sup>2</sup> Hruzdów (Hruzdovia?), parochia Assumptionis Sanctissimae Mariae Virginis. Cf. Litak, p. 305.

<sup>3</sup> Bogdanus Sakowicz, heres Hruzdoviensis, anno 1443 ecclesiam fundavit, cf. Kurczewski, p. 199.

<sup>4</sup> Ignatius Iacobus Massalski.

primarii ecclesiastici di Vilna, uno de' quali è anche decorato del carattere vescovile e di suffraganeo di Troki<sup>5</sup> a dargli opportuni lumi sopra il medesimo contratto, anno in risposta raccontata la serie del fatto, che mi sono dato l'onore di esporre all'EE.VV., e che potranno raccogliere dalle loro lettere, che mi do parimenti l'onore di compiegarle. Trattandosi pertanto fra i due luoghi pii, mi sembra giustissima, anzi vantaggiosa ad ambedue la seguita concordia, con cui si pone fine ad una lite quanto antica altrettanto incerta, e che perciò sia degna della suprema approvazione di codesta Sagra Congregazione. Sottopongo però questo mio parere al giudizio dell'EE.VV. alle quali intanto col più rispettoso ossequio mi rassegno.

## N. 272

### *Ioannes Andreas Archetti ad Antonium Casimirum Ostrowski*

*Varsaviae, 10 VI 1776*

*Commendat canonicum Antonium Niewieciński, qui Roma in Poloniam revertitur.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 204v.*

A dì 10. Giugno 1776

Per Monsignor Vescovo di Cuiavia

Cum Perillustrissimus et admodum Rev.dus Dominus Antonius Niewieciński Canonicus Vladislaviensis se Dominationi V.rae Ill.mae ac R.mae a me commendari maximopere cupiat, eo libentius morem gero quo certior sum spectatam ipsius virtutem meis commendationibus non admodum indigere. Cum enim is Romam maximum discendi studium hinc attulerit, atque in Urbe praestantissimum praesulem nactus sit, in cuius domo diu multumque discendi causa versaretur, eundem ab iis artibus ac disciplinis instructissimum quae Ecclesiasticum hominem maxime decent in Patriam reversurum spero. Quae sane res momenti plurimum habitura est ad sibi comparandam Dominationis V.rae Ill.mae benevolentiam, et gratiam. Si quid tamen meis etiam commendationibus Dominatio V.ra Ill.ma tribuet, ac nonnullam earum rationem a se habitam fuisse monstrabit, rem profecto mihi gratissimam fecerit. Interea Dominationi V.rae Ill.mae ac R.mae felicissima omnia apprecatus singulari cum observantia et ex animo esse profiteor.

---

<sup>5</sup> Iosephus Casimirus Kossakowski (1738-1794), inde ab anno 1775 suffraganus Trocensis in dioecesi Vilmensi.

## N. 273

*Simon de Lipnica ad Ioannem Andream Archetti*

Varsaviae, 12 VI 1776

*Nuntiat de novis flagitiis, quae Deocharus (Bogumilus), monachus inoboediens, admisit.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 89r-v.*

Ill.me et Excellentissime D.ne

Ego infra scriptus nomine meo et R.P. Provincialis<sup>1</sup> mei ad quaerelas contra P. Deocharum<sup>2</sup> etiam haec addo: quod dictus P. Deocharus, postquam hinc discessit versus Vinnicam iuxta salvum conductum, divertit ad partem ad Magnificum Dominum Kiciński<sup>3</sup> generalem in militia, eique quatuor equos, quos accepit Varsavia, vendidit: pro iis pecuniam accepit, famulum, quem sibi hic ab obsequia conduxit, datis ei duobus florenis, remisit, ipse vero remissus a memorato Domino Kiciński Lublinum, falsus est dicto famulo suo, quod sit intentionatus pergendi per postam Romam. Nunc etiam a religiosis meis inaudio, quod adhuc hic Varsaviae existendo habuerit, et portaverit secum 200 [florenos]. Ecce! Ill.me et Rev. Me D.ne! Qualis sit hic homo, et Capucinus! Certe est unus ex libertinis pessimus, qui non modo regulam suam (ad quam adhuc tenetur) violat graviter, sed etiam salvum conductum [89v] tanquam sibi favorabilem, minime observare dignoscitur. Haec dum pro informatione Ill.mae et Rev.mae Dominationis V.rae defero, maneo in osculo pedum. Die 12 Iunii 1776 Varsaviae.

Ill.mae et Rev.mae Dominationis V.rae

Humillimus servus et exorator

Fr. Simon<sup>4</sup> Capucinus pt. Guard[ianus] Varsaviensis  
Definitor et Custos mpp

## N. 274

*Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*[Varsaviae, 12 VI 1776]<sup>1</sup>

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 12 VI (N. 275-277) Romae confectum.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 326r.*

<sup>1</sup> Ludovicus (Adalbertus Zaleski).

<sup>2</sup> Deocharus vel Bogumilus (Iosephus Guzowski).

<sup>3</sup> Michaël Kiciński (1716-1780).

<sup>4</sup> Simon de Lipnica (Stephanus Dominicus Sikorski).

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

## N. 275

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini**Varsaviae, 12 VI 1776*

*Magnates Varsavia proficiscuntur. Nuntius tradit universale regium, quo conventiculi convocantur. Tractat de itinere, quod magnus dux Russiae faciet. Episcopus Posnaniensis morbo affectus est. Neminem ad se admittit, quod nuntium inquietat, quia ante comitia episcopum de rebus magnis consulere vult.*

**Or.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 329r-330r.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 16v-17r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 23r-v.*

Eminentissimo etc.

Dalla pregiatissima lettera di V.ra Eminenza in data 18 Maggio<sup>1</sup> e da me ricevuta ai 7 del corrente, rilevando soltanto il recapito nelle sue veneratissime mani del dispaccio dei 24 Aprile del mio Antecessore, ne darò avviso al medesimo, che secondo le ultime notizie avute dovrebbe essere ne' passati giorni arrivato in Vienna.

Diventa ogni giorno più spopolata Varsavia di tutti questi magnati, parte de' quali passa alla sua terra per godervi la bona stagione, e parte nelle provincie e distretti per assistervi alle dietine.

Compiego a V.ra Eminenza la regia universale<sup>2</sup> sulla convocazione delle dietine suddette. A giusta ragione merito rimprovero se prima non ho procurato di averla e di trasmetterla, ma posso accertar V.ra Eminenza che anche dal Ministro di Vienna<sup>3</sup> solo ne' scorsi giorni fu inviata alla sua Corte, e siccome non contiene particolarità alcuna interessante, così potrà unicamente servire per porsi in fronte delle carte e documenti, che ci fornirà in seguito la [329v] prossima futura dieta, la quale sarei ben contento che tutta si ragirasse sopra gli affari che la universale sembra indicare.

Non si sa che il Principe Enrico<sup>4</sup> sia ancor partito da Pietroburgo, ma il viaggio del Gran Duca di Moscovia<sup>5</sup> a Berlino, che comunemente si credva stabilito, ora comincia a rivocarsi in dubbio, e corre voce sia per portarsi

---

<sup>1</sup> Lazarus Opitius Pallavicini ad nuntium apostolicum in Varsavia, 18 V 1776, AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 69r.

<sup>2</sup> Adiunctum: Stanislas August etc. Varsovie, 15 V 1776. [*Incipit: Depuis près de douze ans que Nous Gouvernons cette Nation Libre...*]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 331r-332r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 17v-18r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 23v-24v.

<sup>3</sup> Carolus Reviczky.

<sup>4</sup> Fridericus Henricus Ludovicus.

<sup>5</sup> Paulus Romanow.

unicamente in Curlandia<sup>6</sup>. Col variare il destino del viaggio di quel Principe, il pubblico altresì gli destina or una sposa, ed or un'altra, mentre a Berlino dovea unirsi ad una Principessa di Prussia nipote del Re, ad a Mittaw<sup>7</sup> si dice possa trattarsi di matrimonio con una Principessa di Wittemberg.

Portatosi Mons. Vescovo di Posnania Gran Cancelliere della Corona ad un suo luogo di campagna non molto distante da Varsavia per trattenermi cinque, o sei giorni, si ebbe poco dopo la notizia che fosse caduto gravemente ammalato ma al presente dicesi incomodato di febbre terzana. Il bisogno che avevo della di lui assistenza in molti rile[330r]vanti affari mi spingevano di andar a trovarlo, ma sapendo che non ammetteva alcuno, vi ho mandato il mio Auditore<sup>8</sup> incaricandolo di rappresentare al Prelato il sommo rincrescimento cagionatomi dalla di lui infermità sopravvenuta appunto in un tempo, in cui mi era più che mai necessaria la sua persona. Ieri dunque portatosi l'Auditore a Czernicow<sup>9</sup>, villaggio distante tre miglia da Varsavia, fu finalmente introdotto nella camera del infermo dopo aver promesso però a domestici che non avrebbe parlato di affari, e che si sarebbe ristretto ad un semplice complimento in mio nome. Così infatti seguì, ma parmi di non vedere apparenza ch'ei possa far ritorno in breve e pubblicamente riassumere le sue incombenze.

Infine rinuovando all'Eminenza V.ra gli attestati del profondissimo mio rispetto e al valevole di lei patrocinio raccomandandomi, con la maggiore venerazione mi rassegno. Varsavia, 12 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G.[iovanni] A.[ndrea] Arcivescvo di Calcedone<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 276

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opatium Pallavicini*

*Varsaviae, 12 VI 1776*

*Rex ad legatum Russicum scripsit de commissione mixta Ucrainensi. Qua de re nuntius cum rege et eius secretario Ghigiotti colloquitur. Nuntio commissio talis non placet et putat controversias ab ipso rege iusto componi posse. Fieri*

<sup>6</sup> Curonia.

<sup>7</sup> Mitava, Mitau (hodie Jelgawa). Cf. SGKP VI, p. 508.

<sup>8</sup> Franciscus Guglielmi, auditor nuntiaturae Archettianae, cf. ANP I, p. 325.

<sup>9</sup> Czerniaków, cf. SGKP I, p. 818.

*potest, ut commissio a Russia approbata unitis noceat. Nuntius postulat, ut unitis ecclesiae reddantur et vis reprimatur.*

**Or.:** *AV, Segr: Stato, Polonia 317 f. 333r-334v. Nomen nuntii manu secretarii subscriptum, sicut autographa. Sicut in autographis inscriptio cursualis in angulo laevo infero: All'E.mo e Rev.mo Sig. Card. Pallavicini Segretario di Stato di Nostro Signore.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 18v-19r. Praescriptio: Lettera a parte.*

**Reg.:** *AV, Segr: Stato, Polonia 331 f. 24v-25v. Praescriptio: Lettera a parte.*

Varsavia, 12 Giugno 1776.

Scrissi a V.ra Eminenza ultimamente<sup>1</sup> che Sua Maestà era di parere di affrettare la nota commissione in Ukrania [sic!]. Or egli ha già cominciato ad eseguire il suo disegno, mentre non solamente ha parlato, ma ancora scritto con biglietto, o sia con nota di suo pugno all'Ambasciator di Russia, come non essendo sperabile che la tranquillità rinasca da se medesima e si stabilisca nell'Ukrania, anzi dovendosi sempre temere nuovi sconcerti, domandava che più oltre non si differisca dalla Czara la nomina de' suoi deputati alla consaputa commissione. Io nel sentir ciò dalla bocca stessa di Sua Maestà, subito le palesai di apprendere un tal passo, anche perché essendo recente il rumore del disgraziato caso accaduto in Human, potea moversi la Czara e a sciegliere persone di un carattere meno trattabile, e a dar loro istruzioni meno placide e [333v] convenienti. Mi assicurò che il noto accidente non avrebbe cagionata la minima impressione e che il Barone di Stackelberg nell'inviare, che aveva fatto alla sua Corte, l'originale biglietto o nota di suo real pugno, avea altresì suggerito per capo della commission Russa un sogetto che opportunamente ritrovasi in quelle parti, e della di cui probità e placidezza pienamente Sua Maestà ripromettevasi. Onde lo pregai acciocché si degnasse rivolgere tutte le sue cure nel destinare deputati tanto più incorrotti ed illuminati per parte sua, quanto più le circostanze lo essiggon, e di fare assegnar loro una ben congrua provvisione. Esser poi onninamente necessario che dai regi commissari si insista prima d'ogni altra cosa perché gli uniti vengano tosto reintegrati al possesso di tutte le chiese, delle quali provano ad evidenza i due estremi; cioè il precedente possess[334r]so e il successivo violento spoglio dal momento della barbara persecuzione, eccittata dai scismatici dopo la dieta funesta del 1768. So che nella scelta de' commissari Polacchi dovrà aver molta parte Mons. Vescovo di Posnania Gran Cancelliere, con cui non ho potuto parlare nel proposito per la circostanza dello stato in cui egli si trova, e che V.ra Eminenza rileverà da altro mio contemporaneo foglio<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Cf. N. 242.

<sup>2</sup> N. 275.

In questa congiuntura non ho lasciato di abboccarmi dipoi con Mons. Ghigiotti, il quale mi si mostra sommamente propenso a coadiuvare in ogn'incontro con ottimi uffici al mio apostolico ministero, e gli ho palesato il mio desiderio insieme e la mia fiducia che Sua Maestà avrebbe in avvenire avuta la bontà, come si espresse allorché accolse la prima volta di darmi in altre occasioni qualche preventivo cenno delle sue reali determinazioni in quelli affari che interessano la re[334v]ligione più che lo Stato, mentre nel caso di sopra avrei creduto miglior partito il diriggere una nota ministeriale all'Ambasciator Russo con esporre in quella le molte e gravi doglianze degli uniti contro le recenti continue violenze e sovverchierie dei non uniti, ai quali principalmente imputar si deve se qualche disgraziato contrattempo succede dalla parte dei primi cotanto provocati, quantunque ciò non lasci per questo di essere all'animo di Sua Maestà di sommo dispiacere, e d'impegnarlo a procurare per le debite vie la punizione dei colpevoli, ed in tal guisa attendere quello che la Corte di Russia avrebbe risposto senza venir così immediatamente a domandar la commissione.

#### N. 277

#### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 12 VI 1776*

*Cancellarius magnus Regni et legatus Russicus comitiis futuris una operam dant. Nuntius nititur, ne protestans legatus Vschoviensis creetur.*

**Or. decifr.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 327r-v. Dicifr. li 3 Luglio.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 19r. Praescriptio: In numeri.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 25v. Praescriptio: In numeri.*

**Cop.:** *BOss. 6846, p. 201.*

Di Varsavia. Da Mons. Nunzio Archetti, 12 Giugno 1776.

Non azzarderò il mio sentimento se Mons. Gran Cancelliere dia maggior peso al suo incomodo per seguire senza essere frastornato il filo delle sue determinazioni relative alla futura dieta presa di già di concerto col l'Ambasciator di Russia, a cui è strettamente unito, oppure se il suo male gl'impedisca veramente di attendere ad ogni sorte di affari. Nell'uno e nell'altro caso il di lui ritiro mi è di grandissimo pregiudizio, mentre se il primo è vero, tanto più è difficile a riparare il colpo della elezione di un nunzio dissidente nel distretto di Fraustat<sup>1</sup>; se è vero il secondo, mi manca

---

<sup>1</sup> Vschovia.

l'appoggio, che volendo, come porta il dover suo e [327v] potendo agire, sarebbe il più forte e decisivo. Ma non per questo ometto di adoprarli, per quanto è possibile nella dura circostanza, in cui tutti dal primo all'ultimo sono pieni di riguardi e temono di comparire.

## N. 278

### *Petrus Laschki ad Ioannem Andream Archetti*

*Brunsborgae, 13 VI 1776*

*Libri ex Italia in collegium importantur. Rector tractat de pecunia ad libros emendos necessaria. Rogat, ut debitum pensionibus solvatur.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 19r-v. In 19r manu Archetti: Ri. 24 Giugno 1776.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne, Protector Clementissime  
 Notum esse, arbitror, Suae Excellentiae, Excellentissimum Antecessorem ex stipendiis consuetis Alumnatus Brunsborgensis<sup>1</sup>, ex anno proxime elapso impedisse 29½ ducatos aureos, in comparandos ex Italia libros, ad instruendam bibliothecam nostram. Vecturae sumptus cum ex Italia in Polonia, tum ex Polonia in Varmia solvendi erunt ex pensionibus huius labentis anni. De advectione horum librorum cura commissa est admodum R.P. Michałowski Rectori Collegii Regii Varsaviensis. Universum pretium cum in libros, tum in vecturam, ut ex litteris admodum R.P. Rectoris intellexi nuper ad me datis, ascendit ad aureos ducatos 51, florenos 14, et grossos 15. Igitur, quod ad complementum huius integrae sumae desideratur, non gravetur Sua Excellentia in manibus dicti R.P. Rectoris deponere ex pensionibus Alumnatus Brunsborgensi, ut per cambum Viennam haec pecunia mitti possit. Pretiosum equidem thesaurum, ut ex literis Excellentissimi Antecessoris, et elencho librorum ad me misso, luculenter perspexi, possidebit Collegium Pontificium, optarem attamen, ut quod, praeter suprapositos 29½ qui iam soluti sunt, solvendum restat, non dematur totum ex uno trimestri, vereor etenim, ne imminutis solito plus stipendiis unius trimestris, impar sim, ob ingravescens annonae pretium, et imposita vectigalia alendis et sustentandis tot Personis Collegi. Accedit, pro importatis libris in Varmiam vectigal omnino solvendum fore, veredario pro deportatione eorundem Varsavia Brunsborgam usque compensandum esse. Itaque ne huiusmodi advectio libros gravis nimis fiat Collegio, si ex uno [19v] trimestri notabilis pecuniae summa deduceretur, gratissimum mihi foret, si Sua Excellentia eandem summam, quam Excellentissimo Antecessori

---

<sup>1</sup> Braniewo.

per libros et advectionem Collegii solvere adhuc debet, in duos trimestres, aut tres partiretur.

Quod superest, gratiae, favori, et protectioni, me supplicissime comendatum esse cupio.

Illm.ae, Excell.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae  
Protectoris Clementissimi

Deditissimus Servus  
Petrus Laschki mpp

Brunsbürgae, 1776, 13 Iunii.

## N. 279

### *Iosephus Korytowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Posnaniae, 14 VI 1776*

*Rogat, ut operam det controversiae inter tres fratres ortae, quorum unus, carmelita, pecuniam commodavit. Fieri potest, ut monasterium carmelitarum Varsaviense pecuniam reddere cogatur.*

*Cop.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 117r-v.*

Extrait de la lettre de Mgr Koryłowski<sup>1</sup> Chanoine de Posnanie  
Du 14 Juin 1776

Le frère du P. Barnabe de l'ordre des Carmes m'ayant remis un instrument de la Nonciature ou il est dit, qu'il faut citer les Carmes du Couvent de Varsovie, et les frères du P. Barnabe<sup>2</sup>, afin de prouver leur légitimation et leurs prétentions, je dois vous informer Monsieur, qu'il est facile de les citer, mais cette citation occasionnera de la peine aux Pères Carmes, puisqu'ils devront comparoître au terme marqué, et du délai aux nommés Kliszewski<sup>3</sup>. Le Prédécesseur de S.E. Mgr le Nonce m'avoit déjà chargé par une lettre d'examiner les prétentions de ces Kluszewski, les ayant trouvé justes, je les ai envoyés signés par moi à la Nonciature, mai je n'ai reçu aucune réponse [117v] la dessus. Voulant procurer une justice plus prompte aux dits Kliszewski, je les ai renvoyé au notaire apostolique pour assermenter la réalité de leurs prétentions. Munies de ce témoignage je vous les ai présenté

<sup>1</sup> Iosephus Korytowski.

<sup>2</sup> Barnabas Kluszewski, carmelita calceatus. Documenta pertinent ad pecunias a fratribus germanis mutuatas, quibus Barnabas uti voluit, ut sua vota monasterialia tollerentur. Postea fratres posebant, ut pecuniae sibi redderentur. Cf. Carmelitani Calzi, affare del Padre Barnaba Kluszewski, AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 114r-142r.

<sup>3</sup> Franciscus Kluszewski, Iosephus Kluszewski.

dans la confiance, que cette démarche judiciaire trouvera des égards. Je voudrais rendre service a ces pauvres gens sans leur causer des dépenses, c'est pourquoi je vous envoie leurs prétentions et le témoignage deu serment qu'ils ont prêté en vous priant de faire en sorte qu'ils soyent satisfaits sans délai ultérieur. Vous me délivrerez par la de beaucoup des embarras. Etc.

## N. 280

### *Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 15 VI 1776*

*Notum facit epistulas die 22 mensis Maii datas sibi allatas esse et responsum mittit.*

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 87r.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 273v. Dies: 16 Giugno 1776.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 6v.

*Min.:* AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. *Ascriptum:* Una lettera, un piego in proprie.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Il dispaccio che mi ha V.ra Signoria Ill.ma da codesta sua residenza indirizzato sotto i 15<sup>a</sup> [sic!], dello scorso mese è puntualmente in questa settimana alle mie mani pervenuto. Datole questo riscontro per sua regola e quiete, senza più passo a rattificarle la piena stima, con cui a V. ra Signoria Ill.ma auguro vere prosperità. Roma, 15 Giugno 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma.

<sup>b</sup>Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>b</sup>

<sup>a</sup>*debet esse: 22, cf. N. 199-202*

<sup>b-b</sup>*manu propria*

## N. 281

### *Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 15 VI 1776*

*Laudat Sagramosum, qui diplomatum bonum se praestitit. Unus legatus protestans catholicis Polonis non imminebit. Sed episcopis et laicis adiuvantibus opera est danda, ne protestans legatus creetur.*

*Or. decifr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 88r-90r.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 6v-7v. Praescriptio: Lettera in piano, e in numeri.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 272r-274r.*

Roma, 15 Giugno 1776

L'uniformità de' sentimenti e premure espresse nei diversi biglietti de' rispettivi Ministri<sup>1</sup>, concernenti l'ultimazione della vertenza di Ostrog fornitimi da V.ra Signoria Ill.ma in data de' 22 scorso<sup>2</sup>, giustificherà vieppiù le sollecitudini del Cavalier Sagramoso, e avrà servito di ulterior stimolo al Gran Maestro<sup>3</sup> per sollecitare l'invio della indispensabile consaputa ratifica nelle debite forme, al quale scopo collimarono anche gli uffici da me fatti a questo Ambasciator di Malta<sup>4</sup>, come già le avvisai nel precedente dispaccio<sup>5</sup>. L'essersi unita anch'ella a compiacere il riferito Cavaliere con biglietto di cui mi ha pur compiegato il tenore, mi lusingo che non possa recar verun pregiudizio alla trattativa de' nostri [88v] affari, come era forse temibile al principio della negoziazione Maltese, tanto costì contraddetta da persone potenti. Quindi in fatti risalta maggiormente l'abilità e prudenza del Cavaliere per aver superato, non solo con dolcezza, gli ostacoli, ma per essersi saputo conciliare l'affetto e la stima della nazione, per modo da riportarne alla propria famiglia i privilegi e le onorificenze da lei indicate.

Coerenti alle nostre regole, ben note a V.ra Signoria Ill.ma, sono gl'impulsi da lei dati alla Curia del Primate di Gnesna in seguito della motivata riduzione di feste dal Ministro Prussiano. È già qualche tempo che il Cioffani, avendomi manifestato il desiderio della Corte di Berlino sul medesimo oggetto, gl'insinuai di procurarsi dal Primate la commissione dell'istanza. In breve intenderò da [89r] lui, se gli sia pervenuta, non dubitando punto della successiva trasmissione del breve occorrente.

Molto giusti e sensati sono i riflessi, ch'ella si è fatto carica di esporre a Sua Maestà Polacca, per impegnarla ad escludere i dissidenti dalla classe de' nunzi<sup>a</sup>, né minore attenzione e sollecitudine si ripromette la Santità Sua dal di lei zelo ed intelligenza nel secondare e dirigere in ogni altra occasione le di lui provvide intenzioni durante il corso della prossima dieta; tanto più che per l'angustia del tempo, per la lontananza de' luoghi e per l'opportunità delle circostanze si renderebbero pressoché inutili e sempre scarse le particolari istruzioni, che di qua le si potessero [89v] comunicare, al qual difetto però si è procurato di supplire, per quanto da

<sup>1</sup> Austriae, Russiae et Prussiae.

<sup>2</sup> Cf. N. 199.

<sup>3</sup> Emmanuel de Rohan-Polduc.

<sup>4</sup> Jacobus Laurus le Tonnelier de Breteuil.

<sup>5</sup> Cf. N. 257.

noi si poteva, con que' fogli, che le furono da me comunicati prima del di lei discesso<sup>6</sup>, e molto più ancora le dovranno giovare gli ordinari registri, che le ha costì preparati la diligenza del di lei Antecessore. Nel rimanente continui a coltivare con ogni studio le buone disposizioni della Maestà Sua, che a vista di paese si renderà verisimilmente <sup>a</sup>l'arbitro della dieta<sup>a</sup> per l'appoggio <sup>a</sup>della Corte di Russia<sup>a</sup>, al di cui volere sussistendo massimamente la supposta <sup>a</sup>alleanza di quella di Vienna<sup>a</sup>, dovranno necessariamente uniformarsi per privato interesse anche i pretesi zelanti della pubblica felicità, tanto più [90r] se le deliberazioni della dieta dovranno dipendere, come parmi sia già stabilito, dalla pluralità de' suffragi, soppressa del tutto l'antica formola del *liberum veto*, motivo per cui l'ammissione di un solo <sup>a</sup>nunzio dissidente<sup>a</sup>, sembra <sup>a</sup>al Santo Padre<sup>a</sup> anche più tollerabile, e da non doverne temere conseguenze funeste al cattolicesimo; quando pure non si voglia far servire d'istrumento e di mezzo a procurare a gli accatolici ampliamenti, ed estensioni di prerogative in ulterior discapito della religione dominante, al che non dubito ch'ella saprà invigilare, valendosi dell'opera de' Vescovi e de' secolari bene intenzionati.

<sup>a</sup>*fragmenta notis arcanis scripta*

## N. 282

***Card. Iosephus Maria Castelli ad Ioannem Andream Archetti***

*Romae, 15 VI 1776*

*Per agentem de Chard pecunia nuntiaturae tradetur, qua collegium papale Brausbergense sustineatur.*

***Or.:*** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 69 f. 29r.*

***Reg.:*** *APF, Lettere 228 f. 292v-293r.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Non parendo a questa S. Congregazione di dover deviare dal solito canale della Nunziatura per trasmettere l'assegnamento annuo al Collegio di Brunsberga<sup>1</sup>, si daranno gli ordini e le istruzioni opportune all'Abbate de Chard, agente di V.ra Signoria, perché possa ai tempi debiti riscuotere e spedirle in Varsavia questo denaro. Si è poi gradito di sentire il di lei

---

<sup>6</sup> Cf. *Instructio Secretariae Status ad Mons. Archetti designatum Nuntium in Polonia*, N. 68.

<sup>1</sup> Braniewo.

avviso costì, e mentre l'assicuro che la S. Congregazione si promette dal di lei zelo ed attività ogni più favorevole esito ne' suoi affari, resto pregando il Signore Dio che la conservi e la prosperi. Roma, 15 Giugno 1776.

Di V.ra Signoria

Come Fratello Affettuosissimo  
 a-G[iuseppe] M[aria] Card. Castelli Prefetto  
 Stef[ano] Borgia Segretario<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 283

### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 15 VI 1776*

*Antonelli in monasterio commoratur et de rebus novissimis a Roma certior non fit. Nuper operam dedit eis, quae in comitiis anno 1768 habitis de professione monasteriali constituta sunt, et petitioni basilianorum, qui postulant, ut omnia privilegia ordinibus ritus Romani debita sibi dentur.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 195, s.f.*

A[mico] C[aro]

Col ritardo d'un ordinario ho ricevuto la vostra lettera degl'8 dello scorso, e nella settimana passata io già risposi ad un'altra de' 20. Ciò è derivato che quella mi è venuta colla posta di Milano fuori del piego di Segreteria di Stato, e questa la ricevetti nel piego. Io sono troppo premuroso di aver vostre nuove, e mi preme ancora che le lettere non si smarriscano. Perciò quando mi scrivete, procurate di farlo inchiuder le lettere nel dispaccio della segreteria di Stato, e per quella via di farmele giungere con sicurezza.

Io ho passati molti giorni di questo mese in più riprese con questi miei buoni Padri di S. Sabina<sup>1</sup>, gustando la soavità della solitudine e del silenzio. Vi sto ancora presentemente, e mi occupo di Polonia. Mi è stato dato a leggere uno scritto sull'età de' regolari, la professione de' quali è costà fissata per gl'uomini di 24 anni, e per le donne ai 16, secondo un decreto della dieta del 1768.

Nei scorsi giorni ancora molto tempo impiegai per affari di Polonia. Si trattò in Congregazione di Propaganda sull'istanze di tutto l'Ordine Ba-

<sup>1</sup> Dominicani monasterium Sanctae Sabinae in Monte Aventino situm incolentes.

siliano Ruteno di esser ammesso a godere di tutti i privilegi che la Sede Apostolica ha accordati ad altri ordini regolari. Questa generica istanza Mons. Garampi l'ha fatta restringere ad alcuni privilegi tassativamente. Ma i buoni monaci ne hanno accozzati insieme tanti, spogliando tutte le bolle de' Papi concessive [v] di tali privilegi che io certamente credo non ne abbiano lasciato fuori neppur uno. Di più hanno amassate anche quelli che sono stati abrogati dal Concilio di Trento e da altre posteriori costituzioni apostoliche. In somma essi hanno chiesto specificamente tutto quello che o è stato una volta accordato, o anche al presente si concede agl'altri ordini regolari, e tutti que' privilegi che ripartitamente ha o una o un'altra religione, i Basiliani vorrebbero riunirli tutti in loro favore, non attendendo nel tampoco alla diversità del rito Greco, che non può accomunarli colle Religioni Latine. Una così ampia petizione non si è potuta definire in una congregazione, non ostante che vi fosse l'informazione di Mons. Garampi. È stata dunque differita ad altre sessioni, e per mio avviso non sarà la Congregazione molto liberale nella concessione di tali privilegi.

Le nuove di Roma non giungono in questo mio romitorio, ove per l'assenza di Nerini<sup>2</sup>, che sta in Albano, pare che si viva come nella Tebaide Egiziaca. Amatemi, e state sano, e cacciate via l'apprensione. Se posso far niente per voi, comandatemi. Addio.

## N. 284

### *Ioannes Andreas Archetti ad Ignatium Rossetti*

*Varsaviae, 15 VI 1776*

*Gratias agit pro epistula et scribit se collegio theatinorum Leopoliensi in omnibus rebus auxilio venire paratum esse.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 205r.*

A dì 15 Giugno 1776.

Rev.do Patri Ignatio Rossetti Rectori Collegii Leopoliensi  
Clericorum Regularium Theatinorum

Sommamente aggradisco e ben volentieri accetto le cortesie esibizioni di V.ra Reverenza<sup>1</sup> la di cui padronanza ed amicizia non sarà a me certamente men cara di quello che sia stata a miei Antecessori. Pertanto con quanta liberalità ella s'offre di favorirmi, con altrettanta libertà saprò al-

<sup>2</sup> Fortasse Felix Maria Nerini (1705-1787), abbas ordinis hieronymitarum.

<sup>1</sup> Cf. N. 219.

l'occasione prevalermi de' suoi favori ben inteso però che V.ra Reverenza possa, anzi debba usare dello stesso diritto con me, che sono e sarò sempre mai colla più perfetta stima.

### N. 285

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Alumnos Collegii Vilmensis*

*Varsaviae, 15 VI 1776*

*Gratias agit pro epistula comitatis plena et alumnis diligentiam optat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 205r.*

A dì 15 Giugno 1776.

Alumnis Collegii Vilmensis, Vilnam.

Sera gratulatio, ut aiunt, reprehendi non solet; sed vobis etiam quaedam urbanitatis laus tribuenda est, quod idcirco serius ad me scripseritis<sup>1</sup>, ne locum iis qui dignitate antecellunt preriperetis. Itaque vestrum officium mihi fuit omni ex parte iucundissimum. Pergite vero ut soletis Religione, et bonis artibus ingenium atque animum excolere ut aliquando Catholicae Ecclesiae praesidio, et ornamento esse possitis. Ego quidem diligenter operam dabo ut Parentis benevolentiam vobis praestem, nihilique praetermittam quod ad V.ram utilitatem et commodum pertinere videatur. Interea vere et ex animo sum.

### N. 286

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Antoninum Młodowski*

*Varsaviae, 15 VI 1776*

*Gratias agit, quod se per epistulam salutavit, et affirmat se Ecclesiam graeco-catholicam adiuuare paratum esse.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 205r.*

A dì 15 Giugno 1776

Episcopo Brestensi in Lithuania Coadiutori Episcopi Vladimiriensi.

Magnam profecto habeo gratiam quod tum Dominatio V.ra Perillustrissima et Rev.ma tum clerus, populusque universus suae pastoralis curae concredictus de meo in Poloniam adventu adeo gratulentur et

---

<sup>1</sup> Cf. N. 237.

gaudeant<sup>1</sup>. Iam vero iam pridem erga omnem Ruthenam Ecclesiam ita sum animatus ut quantum in me est voluntatis et studii, quantum auctoritatis et gratiae, id totum pro istius Ecclae felicitate perlubenter impendam. Quare quotiescumque occasio tulerit ut aliquid ea de causa praestare possim ita laetabor, quasi singulare quoddam beneficium acceperim. Interea etc.

## N. 287

### *Ioannes Andreas Archetti ad Ludovicum*

*Varsaviae, 15 VI 1776*

*Nuntius misit fratrem capuccinum Varsavia in Conventum Vinnicensem, ubi commorari debet. Lex monasterialis neglegenda non est. Si ille iterum error fiat, poenis canonicis afficiendus est.*

*Or.: BUW, Bibliotheca Manuscriptorum, Rps. 30, p. 130-131. In angulo infero inscriptio nominis: Ad.m R.ndo Patri Ludovico Mnr Provincialis Capucinatorum Rosiampoli<sup>1</sup>.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 205r-v. Ascriptum: A di 15 Giugno 1776. Patri Ludovico<sup>2</sup> Capucino Ministro Provinciali.*

Admodum Rev.de Pater

Litteris Paternitatis V.rae datis die 5 currentis mensis Iunii<sup>3</sup> breviter quidem respondeo, est ita dilucide, ut Paternitas V.ra certo sciat quomodo gerere se debeant quoad P. Deocharum<sup>4</sup> istius Provinciae Religiosum. Post eius adventum Varsaviam cum nihil magis mihi cordi fuisset quam quod ad provinciam suam rediret, salvum conductum ei dedi ut ad Conventum Vinnicensem<sup>5</sup> se conferret, idque non absque scientia, et consilio guardiani huiusce Conventus Varsaviensis<sup>6</sup> peractum fuit. Is autem praedicti salvi conductus effectus esse debet, ut si ipse intra unius mensis spatium inibi constitutum dicti conventus Vinnicensis Superiori se sistat, et inibi comoretur molestari nequeat pro suo adventu Varsaviam, aliisque divagatio-

<sup>1</sup> Cf. N. 239.

<sup>1</sup> Uścitug.

<sup>2</sup> Ludovicus (Adalbertus Zaleski).

<sup>3</sup> Cf. N. 240.

<sup>4</sup> Deocharus vel Bogumilus (Iosephus Guzowski).

<sup>5</sup> Winnica, monasterium capucinatorum sub titulo Sanctissimae Mariae Virginis, cf. Litak, p. 413; Gadacz, t. 1, p. 237sqq.

<sup>6</sup> Varsavia, monasterium capucinatorum sub titulo Transfigurationis Domini, cf. Litak, p. 413; Gadacz, t. 1, p. 230sqq.

nibus hac occasione perractis. Deinceps vero non secus ac alii Religiosi eidem superiori ita subesse debet ut si in aliquo contra sui Instituti regulos peccaverit, praedictus solvus conductus impedimento non erit quominus iuxta sui Ordinis leges, et mores condignis poenis corrigatur, ac puniatur. Quod si eodem salvo conductu abutens ad Conventum Vinnicensem sibi assignatum intra praefinitum tempus conferre se negligat, et adhuc vagari pergat, tunc praeteriti errores reviviscunt, poenasque pro iis, et pro aliis superadditis culpis promeritas effugere non poterit. Interim Paternitati V.rae persuasum esse volo a me nil magis optari quam ut Regularium Institutorum [v] leges religiose observentur, et Apostolicam benignitatem quandoque exerceri ut errantes ad ovile reducuntur, non ut in errorum contumacia foveantur, et Paternitati V.rae fautissima omnia apprecatus a-singulari cum observantia<sup>a</sup> maneo.

Varsaviae, die 15 Iunii 1776.

Ad.m R.dae P.ti V.rae Officiosissimus ad omnia  
<sup>b</sup>G[iovanni] A[ndrea] Archiep[iscopos] Chalcedonen[sis]  
 N[untius] Ap[ostolicus]-<sup>b</sup>

<sup>a-a</sup>tantum in Reg.    <sup>b-b</sup>manu propria

## N. 288

### *Ioannes Andreas Archetti ad Michaellem Lipski*

Varsaviae, 15 VI 1776

*Nuntius laudat Lipsiorum familiam et rogat, ut illa conventiculo Vschoviensi operam det, ne protestans legatus creetur.*

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 205v-206v.

*Cop.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 19 f. 397r-v, 401r-v. Dispositio propria est epistularum nuntii, sed nomen eius subscriptum non est.

A dì 15 Giugno 1776.

Ignatio Lipski [sic!]<sup>1</sup>.

Cum non pridem<sup>a</sup> Varsaviam advenerim Nuntii Apostolici munere in hoc Regno functurus, <sup>b</sup>datum mihi adhuc non fuit cum Dominatione V.ra Ill.ma alloqui<sup>-b</sup>, egregiasque eius virtutes, et animi dotes coram agnoscere. Verum eadem qua iungimur Ecclesiastica vocatio, et Catholicae Religioni zelus, quo clarae memoriae Cardinalis Lipskius<sup>2</sup> efferbescebat<sup>c</sup> indubie

<sup>1</sup> Ignatius Lipski (1720-1792), venator Vschoviensis annis 1754-1792, habebat unum fratrem, Michaellem (obiit a. 1780). Epistula narrat de Ignatio ut si scripta fuit fratri suo, Michaeli.

<sup>2</sup> Ioannes Alexander Lipski (1690-1746), cardinalis inde ab anno 1737.

mihi spondent, fore ut Dominatio V.ra propriae vocationi, et adeo praeclari consanguinei vestigiis inhaerens quidquid Catholicae Religionis tutela expostulabit, aggredi non reformidet. Porro post tot, tantaque postremis, ac luctuosis hisce temporibus Religioni inflicta vulnera, magnum in praesentiarum<sup>d</sup> ei imminet periculum, quod Catholicorum, et praecipue Ecclesiasticorum omnium vigilantiam summopere debet excitare. Certus enim undique percrebuit rumor, ac <sup>e</sup>-certior quotidie invalet<sup>e</sup> quod in districtu Fraustadiensi<sup>3</sup>, ubi magnus est dissidentium numerus, unus saltem ex eorum coetu pro [206r] nuntio in proximis comitiis renuntiabitur. Quamvis autem Polonorum equitum pietate fretus mihi suadere haud possim, quod ipsi in summum religionis, quam una cum sanguinis nobilitate a parentibus acceperunt, et propriae conscientiae detrimentum libera eorum suffragia in haereticum <sup>f</sup>-quemcumque virtum<sup>f</sup> conferre velint, attamen timendum superest ne a maiore dissidentium numero eorum suffragia superentur. Quocirca nos, qui in sortem Domini vocati satagere debemus ne perniciosum hoc exemplum nostris temporibus primum invehatur, exindeque magna nomini nostro obveniat infamia, quasi desides permiserimus Catholicos in re tanti momenti haereticis favisse<sup>g</sup>, pro hoc advertendo Religionis discrimine, omnia ea remedia, quae <sup>h</sup>-Patriae leges permittunt relinquere non possumus intentata. Praeprimis itaque curandum esset<sup>h</sup>, ut omnes quot quot sunt Catholicae Religionis nobiles viri eiusdem districtus Fraustadiensis ad dietinas, quae inibi cogentur omnino se conferant. Verum quia eorum numerus fortasse inferior adhuc esset maiori haereticorum numero, hinc oporteret zelum, et Religionem excitare eorum nobilium virorum, qui nondum Fraustadiensis, sed aliorum quoque districtuum comitiolis interesse possunt, <sup>i</sup>-et alterum ex istis fortasse sibi essent selecturi ut pro hac eximia, et<sup>i</sup> singulari causa augendi Catholicorum suffragiorum numerum omni alio districtu posthabito ad Fraustadiensem districtum accedant<sup>i</sup>. Horum autem nobilium omnium is debet esse concors animus, et voluntas, ut non modo a conferendo eorum suffragio in haereticum abhorreant, sed quemadmodum dissidentes in unum solummodo collimabunt, ita etiam in binos Catholicos unanimiter convenient. Hunc vero opus est ut Dominationi V.rae Ill.mae cordis mei sensus aperiam, causamque patefaciam ob quam in partem meae sollicitudinis eam adurciscam. Decet enim ut res Ecclesiam respiciens<sup>k</sup> inter Ecclesiasticos pertractetur. A quam pluribus integrae fidei libenter accepi Ill.mum Dominum Ignatium Lipski Dominationis V.rae germanum fratrem pro sua prudentia, ac morum suavitate nonnullorum animos ita sibi devicisse et diffidere nequeat quin ipsi sua vota in eum sint collaturi. Dominationem autem V.ram non latet, quod idem suus germanus frater iure potest ad dietinas Fraustadienses accedere, eoque suorum amicorum

---

<sup>3</sup> Vschovia.

catervam adducere. Is itaque est, a quo prae caeteris Catholica religio solatium in hoc discrimine praestolatur<sup>l</sup>. Si enim amicis suis stipatus ad Fraustadiensem districtum se conferat, absque ullius iniuria, aut querela ob solam suffragiorum pluralitatem super Catholicos Nuntiorum electio cadat opor[206v]tet. <sup>m</sup>-Haud quidem vereri possum, ne idem<sup>m</sup> praestantissimus Dominationis V.rae Frater, amicorum suorum, aliorumque quamplurimum quos egomet ei conciliare non omittam suffragiis suffultus <sup>n</sup>-in nuntium sit electurus. Omnem namque in id impendam operam, et Dominationi V.rae aut hac esse possem quod penes eiusdem districtus Catholicos nullam difficultatem, aut oppositionem inveniet. Quin immo ut Dominationis V.rae prudentiae omnia pandam ei scitum quoque esse volo<sup>n</sup> serenissimo Regi nedum non ingratum, sed acceptissimum quoque fore, quod districtus Fraustadiensis nobiles in eiusdem personam convenient. Minus insuper mihi est pertimescendum quin Dominationis V.rae Frater omnem adhibiturus sit dexteritatem et industriam, ut eum ex eodem districtu habeat collegam, qui non modo Catholicus sit, sed pari integritate, et morum probitate sit praedictus, sibi que conveniens et aptus diiudicetur. <sup>o</sup>-Nil igitur deest quam quod<sup>o</sup> Dominatio V.ra Ill.ma animi sui vires exerat, fratrique suadeat, ut postposito omni alio districtu, ad quem forte ipse pergere mallet, cum amicis, ac sodalibus suis Fraustadium se conferat, ibique cum eorum suffragiis Catholicae Religioni opituletur. In eius enim potestate est Ecclesiae, et Patriae absque gravi incomodo praegrande beneficium exhibere, et sic Divinae benedictionis largitatem super universam familiam Lipskiam promereri. Si quae autem Ill.mo Fratri, quod nec suspicor hac super re occurrere poterit difficultas, Dominationem V.ram obtestor ut prudentia, et dexteritate <sup>p</sup>-sua eam amoveat, ac profliget. Quoad me Dominationis V.rae fidem spondeo quod tantum beneficium numquam mea memoria excidet, et quidquid Dominationi V.rae totiusque eius Familiae utile, et gratum esse poterit a me desiderari non patiar. Dum vero de responsione hisce meis litteris sum valde sollicitus Dominationi V.rae Ill.mae persuasum esse volo quod ei ex animo sum<sup>p</sup>.

<sup>a</sup>Cop.: multo antea <sup>b-b</sup>Cop.: mihi nondum licuit cum Dominatione V.ra Ill.ma colloqui <sup>c</sup>Cop.: flagrabat <sup>d</sup>Cop.: presens <sup>e-e</sup>Cop.: quotidie magis invalescit <sup>f-f</sup>Cop.: hominum <sup>g</sup>Cop.: faveant <sup>h-h</sup>Cop.: patriis legibus sunt consentanea adhibere omnino necesse est. In primis itaque curandum est <sup>i-i</sup>Cop.: atque ad isto accedere fortasse sibi iam proposuerunt, ut pro hac eximia, ac <sup>j</sup>Cop.: deligant <sup>k</sup>Cop.: respiciunt <sup>l</sup>Cop.: sibi pollicetur <sup>m-m</sup>Cop.: Equidem omnino eventurum puto ut idem <sup>n-n</sup>Cop.: in Fraustadiensi districtu nuntius eligatur. Ne vero quidquam Dominationem V.ram lateat fidem facere possum <sup>o-o</sup>Cop.: Reliquum est ut <sup>p-p</sup>Cop.: sua eam prorsus amoveat. Ad me vero quod attinet tantum profecto beneficium meo numquam animo excidet, et quidquid Dominationi V.rae, ac universae Familiae Lipskiae utile, et gratum esse poterit a me desiderari non patiar. Dum vero de responsione sum valde sollicitus Dominationi V.rae Ill.mae persuasum esse volo quod vere, et ex animo sim ut singulari cum observantia esse profiteor. Dominationis V.rae Ill.mae. Varsaviae die 17 Iunii 1776.

## N. 289

*Ioannes Dembowski ad Ioannem Andream Archetti**Camenece Podoliae, 15 VI 1776*

*Gratias agit, quod se per litteras de missionis initio certiozem fecit. Laetatur et operam sociam sperat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 23r. Supra adscriptum manu secretarii: Recepta die 25 Iunii 1776.*

Ill.me Excellentissime D.ne Patrone Observantissime

Functus munere Coadiutoris Camenecensis perquam grato animo excepi Literas Ill.mae Excell.mae Dominationis V.rae una cum Brevi Apostolico Auctoritatem Illius in hoc Regno denuntiantem<sup>1</sup>. Gratulor ex animo tum mihi, tum Universo Regno Nostro, quod post tam optimum, qualem universi experti sumus nuper nuncium, tam multis saeculis optandum nacti sumus Sedis Apostolicae Legatum. Quum meis tum inclitae huius, mihi ex integro a meo Ill.mo coadiuto, concreditae dioeceseos desideriiis, spero non defuturam Illius gratiam. Ad extremum rogo, obtestorque Ill.mam Excellentissimam Dominationem V.ram ut hunc mihi gratum animum praestare non dedignetur, quo me Eximius Illius Antecessor prosecutus est. Omnem in me promptitudinem reperiet, quam ex animo singularem conservare profiteor.

Illm.ae et Excell.mae Dominationis V.rae

<sup>a</sup>-addictissimus obligatissimus et obsequentissimus Servitor  
J[oannes] Dembowski<sup>2</sup>, Episcopus Coadiutor Camenecensis<sup>a</sup>

Camenece die 15 Iunii 1776.

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 290

*Silvester Ardecki ad Ioannem Andream Archetti**Bytenii, 16 VI 1776*

*Gratias nuntio agit, quod provinciae basilianorum Lithuaniae operam dedit. Cui provinciae terras quasdam Russia ademit.*

<sup>1</sup> Cf. N. 71.

<sup>2</sup> Ioannes Dembowski (1729-1809), inde ab anno 1775 coadiutor Camenecensis, inde ab anno 1798 epus dioecesis.

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 128 f. 37r-v. In 37v manu Archetti: Come non è mancato dalla mia premura e dall'opera mia che ho prestata per quanto mi è possibile, il bon successo dell'affare a lei noto, così non lascerò mai in ogni occasione etc.

Die 16 Iunii Anno 1776 Bytenii

Excell.mae Ill.mae et Rev.mae D.ne Protector Singularissime

A Monasteriorum, quae in potestatem Moschoviticam nuper devenere, canonica visitatione, redux in Lituaniam factus, dum ex literis P. Procuratoris Varsaviensis<sup>1</sup> accipio, Eminentiam V.ram Ill.mam et Rev.mam primus Suae Apostolicae legationis fructus, in rem, durissimis vexatae malis Provinciae meae, redundare voluisse; tanta perfundor voluptate, ut quidquid molestiae toto Provincialatus mei, iam nunc ad finem vergentis, tempore, exhauserim, hoc laetissimo nuntio satis esse compensatum existimem. Quam ob rem ad officium meum pertinere arbitror, de tanto, tamque benevolo, caelitus vere submisso propugnatore ac [37v] patrono, Provinciae meae gratulari: ipsi vero Eminentiae V.rae gratias agere, habereque immortales, quod, quam omnibus adversae fortunae procellis iactari cognovit, summa benignitate in certum, tutissimumque patrocini supportum receptam esse voluit. Cui quidem validissimo Patrocinio etiam atque etiam eandem commendo, manens in devotissimo Sacrae Suae Dexteræ osculo.

Eminentiae V.rae Ill.mae et Rev.mae

<sup>a</sup>-Servus humillimus et Exorator

Silvester Artecki<sup>2</sup> <sup>b</sup>-OSBM-<sup>b</sup> Provincialis Lituaniae-<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>manu propria    <sup>b-b</sup>Ordo Sancti Basilii Magni

## N. 291

*Ioannes Odyński ad Ioannem Andream Archetti*

Garbovici, 16 VI 1776

*Docet de causa capucini Bogumili, qui nunc in sua parochia manet.*

*Autogr.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 93r-94r. *Ascriptum:* Ric. 18 Iunii 1776.

<sup>1</sup> Hilarion Komarnicki, procurator Varsaviensis basilianorum inde ab anno 1772. Cf. Welykyj, *Litterae* V, p. 184.

<sup>2</sup> Silvester Artecki, provincialis provinciae Lithuaniae basilianorum annis 1772-1776.

Ill.me Excellentissime D.ne.

Conscientioso expono subsequencia.

Vir mihi abante non aliter notus nisi ex publica fama, quam sermonibus sacris ex pulpito Varsaviensi multos per annos comparatum fundebat per totam fere Poloniam, vir habitu multus<sup>a</sup> et eo ipso minime a me cognitus, vir qui antea Capucinatorum portabat, nunc saeculari seu (ut aiunt) l'abbe<sup>a</sup> veste indutus, vir non secus quam ad tribunal sacrum mihi communicatus. Vir hic nomine religioso Deocharus<sup>1</sup>.

Convictus in sua ratione et conscientia (pro ut iure iurando asserit) extitit adhuc a mense Februario quod in religione Capucinatorum ultra manere nequeat quiete et utiliter. Proinde ad sacram Nuntiaturam supplicavit per quatuor epistolas, quatenus concedatur sibi aditus Varsaviam, ut ibi per hancce Nuntiaturam possit sibi procurare dimissionem e religione. Accessit protectorum et consanguineorum suorum votum ut e religione exeat in episcopum, dum nullum a S. Nuntiatura ut optaverat accepit resolutionem, resoluit se contradicente ac eo ipso offensa superiorum suorum potestate Varsaviam pergere et suum negotium promovere. Verum cum (ut protestatur) praeter<sup>a</sup> suum bonum nomen et famam praeter<sup>a</sup> merito labore concionatorio [93v] in ecclesia comparata, praedictus in stantias omnium fere magnatum praeter<sup>a</sup> ipsiusmet Serenissimi Regi protectione minime apud S. Nuntiaturam fuerit respectus, imo ob aliquem defectum, ipsi soli melius, et nulli plus, quam etiam S. Nuntiaturae notum, obiectus et elusus extiterit, omninoque compulsus ut redeat ad aliquod Capucinatorum claustrum, et permaneat in religione, quamvis iniectus<sup>a</sup>. Ad haec omnia desolatus desperabundus, et ut prospicit<sup>a</sup> vix vixque<sup>b</sup> recepit se hinc a me ad certum locum, ubi abiecto religiosi habitu, plenus extremis resolutiones nisi sola sustinente forti Dei Gratia, et aliquibus adhuc stimulis in conventu delitescit.

Excellentissime D.ne,

Agitur de homine fatuo: patet ex allatis ipsum religiosum amplius impossibile. Cuius enim vero exsulei ex religioni esset frugi. Omnini procurandae est ipsu quanto eius demissi. Transmittendum est mediate ad manus meus Instrumentum ipsum in hoc iam statu ad quem se reduxit pretens ne ulteriorius labatur. Ego propter amorem Dei et proximi paratus sum in domo mea et apud meam ecclesiam, sub secreto omnino necessario sustinere, donec solvat per ecclesiam a vinculo religionis, ne scius pereat. Vir iste fuit, et poterit esse utilis ecclesiae, cum sit perapto dono concionandi praeditus. Non est reliquendus [94r] consolandus est et sublevandus, ne currente ipso anno gratie, ipse succumbat in disgratia.

---

<sup>1</sup> Deocharus vel Bogumilus (Iosephus Guzowski).

Quantum per animam meam iudicio, insto pro viro isto, agitur enim inter alia, etiam de anima ipsius. Haec fideliter et humiliter expono, ac immediatam per postam Lublinum directam cum hic prope maneam, expectans resolutionem, omni demissione subserviter.

Ill.mae Excell.mae D.ni V.rae

Infimus Servus

Ioannes Odynski Dr. S. Th. Ecclesiae Garbovicensis Praepositus

Adperiat hic ipso quest suam expositionem pro qua resolutionem ad me dirigi expostulat.

Datt. in Garbov<sup>2</sup> prope Lublinum anno 1776 die 16 Iunii

<sup>a</sup>transcriptio incerta <sup>b</sup>verbum illegibile, textus integer non est <sup>a</sup>linea subducta notatum

## N. 292

### *Deocharus ad Ioannem Andream Archetti*

Garbovici, 16 VI 1776

*Deocharus (Bogumilus) dixit se ab Ioanne Odyński, parochi in Garbów, hospitio acceptum esse. In conventum redire non potest. Sacramenta episcopalia non appetet. Rogat, ut in numero sacerdotum dioecesanorum habeatur.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 90r-91r. Ascriptum: Recep. 19 Iunii 1776.*

Excellentissime Ill.me Rev.me D.ne Nuncie Apostolice D.ne Protector Clementissime

Quod olim David de se dixerat, id mihi modo semel proponendum venit: <sup>a</sup>-Ad nihilum redactus sum et nescivi<sup>a</sup>.

Cum negotium meum satis satisque notum Excellentiae V.rae, ita infeliciter cesserit ut nihil sperandum mihi superest, nisi opprobrium et confusio. Cum occubuerim spe fama et vita politica, et quidem in ipso sinu Ecclesiae ad quam confugi, et quam apud nos representat<sup>a</sup> S. Nuntiatura, cum instrumento protegente me pro sola via, missus sum ad conventum Vinnicensem<sup>1</sup>. Cum haec omnia serius confideraverim et putenter me

<sup>2</sup> Garbów, decanatus Casimiria Inferior ad Vistulam flumen, cf. Litak, p. 255; cf. SGKP II, p. 484.

<sup>1</sup> Winnica.

expositum, ultime perditionis cognoverim, iure naturae evitando, talia mala, fateor (non aliter tamen, nisi sub sigillo sancti secreti) iactus dolore ut fere desperatione, abiecto habitu et barba Capucina indui vestem ecclesiastico-saecularem. Sicque debeo deliterere res occulte in patria vel quod certius, deserere charam Patriam, et aliquammodo prospicere nescio adhuc quo modo ulteriori vitae, <sup>a</sup>“Ecce ad haec redactus sum”<sup>a</sup>.

Quantum adhuc habere possum fidei et spei in Ecclesiam tamquam filius ad matrem facio recursum. Redire iam ego ad religionem non possum, nec manere in aliquo claustrum quomodo enim ibi vivere nisi mihi ipsi [90v] et religioni gravis, desolatus desperatus et mortificatus, quid omnia iura reclamant, et canones, nec Iesus Christus, nec Eius Evangelium, nec Ecclesia, sub tanto detrimento filios suos ad aliquid obligat. Heroismi autem si sunt suadendi, non tamen exigendi.

Transmitto Excellentiae V.rae epistolam a senatoribus Polonis pro me scriptam ad Beatissimum Patrem in ordine ad Episcopatum, et transactionem in castrum Varsoviensi<sup>a</sup> a cognatu meo factam pro subsistentia<sup>a</sup>. Ex his poterit Excellentia V.ra colligere, quod multo tempore, studui mihi procurare et bonum nomen, et in mutato statu possum subsistere.

Non est mihi modo ambiendum de episcopatu, ideo hae transactiones non sunt missae Romam, ad quas etiam accessit<sup>a</sup> Regis recomandatio, ne tam sublimia nomina et protectiones inaniter exponant, sic mihi obstantem pro nunc S. Nuntiatura. Sed humiliato corde et animo rogo Ecclesiam, ne me dimittat vagari et vivere sine lege et sine Ecclesia. Currit annus tam diu expectatus Iubilaei, in quo Deo et Ecclesiae reconcilianitur populi. Non ego solus alienor, et ab hoc anno sancto, cogar inchoare annos infaustos, cuius initia, per missionem actam in arcem Cracoviensem ambiente Cathedrali consecravi.

Protestor quod fideliter servire volo Deo et Ecclesiae, quam [91r] mihi possibile [...]<sup>b</sup>, solummodo dignetur me S. Mater Ecclesia in hoc meo statu respicere, et salvare, atque ad vitam quietiorem reducere, solvere de vinculo religionis, et pro seculari sacerdote dispensare.

Nactus sum hic [...]<sup>c</sup> Lublinum virum sanctitate et prudentia percelebrem R.D. Odyński praepositum in Garbow<sup>2</sup>, cui me totaliter confidi, per eum hanc meam facio expeditionem, per eumque expecto hinc more resolutionem Lublini.

Hoc adhuc Excellentiae V.rae fideliter et coram Deo significare, idque sub secreto iure naturae debito volo: quid de hoc mei tam clandestine immutato statu nullus hominum sciat, ideo supplico per Deum, ut me sine prostitutione dignetur suo modo, adiuvare, protegere, et salvare. [...]<sup>c</sup> animam Excellentiae V.rae pono animam, famam, et vitam meam.

---

<sup>2</sup> Garbów.

Epistolam ad transactionem uti per R.D. Odyński transmittito, ita supplico retromitti.

Indignus Servus  
I[osephus] Deocharus C[apucinus]

Datt. 16 Iunii 1776.

<sup>a</sup>transcriptio incerta    <sup>b</sup>textus integer non est    <sup>c</sup>verbum illegibile    <sup>a-a</sup>verba linea subducta

## N. 293

### *Ioannes Andreas Archetti ad Romualdum*

*Varsaviae, 16 VI 1776*

*Tractat res ad missionem Russicam pertinentes, de quibus per litteras certior factus est.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 206v-207r.*

A dì 16 Giugno 1776.

Admodum Rev.do Patri Romualdo<sup>1</sup> Missioni Apostolicae Praefecto (Moscoviam).

Cum Berytensi Archiepiscopo duobus ferme abhinc mensibus in huius Apostolicae legationis munere successerim, postremis Dominationis V.rae litteris datis die 7 Aprilis, ac die 14 Iunii acceptis statim respondeo<sup>2</sup>. Ad instructiones quod attinet cum Pater Euthymius<sup>3</sup> ex 18 Aprilis scribat se eas misisse; procul dubio in Dominationis V.rae manus iam pervenisse arbitror. Sacra vero olea, quorum summa necessitas est in istis missionibus, nulla breviori via in praesens haberi possunt quam ab Ill.mo Episcopo Mallensi<sup>4</sup>. Itaque ad eum scribat oportet, eumque etiam meo nomine obtestetur ut statim submittat. Caeterum cum nihil malim quam huiusmodi missionum prosperi[207r]tati consulere Dominatio V.ra rem mihi gratissimam fecerit si quotiescumque ferat occasio mea opera quam liberrime utatur. Interea vere, et ex animo sum.

<sup>1</sup> Romualdus Pontensis OFMCap.

<sup>2</sup> Cf. P. Romualdus ad Iosephum Garampi, Moscuæ, 7 IV 1776, AV, Arch. Nunz. Varsavia 105 f. 80r. Qua fuit epistula, praeter cetera continens gratias pro missa bulla Pii VI de anno iubilai et epistolam Garampii ad monachis tractantem de eodem iubilaio. Cf. Epistola Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi Domini Nuntii Apostolici ad Superiores Provinciarum, Congregationum, Monasteriorum & Conventuum Ordinum Regularium in Regno Poloniae & Magno Ducatu Lithuaniae existentium (Martius 1776). [*Incipit*: Mitto ad ... Paternitatem Vestram exemplar Bullae Iubilaei...], AV, Arch. Nunz. Varsavia 105 f. 3r-v [impressa].

<sup>3</sup> Euthymius Müller.

<sup>4</sup> Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz.

## N. 294

***Ioannes Andreas Archetti ad Euthymium Müller****Varsaviae, 16 VI 1776*

*Respondet ad epistulam, qua sermo erat de missionariis, qui Rigam et Petropolim missi sunt.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 207r.*

A dì 16 Giugno 1776.

Admodum Rev.do Patri Euthymio Muller<sup>1</sup> Missionis Apostolicae Superiori (Petropolim).

Cum duobus ferme abhinc mensibus Archiepiscopo Berytensi in huius Aplicae legationis munere succerrem, litteras Paternitati V.rae die 18 Aprilis Petropoli datas 14 Iunii die accepi<sup>2</sup>. Atque ut voluntatis suae obsequar statim scribo ad Superiorem Rigensis Missionis<sup>3</sup> ut mihi referat an Pater Marcellinus<sup>4</sup>, vel Pater Ioannes Nepomucenus<sup>5</sup> Petropolim absque illius Missionis detrimento proficisci valeant. Si qua alia in re isti Petropolitanae missioni opitulari possum Paternitas V.ra me certiore quam primum faciat. Interea vere, et ex animo esse profiteor.

## N. 295

***Ioannes Andreas Archetti ad Andream Pozorski****Varsaviae, 16 VI 1776*

*Tractat de missionariis, qui Rigam et Petropolim mittentur.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 207r.*

A dì 16 Giugno 1776.

Admodum Rev.do Patri Andrea Botoski<sup>1</sup> Missionis Apostolicae Superiori (Rigam).

Cum Pater Euthymius<sup>2</sup> Petropolitanae Missionis Superior a me petierit ut Patrem Ioannem Nepomucenum<sup>3</sup> ab Antecessore meo Archiepiscopo

---

<sup>1</sup> Euthymius Müller.

<sup>2</sup> Cf. N. 144.

<sup>3</sup> Andreas Pozorski.

<sup>4</sup> Marcellinus Miltztrey.

<sup>5</sup> Ioannes Nepomucenus Gindl.

<sup>1</sup> Andreas Pozorski.

<sup>2</sup> Euthymius Müller.

<sup>3</sup> Ioannes Nepomucenus Gindl.

Berytensi Petropolim missium, et adhuc Rigae commorantem, vel Patrem Marcellinum<sup>4</sup> ad eum mittam pro suae Missionis adiumento eo conferre se valeat. Illa enim missio alio operario qui linguam Polonicam calleat carere diutivo nequit. Haec in praesens habui quae ad Dominationem V.ram scriberem. Interea ex animo sum.

## N. 296

### *Ioannes Andreas Archetti ad Maximum*

*Varsaviae, 17 VI 1776*

*Nuntius non habet facultates dispensandi super primo gradu consanguinitatis. Non potest igitur parochianis morem gerere. Monet, ne casus, de quo mentio facta est, nimis indulgenter iudicetur.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 207r.*

A dì 17 Giugno 1776.

Rev.do Patri Maximo Capuccino, Vetero [Constantinoviensi]

Quae mihi a Summo Pontifice pro dispensandis matrimoniorum impedimentis impartitae sunt facultates ad ea, quae ex tertio vel quarto consanguinitatis, aut affinitatis gradu procedunt, solummodo extenduntur. Quocirca ab impedimento illo primi gradus procedunt, solummodo extenduntur. Quocirca ab impedimento illo primi gradus affinitatis, quod Paternitas V.ra in suis litteris diei 1 currentis mensis Iunii exposuit<sup>1</sup>, datum mihi non est dispensare, sed opus est Sacrae Poenitentiariae supplicem libellum exhibere. Interim vero non possum Paternitatem V.ram non monere, impedimentum istud occultum dici non posse, cum latere nequeat quod Livia germana sit soror Bertae defunctae coniugis. Caveat igitur Paternitas V.ra ne in re tanti momenti error forte aliquis irrepit, et interim etc.

## N. 297

### *Constantinus ad Ioannem Andream Archetti*

*Szumsko<sup>1</sup>, 18 VI 1776*

*Cum in monasterio male tractatus esset, rogat, ut in numero sacerdotum dioecesanorum sibi esse liceat.*

---

<sup>4</sup> Marcellinus Miltztrey.

<sup>1</sup> Cf. N. 235.

<sup>1</sup> Szumsko, cf. SGKP XII, p. 48.

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 129 f. 46r-v. Ascriptum supra in 46r: recepta die 25 Iunii 1776. In eadem pagina infera: Ad Conventum Sendciszeviensem<sup>2</sup>, rogo per gratia [...]a.*

LJC

Illustrissime ac Excellentissime D.ne Protector noster Singularissime

Summe et maxime extremis angustiis pressus appellationem praesentem, quam indignus facio, ad pedes Ill.mae ac Excell.mae Dominationis V.rae me proicio, misericordiam humillime exposco, et salutem animae meae. Moderna petitio et informatio augebit argumentum miserendi et salvandi me. Primo. Ex obedientia superioris mei localis missus fui cum socio ad obsequia ecclesiastica fratris mei germani, propter lutosam viam, et varia incommoda, quae mihi in via acciderint, tempestive ad conventum non comparui, eleemosynam quantum potui congregavi, et tuli secum. In absentia mea, fuit visitatio canonica per Ministrum Provinciale<sup>3</sup>, ad quam nullatenus potui tempestive pervenire. Tandem in absentia mei composuerunt contra me fabulas varias coram Provinciali, qui formavit Decretum contra me, ut per sex annos, post portam pedem movere valeam, etiam in extrema necessitate, penes, nec ullum poculum vini, cremati, mulsi, mihi daretur, et alias mortificationes innumerabiles quas passus sum, taedium scribendi narrat historia, nec filora sufficeret et quoniam ex narratione scandalum sumeret Illustrissima ac Excellentissima Dominatio V.ra. Professionem meam quam feci coactus, ad nihilo, et invalidam facio, quoniam nullam emisi, fui ad Professionem faciendam a PP. Capucinis coactus, volui de hac Religione scandalosa omnino exire duabus vicibus ad Patres Bernardinos, sed quoniam mihi perceperunt salvum conductum, et inhumaniter incarcerarunt ad medium annum, in pane et aqua vitam ducere debui, et exinde infirmitatem contraxi letalem, vix non mortuus fui aliquoties. In hac Sacra Religione, nulla salus moderno tempore, sed suplicium aeternum expectat, adeoque Vulneribus Christi Sacris suspendo meam iniuriam, et salutarem absolutionem ab apostasia, suspensione, Illustrissimam ac Excellentissimam [46v] Dominationem V.ram humiliter peto, ac celebrandi Missam, et audiendi confessiones exposco. Nam in praesenti Religione volo manere negative, quoniam nulla salus in hac Religione, sed paena aeterna manet, aperio meam intentionem, quod penes vitam meam exiguam et annos decrepitos. Volo, intendo, mutare statum religiosum et esse sacerdos saecularis, ac salvus esse in aeternum, quam

---

<sup>2</sup> Sędziszów, in dioecesi Cracoviensi, monasterium capuccinorum provinciae Polonae SS. Adalberti et Stanislai episcoporum martyrum. Cf. Litak, p. 413; Gadacz, t. 1, p. 212sqq.

<sup>3</sup> Ludovicus (Adalbertus Zaleski).

dispensationem humiliter rogo, ut obtinere valeam, in recompensationem ad aram Dei memor semper exsisto, manens.

Fr[at(er)] Constantinus Capucinus Indignus

Datt. in villa Szumsko, 18 Iunii 1776.

<sup>a</sup>*verba illegibilia*

## N. 298

### *Ioannes Lubiński ad Ioannem Andream Archetti*

*Vinnicae, 19 VI 1776*

*Missus est, ut de vi a sacerdotibus unitis facta quaereret. Superiores suos certiores faciet de eis, quae inveniet.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 48r. Ascriptum: recepta die 1 Iulii 1776.*

Excellentissime Ill.me Rev.me D.ne D.ne Clementissime.

Recognoscenti mihi Vicariam Sanctae Sedis Apostolicae Autoritatem in Persona Excell.mae Ill.mae et Rev.mae Dominationis V.rae nihil felicius obvenire potuit, quam ubi salutationis tantae Autoritatis venerabundus ausim exequi officium; eo vero magis accrescere video hanc felicitatem meam, quum Excellentia V.ra Ill.ma et Rev.ma abiectissimam alioquin personam meam non dedignatur praevenire gratiosissimis Literis Suis, et vocare ad illa obsequia, quae in hac plaga vi et actu inimicorum Sanctae Fidei perturbatione plena pro tenuitate virium mearum Excellentissimo et Rev.mo Domino Antecessori Suo, meoque et totius Cleri Rutheni Protectori faventissimo, nuper praestiteram. Hinc etiam quantum ex me erit, nec viribus meis, nec ulli labori parcendum me coram Excellentia V.ra Ill.ma et Rev.ma palam profiteor, quin ea omnia et singula, quaecumque tum exequenda Mandata Excellentiae V.rae Ill.mae et Rev.mae tum vocationem meam respiciunt, libenter fideliterque studeam adimplere.

Praesenti septimana accepi specialem dispositionem Illustrissimi Domini Coadiutoris et Administratoris Metropolitan<sup>1</sup>, Pastoris mei, quatenus ex mente Excellentissimi et Rev.mi Domini Cancellarii Regni conferam me ad Tractum Humanensem pro cognitionem causae seu verius funestissimi ac infaustissimi Sanctae Unioni casus, quo impingitur nonnullis miseris presbyteris unitis nota et occasio mortis, antesignano nonnitorum per eosdem causatae: eapropter, capto prius consilio super hac re DD Lewinski<sup>2</sup> Leopoliensis hisce Officialium, incunctanter pro-

<sup>1</sup> Ludovicus Leo Szeptycki.

<sup>2</sup> Stephanus Lewiński.

grediendum mihi constitui in illum Tractum Humanensem. Quidquid autem geram, aut qualem non solum in eodem sed etiam in toto negotio sperabo eventum illico referam Excellentiae V.rae Ill.mae et Rev.mae, ac interim provolutus ad plantas, maneo cum profundissima veneratione.

Excell.mae Ill.mae et Rev.mae Dominationis V.rae

Infimus servus

I.[oannes] Lubinski Off.[icialis] Bracl.[aviensis] mpp

Vinnicae 19 Iunii 1776.

### N. 299

#### ***Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini***

[Varsaviae, 19 VI 1776]<sup>1</sup>

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 19 VI (N. 307-309) Romae confectum.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 335r.*

### N. 300

#### ***Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini***

Varsaviae, 19 VI 1776

*Gratias agit pro benevolentia Patris Sancti et secretarii status, quam aperuerunt in prima epistula, quae ad eum nuntium creatum missa est. Regem certiore faciet papam ei confidere. Optimi cardinales creati sunt. Nuntius cancellarium magnum Regni, episcopum Posnaniensem, morbo affectum visitavit. Valetudine iam utitur meliore, sed de rebus civitatis cum eo colloqui nondum potuit. Plocia Varsaviam venit epus Poniatowski, animarum pastor optimus. Multi episcopi vituperandi potius quam laudandi sunt, sed ante comitia nuntius favorem eorum capere debet.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 338r-339v.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 19r-20r.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 25v-26v.*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

Eminentissimo etc.

Mi è pervenuto il veneratissimo dispaccio di V.ra Eminenza dei 25 Maggio<sup>1</sup> che è il primo a me indirizzato, poiché corrisponde alla mia prima lettera, che subito giunto in Varsavia ebbi l'onore di umiliarle. Al benignissimo animo di Sua Santità ed alla particolare affezione di V.ra Eminenza verso di me attribuisco il compatimento accordato alla prima mia relazione, e lo tengo, dapoiché conosco di non meritarlo, per un nuovo stimolo dato al mio bon volere, con cui unicamente mi sforzo a supplire a miei scarsi talenti.

Rappresenterò alla Maestà del Re quanto la sua dichiarazione di chiamarmi a parte de' consigli suoi negli affari ecclesiastici sia stata gradita dal Santo Padre, e con tutta la forza promoverò il riflesso del grandissimo torto, che farebbesi alle rette intenzioni di Sua Beatitudine, amorosissimo Padre commune, qualora sì bella fiducia per le reali promesse con tanto piacere da lui concepita, venisse poi con altrettanto suo grave ed insaspettato rammarico defraudata in minima parte.

La notizia che V.ra Eminenza si degna avvanzarmi toccante i novi Cardinali, che Sua Santità [338v] ha pubblicati e rispettivamente creati nel Concistoro dei 20 dello scorso, mentre mi riempie di allegrezza, mi dimostra altresì quanto degna scelta abbia fatta il Santo Padre, e quanto giusto motivo abbia il Sacro Collegio di godere pel nuovo acquisto di sogetti sì ragguardevoli, che con lode, e frutto anno sostenuto le apostoliche legazioni.

Ier l'altro mi portai a qualche distanza di Varsavia per far visita a Mons. Vescovo di Posnania Gran Cancelliere, della di cui salute avevo avuti migliori riscontri. Lo trovai infatti alzato dal letto e di buon aspetto, ma non potei parlargli di affari, si perché egli si scusò di non essere ancora in istato di ciò fare, si perché fu sempre occupato da nuove visite. Il suo male per quello mi ha detto il medico, è stato di replicati accessi di febbre accompagnata da intenso dolor di capo, che temevasi si mettesse in terzana doppia. Presentemente è libero dall'una e dall'altro, ma non fa sperare di ritornar per questo in città e ripigliare le incombenze del suo ministero se non passati ancora dieci o quindici giorni. Io penso di condurmi nuovamente al suo ritiro in questa medesima settimana. Del resto non è mancato chi abbia divulgata come disperata la di lui salute<sup>a</sup>, le notizie peraltro che [339r] io avevo non mi facevano credere punto pericoloso il suo incomodo come in effetti si è veduto.

Ne' passati giorni ritornò qui da Płock Mons. Vescovo di detta città<sup>2</sup>, fratello della Maestà Sua. Egli vi si era portato per far l'apertura solenne

---

<sup>1</sup> N. 206-208.

<sup>2</sup> Michaël Georgius Poniatowski.

del S. Giubileo, dopo la quale egli stesso con tutto il Capitolo e gran parte degli abitanti, e numeroso popolo colà concorso persino dai più lontani distretti della sua diocesi incominciò a far le visite delle chiese desitinate per guadagnare la preziosa indulgenza. Io non lasciai di scrivergli subito una lettera per dimostrargli il contento che mi recava il sentirlo faticare con zelo nella sua vigna, e di edificar coll'eseempio il suo gregge; e non ometto attenzione per guadagnar mi la sua amicizia e confidenza, ravvisando in lui qualità tali da ritrarne gran bene non solo per la sua diocesi, ma ancora a pro di tutto questo Regno. Così avessi consimili motivi di consolazione per parte di alcuni altri di questi Vescovi, la condotta de' quali non posso approvare, ma mi ritiene in oggi dal palesar loro i miei sentimenti la circostanza della prossima dieta, in vista della quale ho prima bisogno di cattivarmi la lor benevolenza per poi, all'occasione che essi [339v] tutti sono per venire alla dieta, eccittar con frutto il loro zelo all'adempimento de' pastorali doveri.

Trasmetto a V.ra Eminenza copia dell'assegnazione fatta dalla Commissione del Tesoro della Corona al Gran Priore e Commendatori di Malta del novo Priorato eretto co' beni della Ordinazia d'Ostrog<sup>3</sup>. Mi lusingo che questo foglio chiuderà la serie di quelli che a V.ra Eminenza di mano in mano sono stati trasmessi su questo affare, e col più profondo rispetto passo a dichiararmi. Varsavia, 19 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>-Umilissimo etc.

G.[iovanni] A.[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>b</sup>

<sup>a</sup>Reg. addit: e molti discorsi, e maneggi si son fatti per succedergli nel posto importante ch'egli occupa in questo Regno <sup>b-b</sup>manu propria

## N. 301

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 19 VI 1776*

*Causa eorum, quae in Humana facta erant, fuit caedes sacerdotis uniti, quam orthodoxi admiserunt. Qua de re quaerunt potestates ecclesiasticae, nuntius operam dat, ut commissio his rebus cognoscendis rite constituatur.*

---

<sup>3</sup> Cf. adiunctum: Traduction de l'Assignation emanée de la Commission du Tresor de la Couronne, et tiré du Protocol Economique de la dite Commission, 10 VI 1776. [*Incipit*: Fait à Varsovie dans le palais de la Republique dit de Krasinski...]. Cop.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 340r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 20r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 26v.

*Or.:* AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 342r-v.

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 20r-v. *Praescriptio:* Risposta a parte.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 26r-v. *Praescriptio:* Lettera a parte.

Eminentissimo etc.

Rendo consapevole l'Eminentissimo Sig. Card. Prefetto di Propaganda con l'annessa lettera e fogli inserti<sup>1</sup>, in primo luogo, che sicuramente la podestà ecclesiastica procede per il sinistro fatto di Human; in secondo poi, che gl'avversari anno voluto ben presto superare l'eccesso, al quale i nostri uniti gravemente provocati si son lasciati trasportare in Human con un più barbaro omicidio commesso in Bereziantka<sup>2</sup> li 18 Aprile scorso da un prete scismatico in persona di vecchio parochio unito, come V.ra Eminenza rileverà dal compiegato foglio, che è lo stesso da me inviato al Sig. Card. Castelli. Domenica ne feci subito parola con Sua Maestà, perché ne passasse le più forti e clamorose doglianze coll'Ambasciator Russo, e facesse immantinente procedere contro de' rei. Sua Maestà non era per anche stata informata del fatto a motivo forse dell'assenza ed indisposizione di Mons. Gran Cancelliere. Per una parte, la necessità di metter freno ad inconvenienti sì frequenti e sì gravi, per l'altra il timore che la nota commissione non porti pregiudizio irrep[arabile] allo stato in cui trovavasi la S. Unione prima delle passate turbolenze, mi tengono in grandissima agitazione. Mons. Ghigiotti mi ha promesso che sarà ingiunto a Mons. Gran Cancelliere di non far passo rispetto all'accennata commissione senza rendermene prima inteso. Se ciò verrà praticato, io procurerò di trarne tutto il vantaggio possibile. Ed infine con tutto il rispetto mi rinnovo. Varsavia, 19 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G.[iovanni] A.[ndrea] Arcivescvo di Calcedone<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

---

<sup>1</sup> Adiuncta: [1] Traductio litterarum Ill.mi D.ni Szeptycki Coadiutoris, et Administratoris Metropolitae ad Excell.mum D.num Młodziejowski Episcopum Posnaniensem Supremum Regni Cancellarium, Leopoli, 5 VI 1776. [*Incipit:* Excell.me D.ne. Ut primum horribilis illa in Human...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 343r-v; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 20v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 27r-v. [2] Traductio excerpti ex litteris R. Prymowicz officiali Kioviensis ad Ill.mum D.num Szeptycki Coadiutorem Metrop. Episcopum Leopoliensem, Miniszki, 25 V 1776. [*Incipit:* Die Iovis immediato post Pascha, scilicet die 18 Aprilis non unitur presbyter cognomine Woskuła in villa Berezianka dicta, decanatu Bohuslaviensi, occidit parochum loci unitum, Rev.mum Krzyżanowski...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 344r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 21r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 27v.

<sup>2</sup> Berezianka, cf. SGKP I, p. 141.

## N. 302

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opatium Pallavicini**Varsaviae, 19 VI 1776*

*Russia nuntiavit Polonos in legatis creandis liberos esse, sed exercitus Russicus in Poloniam intrat. Legatus Russicus dicit factionis regiae culpa id fieri. Russia vi Poloniam regit. Fieri potest, ut protestans legatus creetur.*

**Or. decrif.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 336r-337r.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 21r-v. Praescriptio: In numeri.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 27v-28r. Praescriptio: In numeri.*

**Cop.:** *BOss. 6846, p. 193-194.*

Di Varsavia. Da Mons. Nunzio Archetti, 19 Giugno 1776.

Non ostanti le dichiarazioni, fatte in voce dall'Ambasciator di Russia<sup>a</sup>, che si sarebbe lasciata tutta la libertà alle dietine, si videro nei scorsi giorni passar alcune nuove bande di Russi per Varsavia e prender quartiere nel vicino villaggio di Praga<sup>1</sup>. Dicesi che sta pronto per entrare nella Lituania un altro corpo di truppe di quella nazione, e che a certe tali dietine assisteranno uffiziali Moscoviti, cosa che non fu fatta all'occasione dell'ultima dieta<sup>2</sup>, da cui si vedeva la rattifica del partaggio. Ecco come vanno a finire le soprariferite dichiarazioni. Non è punto da meravigliarsene, bensì io non comprendo come l'Ambasciator di Moscovia<sup>b</sup>, secondo quello che molti assicurano, siasi, non è [336v] gran tempo spiegato, che era disposto a dare tali dichiarazioni anche in iscritto, il che poi non avendo fatto, viene ciò attribuito all'esservicisi opposto il partito regio. La Corte di Pietroburgo non ha bisogno di usar riguardi; ha in mano la forza per comandare alla nazione e col minacciare solamente, o di por sequestri ai beni, o di inviar le sue truppe a vivere a discrezione sopra di quelli è sicura di essere ubbidita. Per qual ragione adunque rifondere apertamente tutta l'odiosità del potere, che essa adopera nel Re, che ha sì gran bisogno di conciliarsi gli animi; perché così alienarli sempre più da lui e in conseguenza mettere impedimento a quella tranquillità, che la Russia dimostra di procurare. Un tal contegno può quasi sembrar diretto a pro[337r]fittar novamente, di concerto colle altre vicine potenze, delle discordie della Polonia. Le dietine più guardate dai Russi saranno quelle di Lituania. Quanto alla dietina di Fraustad<sup>3</sup> nella Gran Polonia<sup>4</sup>, non dirò che la Corte si sia compromessa

<sup>1</sup> Praga prope Varsaviam sita, cf. SGKP IX, p. 12sqq.

<sup>2</sup> 19 IV 1773-11 IV 1775.

<sup>3</sup> Vschovia.

<sup>4</sup> Polonia Maior.

coll'Ambasciatore per l'elezione di un nunzio dissidente, ma certamente si è obbligata a non procurare in qualsivoglia modo il contrario. Ho avuta, pochi giorni sono, occasione di toccar ciò con mano. Nondimeno di quel poco che ho potuto fare e faccio, V.ra Eminenza ne sarà ben presto da me distintamente ragguagliata. Maggiore peraltro è il timore che la speranza di buon successo.

<sup>a</sup>Reg.: Moscovia    <sup>b</sup>Reg.: Russo

### N. 303

#### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Iosephum Mariam Castelli*

*Varsaviae, 19 VI 1776*

*Docet de quaestione caedium ab orthodoxis et unitis in Ucraina factarum. Docet quoque de epistulis ad praefectos missionum Moscoviensis, Petropolitanae et Rigenis scriptis.*

*Or.: APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 504r-v.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 5r-v.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 8r-v.*

Eminentissimo etc.

Dal compiegato foglio rileverà in primo luogo V.ra Eminenza che per il sinistro fatto di Human procede sicuramente la podestà ecclesiastica; ma la mia lusinga, che per il medesimo non avesse a succedere alcun danno agli uniti, è stata di troppo breve durata, mentre dallo stesso foglio rileverà inoltre V.ra Eminenza il barbaro omicidio commesso in Berezianska<sup>1</sup> li 18 Aprile scorso da un prete scismatico in persona di un vecchio parroco unito<sup>2</sup>. Domenica ne parlai subito al Re perché ne passasse le più forti, e clamorose doglianze all'Ambasciator Russo, e facesse immantinente procedere contro de' rei. Sua Maestà non era peranco al giorno del fatto, non essendole state per malattia di Mons. Gran Cancelliere comunicate le lettere.

---

<sup>1</sup> Berezianka.

<sup>2</sup> Adiuncta: [I] Traductio litterarum Ill.mi D.ni Szeptycki Coadiutoris, et Administratoris Metropoliae ad Excell.mum D.num Młodziejowski Episcopum Posnaniensem Supremum Regni Cancellarium, Leopoli, 5 VI 1776. [*Incipit*: Excell.me D.ne. Ut primum horribilis illa in Human...]. APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 505r-v. [2] Traductio excerpti ex litteris R. Prymowicz officiali Kioviensis ad Ill.mum D.num Szeptycki Coadiutorem Metrop. Episcopum Leopoliensem, Miniszki, 25 V 1776. [*Incipit*: Die Iovis immediato post Pascha, scilicet die 18 Aprilis non unitus presbyter cognomine Woskuła in villa Berezianka dicta, decanatu Bohuslaviensi, occidit parochum loci unitum, Rev.mum Krzyżanowski...]. APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 506r. Cf. N. 301.

Ieri partirono di qua per le colonie di Saratow e Iamburgo, assegnate loro da codesta Sagra Congregazione, i due Missionarii Osservanti Padre Unnibaldo Maijr<sup>3</sup> e Padre [504v] Gedeone Reinworth<sup>4</sup>. Consegnai ad essi lettere per li Prefetti delle tre Missioni, di Mosca, di Pietroburgo e di Riga<sup>5</sup>. Avevami il primo scritto che gli mancavano gli olii sacri, onde gli ho risposto che se li procuri da Mons. Vescovo di Mallo<sup>6</sup>, osservando in ciò il metodo, che in altre occorrenze di quella missione ho veduto essere stato praticato da Mons. mio Antecessore<sup>7</sup>. Mi aveva manifestato il secondo abbisognargli un missionario che sapesse la lingua Polacca, con additarmi la persona del Padre Marcellino<sup>8</sup>, che attualmente dimora in Riga e che colà cred'egli superfluo. Gli ho date speranze di esaudirlo quando non sia quello necessario alla detta Missione<sup>9</sup>; e perciò ho scritto a quel Prefetto<sup>10</sup>, se senza incomodo e danno della sua Missione possa privarsi del medesimo Padre Marcellino, per potermi io poi prestare ai desiderii del Superiore della Missione di Pietroburgo.<sup>a</sup> Raccomandandomi intanto al patrocínio di V.ra Eminenza, umilmente me le rassegno. Varsavia, 19 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>-Umilissimo etc.

G.[iovanni] A.[ndrea] Arciv.[escovo] di Calcedone<sup>b</sup>

<sup>a</sup>Reg.: Etc. [La copia del nominato foglio vedi in Registro alla Seg.ria di Stato fog.]

<sup>b-b</sup> *manu propria*

## N. 304

### *Ioannes Andreas Archetti ad Ioannem Odyński*

*Varsaviae, 19 VI 1776*

*Tractat de capuccino, qui conventum reliquit et se corrigere non vult. Necessè est, ut in conventu quodam commoretur et dispensationem a Roma expectet.*

<sup>3</sup> Wunibald Mayr (Provincia Recollectorum Argentinae), missionarius in Russia annis 1776-1807, cf. Reinhold, [1] p. 200.

<sup>4</sup> Gedeon Reinwort (Provincia Reformatorum Bohemiae), missionarius in Russia annis 1776-1782, cf. Reinhold, [1] p. 199sqq.

<sup>5</sup> Ordine servato Romualdus Pontensis, Euthymius Müller, Andreas Pozorski.

<sup>6</sup> Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz.

<sup>7</sup> Cf. N. 293.

<sup>8</sup> Marcellinus Miltztrey.

<sup>9</sup> Cf. N. 294.

<sup>10</sup> Cf. N. 295.

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 207v-208r.*

A dì 19 Giugno 1776.

Perillustri et admodum Rev.do D.no Ioanni Odynski Ecclesiae Garbovicensis<sup>1</sup> Praeposito (Lublinum).

Non sine gravi animi maerore ex litteris Perillustris, et admodum Rev.dae Dominationis V.rae accepi Patrem Deocharum<sup>2</sup> Cappucinum pessimum illud coepisse consilium, ut suae Religionis habitu deposito abominabilis apostasiae criminis coram Deo, et hominibus se reum constituerit. Porro nihil [...]a mihi erat pertimescendum, quam quod ipse benignitatem, qua erga eum me gesseram, et spem quam de illius resipiscentia concesseram adeo turpiter eluderet. Quamvis enim a conventu Cracoviensi, ubi morabatur, absque ullo superiorum legitimo permissu Varsaviam perexisset, ibique per plures dies extra conventum vagatus esset, nolui in eum animadvertere, sed cupiens errantem ovem ad ovile reducere, salvum conductum ei tribui, ut ad Vinnicensem conventum a se ipso praelectum conferre se posset, ac ibi religiosam ageret vitam, quin ob praeteritas divagationes ulla ei a suis superioribus inferretur molestia. Nulla itaque erat causa, nullaque timoris ratio, quae ipsum ad suae deponendum Religionis habitum poterat impellere. Quod si falsa timoris specie ductus ad hunc detestabilem actum processit, paratissimus sum ad exercendam iterum erga eum Apostolicae benignitatis indulgentiam, et amplissimum ipsi offero salvum conductus, cuius praesidio pro hucusque gestis a quacumque poena, et infamia immunis ad suam Religionem redire tutissime poterit. Agat igitur Dominatio V.ra, et pro sua pietate, et doctrina eum moneat, et obtestetur, ut fidem Deo, adeo sollemniter datam, et per tot annos servatam modo non infringat. Omnibus autem Dominationis V.rae monitionibus, et praecibus incassum cadentibus, eum saltem obsecret, ut donec ego ab Eminentissimo Magno Poenitentiario necessarias pro eiusdem P. Deochari secularizatione facultates exposcam, et si fieri potest obtineam, in aliquis sibi magis beneviso Cappucinorum conventu se sistat, ibique suam dispensationem expectet. Fidem enim facio Dominationi V.rae quod semel ac accipiam quaenam conventus sibi selegerit, statim ad illius superiores scribam ut nullam ei afferant perturbationem. Si vero idem P. Deocharus apud Cappucinos commorari omnino renuat, obtineat saltem Dominatio V.ra, ut donec dispensatio ab urbe hac adveniat apud religiosos cuiuscumque ordinis permaneat, ne longior eius mora extra claustra obtinendae dispensationi praebent obstaculum, et maiori scandalo saeculares viros afficiat. Demum si nec istud opportunis, et importunis obsecrationibus dicti Patris

---

<sup>1</sup> Garbów.

<sup>2</sup> Deocharus vel Bogumilus (Iosephus Guzowski), cf. N. 287.

Deochari duritia consequi valet, super quo Dominationis V.rae conscientiam oneratam esse volo, curet omnino, ut a domo, et Ecclesia sua non recedat, et quo minus fieri potest circum eat, et divagetur. Habeat ex his Dominatio V.ra qui sunt animi mei sensus, et quam in eius zelo, et dexteritate repono fiduciam. Reliquum est ut eam utiliter exerceat, et de omnibus [208r] eiusdem P. Deochari consiliis instructum saepe me reddat, et interim Dominationi V.rae ex animo sum.

<sup>a</sup>*verbum illegibile*

### N. 305

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Deocharum*

*Varsaviae, 19 VI 1776*

*Suadet monacho erranti, ut nuntium monentem audiat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 208r.*

A dì 19 Giugno 1776.

Admodum Rev.do Patri Deocharo (Lublinum).

Ex litteris, quas ad Rev.dum Dominum Ioannem Odynski istius Ecclesiae Praepositum scribo<sup>1</sup> habet Paternits V.ra qui sunt animi mei sensus, et quanta pro eius animae salute afficior sollicitudine. Utinam Paternitas V.ra faciles ei praebeat aures, et suam in me reponat fiduciam. Numquam enim benignitate, et gratia fraudabitur, et me duce suae tranquillitati consulere facillime poterit. Litteras ad Summum Pontificem directas apud me retineo, dum Paternitas V.ra iam plane noscit negocium de quo in illis agitur modo proponi non posse, et dum Deum luminum datorem praecor, ut Paternitati V.rae saniora consilia tribuat ei ex animo sum.

### N. 306

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Nicolaum Wybranowski*

*Varsaviae, 19 VI 1776*

*Deprecatur provincialem reformatorem pro monacho a Wybranowski commendato, ut in conventum redire ei liceat et expectare permissionem in aliam provinciam transeundi.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 208r.*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 304.

A dì 19 Giugno 1776.

Al Signore Canonico Wibanoski [Wybranowski] (Cracoviam)

Con non poca mia sorpresa e rincrescimento ho letta nel gentilissimo foglio di V.ra Signoria Ill.ma<sup>1</sup> l'irregolar condotta che codesti Riformati di Sandomiria anno tenuta rapporto alla persona del Padre Melchior Mezenski<sup>2</sup>. Per dare all'accaduto in pronto riparo, scrivo al P. Provinciale<sup>3</sup> la lettera che le compiego<sup>4</sup>, affinché abbia un più sollecito e sicuro ricapito, colla quale ingiungo al medesimo Provinciale di far subito riammettere e ricevere nel convento il Padre Melchior, e di far scancellare l'insolente e temeraria protesta perché non ne rimanga memoria. Dopo poi che in vigore de' miei ordini sarà il Padre Melchior rientrato nel suo convento, prego V.ra Signoria Ill.ma ad inculcargli, che dentro il termine della proroga, accordatagli da Mons. Garampi mio Antecessore, procuri onninamente di trovarsi ricovero in un'altra Provincia per così riacquistar la sua quiete, e provvedere anche a quella dei religiosi della sua Provincia. E rinnovando intanto a V.ra Signoria Ill.ma l'antica mia amicizia, pieno di stima mi rassegno.

### N. 307

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Prosperum Klimecki*

*Varsaviae, 19 VI 1776*

*Mandat, ut monachus pulsus in conventum Sandomiriensem recipiatur. Non dubitat, quin provinciali inscio erratum sit.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 208r-v.*

A dì 19 Giugno 1776.

Admodum Rev.do Patri Provinciali Minorum Reformatorum Minoris Poloniae.

Relatum nuper mihi fuit, guardianum, et religiosos conventus Sandomiriensis<sup>1</sup> istius Provinciae eo procesisse, ut die 20 praeteriti mensis Maii ausi fuerint irregularem manifestationem emittere adversus prorogationem sex mensium pro inveniando benevolo receptore ab Archiepiscopo

<sup>1</sup> Cf. N. 269.

<sup>2</sup> Melchior Mężeński

<sup>3</sup> Prosper Klimecki, provincialis provinciae Poloniae Minoris reformatorum.

<sup>4</sup> Cf. N. 307.

<sup>1</sup> Sandomiria, monasterium S. Iosephi Sponsi Sanctissimae Mariae Virginis provinciae Poloniae Minoris reformatorum, cf. Litak, p. 418.

Berytensi Antecessore meo die 9 Aprilis currentis anni impertitam R.P. Melchiori Mezenski, eumque subinde e conventu amoverint, et eiecerint<sup>2</sup>. Ego quidem puto haec gesta fuisse absque consilio, et scientia admodum Rev.dae Paternitatis V.rae cuius probitatem, et pietatem coram agnovi, ac undique perspectam habeo. Quocirca satius duxi eandem Paternitatem V.ram de his certiore reddere, ipsique committere, ut pro sua erga [208v] Apostolicam Sedem observantia guardiani, et religiosorum dicti conventus Sandomiriensis audaciam compescat, iisque praecipiat ut nulla interposita mora praefatum Patrem Melchiorem in conventu recipiant, ibique memoratae prorogationis spatio durante retineant. Ne vero pro hac eorum inno- boedientia Sacrae Nuntiaturae mandatis duriora ego cogam in ipsos adhibere remedia, iubeat insuper admodum Rev.da Paternitas V.ra ut eadem manifestatio omnino deleatur, nullumque eius vestigium supersit. Dum autem de horum omnium prompta executione notitiam expecto, admodum Rev.dae Paternitati V.rae ex animo sum.

### N. 308

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

*Varsaviae, 19 VI 1776*

*Dat consilia ad epistularum commercium pertinentia. Tractat de pecunia in sumptus commorationis Varsaviensis eroganda. Archetti ante comitia multam operam dedit, ne protestans legatus crearetur. Legatus Stackelberg nuntio benevolentissimus est. Moscovia ferro et auro, quae nuntio desunt, Poloniam regit.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1776, s.f.*

Carissimo Fratello,

Scorgo un gran ritardo nelle mie lettere. Quella che vi scrissi da Cracovia in data 20 Aprile vi giunse ai 19 Maggio<sup>1</sup>, e l'altra del 1.o Maggio da Varsavia l'avete ricevuta solamente ai 26 di detto mese<sup>2</sup>. Non è così delle vostre che mi pervengono con qualche maggior sollecitudine, come per esempio l'ultima, che è in data 26 Maggio, mi è stata resa ai 12 Giugno. Gioverà al bon ordine, alla prestezza ed al risparmio tener in avvenire il seguente metodo. Questo Mons. Ghigiotti segretario privato di Sua Maestà

---

<sup>2</sup> Cf. N. 269.

<sup>1</sup> Cf. N. 146.

<sup>2</sup> Cf. N. 154.

mi farà il piacere di accludere nel piego della Corte, che vien diretto al regio agente Signor Dalloglio<sup>3</sup> in Venezia, le mie lettere per detta città e per Brescia, unicamente però per voi e per Giovanni Battista, miei fratelli, e così voi solo potrete mandar a Venezia le vostre al Facini o altri con commissione di pregare il detto Signor Dalloglio di accluderle nel suo piego per questa Corte. Avvertite che la soprascritta sia secondo al solito al mio nome. Giovanni Battista ha preso da se stesso questa strada, poiché ho avute le sue lettere per mezzo di Mons. Ghigiotti sudetto, e l'ultima sua del di primo Giugno mi fu recapitata il giorno 13 corrente. In questa mi risponde alla insinuazione da me fattagli a caso [...]a di darmi notizie della nova mia abbazia<sup>4</sup> coll'occasione di portarsi a Formigara. Le notizie, che mi dà, confrontano con quelle che ho avute dal Pirovani di Milano, il quale fa ascendere le tre affittanze dei tre stabili componenti l'Abbadia detti = d'Ogni Santi = Cavinga = e Prevosturina a lire di Milano f. 18764.6 col pigliato a f. 15, e Giovanni Battista a dette f. 18418:53 col pigliato a f. 14:13:6. Comunque sia non vi è molto da stare allegro. Le cose anderanno in lungo prima d'esserne al possesso. Le bolle non saranno state spedite che ai primi di questo mese, mentre se si fossero [v] spedite quaranta giorni prima di S. Giovanni di Giugno, i pensionarii avrebbero avuto il diritto d'essere subito pagati del primo termine delle loro pensioni, e per ovviare a ciò ho ordinato che si differisce a fine di trasportare la prima scadenza delle dette pensioni alla Madonna di Settembre venturo. Doppo spedite le bolle, conviene avere il regio exequatur a Milano, il che porterà del tempo e della spesa. Non ho lasciato di scrivere allo stesso Conte di Firmian. Per tutti questi passi però convien dipendere dal spedizioniere regio dimorante in Roma abate Marcabruni. Sarà poi difficile che si [sic!] vi è il beneplacito apostolico nella affittanza che correva col fu Card. Serbelloni, si possa tagliarla e farla di nuovo a mio piacere.

Chi si trovasse qui di avere da poter disporre grossa somma, potrebbe ricavarne utili strabocchevoli, al contrario chi vive a mese deve pagar tutto il quintuplo di più di quello costa in Roma e costì. Vi darò una sempio: mi è stato proposto un comodissimo e bellissimo palazzo mobigliato a tutto punto; questo palazzo collo sborso di ungheri 10 mila mi si lascierebbe durante la mia Nunziatura a godere, e con dalle botteghe e piani [terreni?] ritirarne annui ungheri quattrocento in cinquecento per me, sicché pagando io della casa che tengo detti 500, il denaro mi starebbe al dieci per cento. Per sicurezza poi del mio capitale da restituirsi al fine della mia Nunziatura, mi si offriva cambiale accettata e pagabile al terminare della

---

<sup>3</sup> Iosephus Dall'Oglio (obiit post a. 1795), agens Venetus Stanislai Augusti Poniatowski inde ab a. 1766.

<sup>4</sup> S. Giovanni delle Vigne in Lodi.

medesima Nunziatura sopra questo ricchissimo negoziante Tepper, miglionario in fondi. Ho fatta una risata dentro di me, ed ho recitata una solita risposta. Se avessi solamente credito, vorrei fare una brillante nunziatura senza spendere un soldo del mio. Ma lasciamo queste chimere.

Circa gl'affari, o quelli sì, che mi stanno per uno di capitale a cento di perdita per così dire. Iddio mi salvi in questa dieta. Faccio il possibile perché non sia eletto alcun nunzio dissidente, sebbene sia stato permesso ai dissidenti nelle due ultime diete d'averne. Ma temo che i miei sforzi saranno inutili, anzi non temo solamente ma quasi ne son convinto. Qui ci vole uno dei due metalli, o ferro, o oro. Voi sapete come sta il nunzio apostolico a tutti due. La Moscovia ha l'uno e l'altro. Ricevo mille grazie e distinzioni dell'Ambasciatore Barone di Stackelberg. Intanto ora Varsavia è vuota. Tutti vanno alla campagna e alle dietine per l'elezione dei nunzi alla dieta generale, che si terranno ai 15 del venturo, e la dieta comincerà li 26 di Agosto. Penso di fare il mio ingresso per tal tempo. Altro mi auguro di essere un capellano di S. Giustina o delle Perole più tosto d'essere nello stato che sono. T'abbraccio senza fine, ed da per me un abbraccio a tutti.

Vostro Affettuosissimo Fratello  
G[iovanni] Andrea

<sup>a</sup>*verbum illegibile*

## N. 309

### *Florianus Gotartowski ad Ioannem Andream Archetti*

*s.l., circa 20<sup>i</sup> VI 1776*

*Explicat, quare ad epistulam nuntii sero responderit. Operam dat controversiis circa cistercienses Olobocenses.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 130 f. 16r-17v. Manu secretarii ascriptum: Recepta die 25 Iunii 1776.*

Excellentissime Ill.me Rev.me D.ne D.ne Patrone et Protector Colendissime.

Cum summa animi mei afflictione literas Excell.mae Illmae Rev.mae Dominationis V.rae, scriptas ad me Suleioviam<sup>2</sup> adhuc 14 Februarii<sup>3</sup>,

<sup>1</sup> In Polonia epistula portabatur summum unam hebdomadam, allata est die 25 mensis Iunii.

<sup>2</sup> Suleiovia, abbatia Cisterciensium provinciae Polonae, cf. Litak, p. 404.

<sup>3</sup> Cf. Garampi ad Gotartowski, 14 II 1776, Min. AV, Fondo Garampi, 183 f. 237r-238v. Epistula incipit a verbis: „Priusquam ex hac Apostolica Legatione discedam (...)”.

unde ego statim finito Provinciali Capitulo abscessi nona eiusdem mensis; postquam illae literae, devenerunt Suleioviam, non scio quo errore valde tardae, devenerunt Landam<sup>4</sup> ad manus admodum Rev.di Patris Nadolski Procuratoris Varsaviensis praeteriti. Statim easdem velocissime mihi transmissas recepi 12 Maii.

Valde sum sensibilis quod ad contenta illarum literarum contingat mihi modo primum in tam perplexo temporis interstitio rescribere Excell.mae Ill.mae Rev.mae Dominationi V.rae. Supplico igitur perquam humillime advolutus Plantis Excellentiae V.rae, quatenus mereor fidem, quia ad casum hunc, causa mea, nullam habet influentiam. Perindeque superest, facile ex innata Benevolentia parcere mihi tanquam innocenti, semper autem ad omnia iussa et mandata Excellentiae V.rae exequenda paratissimo. [16v]

Sat mirari non possum, quidnam Rev.mum Premetensem<sup>5</sup> impeditur peragere, quod principaliter agendum erat, videlicet venerari, et exosculari plantas Excellentiae Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae. De negotiis ipsius ibidem Varsaviae, habitis et tractandis, non adeo quid mihi constat. Adeoque neque eundem excusare valeo. Nisi forte sua praesentia, noluisset importunus fuisse, et incommodasse Excellentiam V.ram, variis publicis impeditam actibus. Talis forte teneritudo animi ipsius delicata, facillime poterat retrahere passus, adire, et adesse volentis, conspectui Excellentiae V.rae. Quidquid autem factum est? Assecurare, imo et iurare possum, quod non per despectum Sacrae Sedis Apostolicae in Persona Excellentiae V.rae, factum fuit.

In negotio monasterii Olobocensis<sup>6</sup>, ad Eundem R.mum Premetensem, hodie statim, eadem, posta expedio, pro pleniori informatione status eiusdem monasterii, tanquam immediatus ipsius habentis regimen. Quantum vero mihi constat de eodem Monasterio? Nihil audivi adversi, ratione Sacrae Regularis Observantiae, aut internae monialium ad invicem conversationis. Pridem peccata sunt omnia, et causae, ac motiva dissensionum sopita. Anhelant solummodo dictae moniales [17r] unanimiter, ut tanto citius admittantur ad unionem cum provincia. Displicet ipsis sic vivere, et morari ulterius quasi in shismate, sub capite in particulari ibi praeposito. Ultra se publico et generali regimini nostro offerrebant. Aliquoties me requirebant, petitoriis suis literis, quatenus et eiusdem monasterii assumerem curas. Semper dedi responsum, ut tantisper essent patientes, quoadusque ad vota illarum Sacra Sedes Apostolica, plenarie non dispo-

<sup>4</sup> Landa (Łąd), abbatia cisterciensium provinciae Polonae, cf. Litak, p. 403.

<sup>5</sup> Adhuc anno 1775 abbas Premetensis fuit Ioannes Szoldrski. Cf. Posnaniensis Monasterii Obrensi Coadiutoriae pro Dataria uti ex annexo decreta, 9 V 1775, AV, Arch. Concist., Acta Congr. Concist. 1775 II f. 339r-340v.

<sup>6</sup> Ołobok, cf. SGKP VII, p. 522sq.

suerit aliter. Nullum itaque favore dictarum monialium agendi, ius mihi usurpavi, sed reverenter expectavi, hoc in negotio Sacrae Sedis Apostolicae beneplacitum.

Cum itaque ad praesens Excell.mae Ill.mae Rev.mae Dominatione specialis adest voluntas et benevolentia (quam ex literis Excellentiae V.rae exploratam habeo) idem monasterium Olobocense in veterem restituere disciplinam, atque regulari generali adnuere regimini, antequam se a nostris subtrahat oris, audeo itaque se solum nomine dicti monasterii monialium petere, et humillime supplicare. Imo potius illarum devotissimas exponere preces, quatenus eandem dispositionem suam dignetur favore illarum effectuare.

Non mea particularis, hoc in puncto latet ratio, alias praesumerem aliquid, verum ipsarum monialium mihi [17v] exposita, et bene nota, ac praecommissa, ad id exardescunt desideria. Utique simul et adinvicem, pro incolumitate tantissimique successibus Excell.mae Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae, Divinam exorabimus Maiestatem. Totam et integram Provinciam nostram Polono-Cisterciensem, etiam et me in particulari, ulteriori Gratiae, ac indesinenti resigno Protectioni perseverans incessanter, cum profundissimo venerationis cultu.

Excell.mae Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae

Infirmus ac subpedaneus Servus  
Flor.[ianus] Gotartowski<sup>7</sup> a-AP OC CVVG<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>Abbas Pelplinensis Ordinis Cisterciensis Congregationis V[?] Visitator Generalis[?]

## N. 310

***Ioannes Andreas Archetti ad Franciscum Kettler***

*Varsaviae, 20 VI 1776*

*Colit comitem, quia in Ecclesiam largum se praestitit. Sed in re transigenda leges servandae sunt. Nuntius ipse ad capellanum scribet, ut reconciliatio faciliior sit.*

**Reg.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 208v.

---

<sup>7</sup> Florianus Andreas Gotartowski, visitator congregationis Polonae cisterciensium annis 1772-1778, abbas Pelplinensis annis 1766-1779.

A dì 20 Giugno 1776.

A Son Eminence Monsieur le Comte Ketler d'Essen<sup>1</sup>.

Monseigneur Garampi s'est parfaitement acuité de sa parole, car avant son départ il m'a parlé plusieurs fois du mérite éclatant de Vous Monsieur le Comte qui en érigeant une nouvelle Eglise Catholique vient de contribuer beaucoup à la gloire de Dieu, et au salut de son prochain<sup>2</sup>. Je vous assure donc Monsieur le Comte que je reconois le prix de votre piété, et que je tacherai toujours de devancer même Mons. Garampi en reconnaissance. Maintenant vous me demandez de privilèges et sans doute on vous accordera tous ceux qu'on pourra sans bouleverser de fonde en comble tout l'Ordre Ecclésiastique. Il faut pourtant arranger les choses sans s'écarter des règles établies. C'est pourquoi que pour remédier au passé j'écris moi-même à vôtre Chapelain<sup>3</sup>, et si vous voulez mon respectable Comte me prêter la main pour accommoder tout, j'espère d'en venir tout avec toute vôtre honneur, et satisfaction entière mais aussi selon les principes de loix Ecclésiastiques que ne saurais oublier jamais. Laissez cependant je vous en prie, laissez à vôtre Chapelain le loisir d'écouter sa conscience, et de s'y conformer, car sans doute, il ne saura se refuser opiniâtement à son devoir. J'espère de vous voir mon digne Comte à la Diète prochaine, c'est vous même que je veux avoir pour témoin de mon empressement pour décorer vôtre nouvelle Eglise de tous les privilèges qu'on pourra. J'emploierai en cela tous mes soins, et mon autorité pour pouvoir aspirer à la même amitié dont Mons. Garampi était si charmé d'avoir avec vous et etc.

## N. 311

### *Ioannes Andreas Archetti ad Ioannem Rotterding*

*Varsaviae, 20 VI 1776*

*Mandat, ut controversia de privato sacello comitis Kettler componatur.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 208v-209r.*

A dì 20 Giugno 1776.

Admodum Rev.do Domino Rotting (Essen<sup>1</sup>).

Maximam profecto coepi animo voluptatem ex Dominationis V.rae literis<sup>2</sup>, quibus a me absolutionem ab irregularitate supplex petit, sed non

---

<sup>1</sup> Essern (Ezere).

<sup>2</sup> Cf. N. 173.

<sup>3</sup> Ioannes Rotterding, cf. N. 181, N. 311.

<sup>1</sup> Essern (Ezere).

<sup>2</sup> N. 181.

minoris doloris sensu affectus sum cum intellexi Dominationem V.ram eidem muneri non satisfacisse cum Ill.mo [209r] Livoniensi Episcopo<sup>3</sup>, ut ab eodem absolutionem a suspensione consequeretur. Quae res eo maiorem admirationem habet, quod tum Antecessor meus, tum Livoniensis Episcopus perdiligenter, ac prolixè scripserint ad Dominum Comitem<sup>4</sup> id fieri omnino necesse esse, neque aliter rem conciliari posse. Nihilò tamen minus de Dominationis V.rae pietate non ita diffido, ut sperem voluntati meae esse quamprimum, ac sedulo obtemperaturam. Itaque Dominationem V.ram vehementer adiuro, atque obtestor ut ad suum legitimum Pastorem quamprimum scribat, illi ea qua par est humilitate se subiciat, atque praedictam absolutionem suppliciter petat; tum Domino Comiti, cui neque leges canonicae, neque consuetudines Ecclesiasticae satis cognitae esse possunt fortiter persuadeat ita omnino fieri oportere, neque se posse aliter conscientiae suae, ac tranquillitati animi consulere. Quae duo si Dominatio V.ra quamprimum praestabit profecto efficiet ut gravia scandala, quae ex levi intentione oriri facile possunt, penitus extinguantur; ut haec pulchra, et recens Ecclesia, quae tam magnis Ill.mi Comitis sumptibus aedificata est in aedificationem Catholicorum non evadat in destructionem, it denique Christiana pax solidissime confirmatur. Ut vero Dominatio V.ra possit comode ad suum Episcopum Scribere, et eiusdem litteras recipere quibus absolutio continebitur, et, eternum huic molestissimae causae silentium tandem aliquando imponetur, neque interea Ecclesiae cultus deist, absolutio die octava Aprilis a Nuncio Apostolico, et a Livoniensi Episcopo ad duos menses concessa, <sup>a</sup>-eadem auctoritate prorogata ad alios duos menses<sup>a</sup> quorum principium ab exitu primi termini desumendum erit. Sed ut spero tam diuturna mora opus non erit. Dominatio enim V.ra et meae, et sui legitimi Pastoris voluntati, atque auctoritati morem statim gerendum putavit, memor quod apud Deum melior est oboedientia quam victima, quia, ut optime animadvertit S. Gregorius<sup>5</sup> per victimam aliena caro, per oboedientiam voluntas propria mactatur. Interea vere et ex animo sum.

<sup>a</sup>-<sup>a</sup>*suprascriptum in textu*

---

<sup>3</sup> Ioannes Stephanus Giedroyć.

<sup>4</sup> Franciscus Seraphinus comes Kettler.

<sup>5</sup> Sanctus Gregorius Magnus (540-604), papa inde ab anno 590.

*Barnabas Kluszewski ad Ioannem Andream Archetti**Posnaniae, 21 VI 1776*

*Rogat, ut sibi liceat transire e conventu ordinis carmelitarum in conventum canonicorum regularium Sepulchri Christi. Res Romae bene incepta est, sed a consistorio Posnaniensi tardatur.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 129 f. 117r-v. In 117r ascriptum: recepta die 3 Iulii 1776.*

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Protector Meus Gratosissime.

Primum certe habeo honorem deosculari plantas Suae Excellentiae, semper tamen subpeditaneus cupio esse. Ille sum Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne, qui praeterito anno Roma veni Varsaviam cum dimissorialibus a sacra Congregatione ad Episcopum Posnaniensem, in causa nullitatis professionis. Processus hac in causa incipiendo a Festis Natalis Christi Domini necdum finitus in Concistorio Posnaniensi, inde iam vix non incidi in desperationem, tot expensas, et adhuc non obtinere effectum causae? Ideo Excellentissime D.ne, ne in vorationibus religiosis moriar, cum osculo sacrorum pedum, et per misericordiam Dei rogo dispensationem ad laxiorem ordinem, habeo enim Benevolum Receptorem in ordine Canonicorum Sepulchri Christi Domini Cruciferorum iam a Reverendissimo eiusdem Ordinis Generali<sup>1</sup>, sum ad Congregationem receptus, restat tantum ut me Sua dispenset Excellentia, et salvum extradat conventum Miechoviam ad monasterium Canonicorum Cruciferorum Sepulchri Christi Domini. Haec autem dispensatio quam obtenturus spero, non Posnaniam, sed Gnesnam [117v] ad manus Praelati eiusdem ordinis Praepositi Domini Christi Canonicum Sepulchri Christi Domini ad aedes S. Ioannis perveniat supplex imploro. Deinde Excellentissime D.ne certus sum, quod Sua Excellentia [...]a informata est de eventu meo, causaque in nullitate professionis, hanc antecedentibusque progressibus meis, multa hic omitto, de remanentibus pecuniis, brevibusque expedio, quod dixi Antecessori Suae Excellentiae, id [...]a in Domino confirmo, et iuro secundum Deum et veritatem conscientiae meae, quia iusto titulo pecuniam concernit et debet consanguineis meis, qui accomodarent mihi illam, discedendo Romam, igitur humillime rogo ut ipsis reddat ex sacra nunciatura, alii iniuste acceperunt, quia<sup>a</sup> mei parentes et sanguine iuncti

---

<sup>1</sup> Matthaeus Buydecki.

ius habentes ad pecunias privari debent<sup>a</sup>. Iterum iterumque deosculor pedes Suae Excellentiae, et summopere cum profundissima humilitate supplico, dispensationem pro me ad laxiorem ordinem, quam Gnesnae expectabo, ut adhuc reliquum tempus offerre valeam laborando in Ecclesia Deo. Quam gratiam Deus, quem ego pro Sua Excellentia [...]<sup>b</sup> ad cineres rogabo. Sicuti

Suae Ill.mae Excell.mae et Rev.mae Dominationis

Infimus Subpediteus Pr. Barnabas Kluszewski Carm.[elitarum]  
Ord.[inis] mpp

Datum in Conventu Posnaniensi, 21 Iunii 1776.

<sup>a</sup>*cum tomus consuereetur; textus corruptus est*    <sup>b</sup>*verbum illegibile*

### N. 313

#### **Card. Lazarus Opatius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 22 VI 1776

*Notum facit epistulas die 29 mensis Maii datas sibi allatas esse et responsum mittit.*

**Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 91r. Ascriptum:* Ricevuto 12 Luglio 1776.

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 273v-274r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 7v. Ascriptum:* Lettera che da per ricevuto il dispaccio de' 23 Maggio.

**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. Ascriptum:* Una lettera, un piego in proprie.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Giunto alle mie mani con altrettanta esattezza con quanta diligenza mi è stato dal V.ra Signoria Ill.ma spedito il suo dispaccio dei 23<sup>a</sup> del mese scorso, le ne do per sua regola con questo foglio l'avviso corrispondente. E con piena stima a V.ra Signoria Ill.ma auguro vere prosperità.

Di V.ra Signoria Ill.ma.

<sup>b</sup>Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>b</sup>

<sup>a</sup>*Reg.: 22 debet esse: 29, cf. N. 221-225*    <sup>b-b</sup>*manu propria*

**Card. Lazarus Opitius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti***Romae, 22 VI 1776*

*Gaudet nuntium a legato Russico coli. Eis, quae in Ucraina facta sunt, nuntius recte operam dat. Legatus Austriacus putat pacem in Polonia a sola Russia servari posse. Igitur vix fieri potest, ne in conventiculo Vschoviensi dissidens legatus creetur. Rumores dissipantur de Paulo Romanow uxorem ducere cogitante.*

**Or. decifr.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 92r-95r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 7v-9r. Praescriptio: Foglio a colonna*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 275r-277r.*

Roma, 22 Giugno 1776.

È ben dovuto alla pontificia rappresentanza quell'atto di pubblica onorificenza, <sup>a</sup>che l'Ambasciator di Russia<sup>a</sup> tentò di declinare al di lei arrivo costì, e che ella con un poco di prudenziale maneggio ha finalmente ottenuto, come rilevo dal oli lei dispaccio de' 29 scorso<sup>1</sup>. Con questo esempio non dubita il Santo Padre, che anche nelle consuete udienze a Corte e nei pranzi di formalità saprà V.ra Signoria Ill.ma col medesimo impegno e destrezza conservarsi in faccia del ridetto Ministro quelle preeminenze, che non solo costì, ma in tutte le Corti cattoliche sono senza contrasto accordate e garantite ai Nunzi Pontifici. [92v]

Molto inopportuno a gl'interessi degli uniti in Ukraina è il fatto accaduto del distretto di Human, giacché servirà di pretesto ai scismatici per esagerare le altrui violenze ed oppressioni, e quindi ancora i loro fautori si faranno un impegno di maggiormente proteggergli e garantirli a fronte delle più stravaganti e ingiuste pretensioni. Tutti i passi da lei dati successivamente per impedire, che la potestà laica non s'ingerisse nel giudizio già introdotto avanti del Metropolitanano o per rifondere l'odiosità del reato nel provocante, non possono che meritare approvazione e lode così dalla Santità Sua, come dalla Congregazione di Propaganda, ch'essendo già da lei ragguagliata di tale incidente, [93r] mi riporto perciò alle ulteriori correlative istruzioni, che le verranno insinuate per lo stesso canale.

Dopo la nuova <sup>a</sup>alleanza della Corte di Vienna con quella di Russia<sup>a</sup> poco appoggio possiam riprometterci <sup>a</sup>dal Baron di Rewiski<sup>a</sup> in favore degl'interessi de' cattolici; minor sorpresa però ha recato al Santo Padre il sentire, ch'egli non siasi voluto far carico dei di lei ben ponderati riflessi, ad oggetto di frastornare l'elezione e missione di un nunzio dissidente alla dieta. È ben più valutabile l'aver da lui scoperto in tale oc-

---

<sup>1</sup> N. 221.

casione, che tutto il pensiero e la cura di provvedere [93v] alla tranquillità interna di codesto Regno venga affidata <sup>a</sup>-alla Russia. Posto questo-<sup>a</sup> principio per certo, ovvia purtroppo è l'illazione, che poco o nulla è sperabile di ottenere così per altri mezzi dipendenti o subordinati <sup>a</sup>-al primo motore Stackelberg<sup>a</sup>. Gl'inutili tentativi, già da lei fatti con più d'una persona, comprovano la verità di tal proposizione. Non per questo però dobbiamo disarmarci. L'unanime consenso de' buoni e zelanti uniti in dieta, quasi voce della nazione, può servire di freno perché non si aumentino i pregiudizii della religion dominante, e un solo nunzio dissidente fra tanti nunzi cattolici sarebbe un nulla [94r] se questi agissero colla medesima unanimità di sentimenti, costanza d'impegno e direzione di fini, con cui appoggiarsi e sostengono fra loro gli acattolici, quantunque di setta e di culto stranamente discordi. L'infausta situazione del distretto di Fraustat<sup>2</sup> combina anch'essa a rendere più difficultosa l'esecuzione <sup>a</sup>-del Brunikoski<sup>3</sup> dalla dieta-<sup>a</sup>, quando pur non fosse riuscito a V.ra Signoria Ill.ma di condurre nel buon partito <sup>a</sup>-il Castellano di Posnania<sup>4</sup>, che-<sup>a</sup> per quanto comprendo dal citato di lei dispaccio, deve avere non poca influenza nel dirigere <sup>a</sup>-quella dietina. Quanto-<sup>a</sup> commenda il Santo Padre [94v] il di lei zelo e sollecitudine per tutto l'operato fin qui, altrettanto confida nella di lei vigilanza, che quando non possa impedirsi l'intento di un <sup>a</sup>-nunzio dissidente alla futura dieta, non lo-<sup>a</sup> perderà mai di vista sicché non serva di morsa ad ampliare l'ambizioso edificio de' settari con discapito del cattolicesimo.

Seco mi unisco anch'io a credere insussistente l'opinione di coloro, che spargono destinata <sup>a</sup>-per moglie al vedovo Gran Duca di Russia<sup>5</sup> una Principessa di Sassonia-<sup>a</sup>, tanto più, che Mons. Garampi recentemente passato per Dresda, nel darmi conto del suo viaggio rende i meritati elogi alla religione [95r] e pietà di tutta quella Elettorale Famiglia.

<sup>a</sup>-*fragmenta notis arcanis scripta, decifrata explicata in margine*

## N. 315

**Card. Lazarus Opatius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

*Romae, 22 VI 1776*

*Tractat de festis minuendis in ea parte archidioecesis Gnesnensis, quae est sub imperio Prussico.*

---

<sup>2</sup> Vschovia.

<sup>3</sup> Adam Bronikowski.

<sup>4</sup> Iosephus Mielzyński.

<sup>5</sup> Paulus Romanow.

*Or. decifr.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 96r-v.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 9r. *Praescriptio:* Altro foglio a colonna.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 274v-275r.

Roma, 22 Giugno 1776.

Essendomi ne' giorni scorsi abboccato col Ciofani, agente del Prussiano, per intender da lui se gli era per anche giunta commissione dalla Curia ecclesiastica di Gnesna di promuovere l'istanza del pontificio breve relativo alla riduzione delle feste di precetto in quella parte di diocesi, passata in dominio del Prussiano, m'ha egli assicurato di aver già qualche mese addietro ricevuta l'anzidetta commissione e di averla prima d'ora eseguita, con aver trasmesso il breve al Vicario Generale<sup>1</sup> del Primate<sup>2</sup>, al quale dovrebbe essere già pervenuto. Le partecipo tutto questo a coerenza di quanto promisi l'ordinario antecedente. V.ra Signoria Ill.ma è a portata di verificare le assertive del riferito agente [96v], e trovandole sussistenti, come non dubito, potrà parteciparne la notizia a Mr Benoit, dando nel tempo stesso risalto alla pontificia condiscendenza e facilitazione.

## N. 316

### *Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 22 VI 1776*

*Papa concedit, ut iurisdictio nuntii in Polonia ita ampliatur, ut sub eam Poloni in Russia degentes subiungantur.*

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 97r-v.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 9r-v. *Praescriptio:* Altro foglio in data come sopra.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 277r-v.

Roma, 22 Giugno 1776.

Volendo il Santo Padre provvedere ai spirituali bisogni e alla quiete delle coscienze de' cattolici stanziati nella Russia, dove in vigore de' pontifici brevi non si stendono le di lei facultà, mi ha commesso di abilitarla in di lui nome, come ora eseguisco, ad usare nelle rispettive occorrenze spirituali de' cattolici nella Russia, e specialmente ne' casi risguardanti il foro interno, di quella stessa spiritual giurisdizione, che ella esercita in tutto il distretto della Nunziatura di Polonia. Si riconosca ella dunque, in

<sup>1</sup> Ignatius Kozierowski vel Leo Morawski.

<sup>2</sup> Gabriel Podoski.

virtù della presente, fornita di tutta quella autorità, che [97v] corrisponde e corrisponderebbe alla trasmissione di un particolare pontificio breve. Sarebbe inutile, che io le insinuassi di usare delle per ora divise facoltà con quella circospezione, che avrà praticata il suo Antecessore, a spiritual vantaggio di que' popoli, che sortiti dalla dipendenza immediata di codesta Nunziatura, ne sono divenuti parte di un'altra.

### N. 317

#### *Card. Iosephus Maria Castelli ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 22 VI 1776

*Tradit preces metropolitae Wołodkowicz pertinentes ad controversiam, quam ille habet cum coadiutoribus.*

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 69 f. 30r. *Ascriptum:* Recepta die 19 Iulii 1776.

*Reg.:* APF, Lettere 228 f. 300r-v.

*Ed.:* Welykyj, *Litterae V*, p. 318-319. *Transcriptio secundum registrum*, APF, Lettere 228 f. 300r-v.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Dall'annessa copia di lettera<sup>1</sup> vedrà V.ra Signoria alcune petizioni, che fa Mons. Metropolitanò di Russia<sup>2</sup>. Questa S. Congregazione, che bramerebbe di vederlo consolato, rimette interamente l'affare alla di lei prudenza ed attività, giacché trovandosi presso codesta Corte, ella è a portata di conoscere con maggiore sicurezza quel che si possa accordargli senza pericolo d'incontrar delle opposizioni violente da parte de' Coadiutori<sup>3</sup>. E mentre l'assicuro dell'intera confidenza, che si ha nella di lei prudente destrezza, prego il Signore Dio che la conservi e la prosperi. Roma, 22 Giugno 1776.

Di V.ra Signoria

Come Fratello Affettuosissimo  
 a-G[iuseppe] M[aria] Card. Castelli Prefetto  
 Stef[ano] Borgia Segretario<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

<sup>1</sup> Adiunctum: Epistula D.ni Metropolitanì totius Russiae ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide sub die 30 Aprilis 1776. [*Incipit:* Litteras de die 16 Martii anni currentis datas cum tanta veneratione recepi...]. Cop.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 69 f. 31r-v.

<sup>2</sup> Felicianus Philippus Wołodkowicz.

<sup>3</sup> Antoninus Młodowski, Ludovicus Leo Szeptycki.

*Antonius Franciscus Vezzosi ad Ioannem Andream Archetti**Romae, 22 VI 1776**Rogat nuntium, ut theatinis Varsaviensibus consulat, qui controversiis agitantur.**Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 131 f. 437r-438r. Ascriptum in 437r: Ric. 18 Luglio 1776.*

Eccellenza Rev.ma

Avendo inteso essere giunta V.ra Eccellenza Rev.ma alla residenza della sua Nunziatura, ravviso essere mio preciso dovere l'indirizzarle questo rispettoso mio foglio, e per tributarle le dovute congratulazioni, e per ratificarle quella mia ossequiosa servitù, che da molti anni ho avuto l'onore di professarle, come anco la grata mia riconoscenza per tante distinte grazie e favori, che in diversi e molti incontri si è degnata dispensarmi. Mentre tutto questo intendo che esprimano queste mie righe, confido per la sperimentata sua gentilezza di riportarne dall'Eccellenza V.ra Rev.ma il desiderato gradimento, che senza meno mi pregierò annoverare tralle altre molte obbligazioni, di cui le vado debitore.

M'avanzo poi a raccomandare alla valevole sua protezione ed autorità i pochi miei religiosi, che [437v] costà si trovano al servizio di codesto Collegio<sup>1</sup>. Averà inteso da Mons. Garampi, suo degnissimo predecessore, i dispiaceri ed i disturbi tra essi insorti. Vivamente la supplico a graziarli della sua assistenza. Ella come Nunzio è loro superiore. Me le professerò singolarmente obbligato se usando con essi di sua autorità, provvederà alla loro quiete, decoro e religiosa condotta, come pure al buon regolamento del collegio, che ripongo tutto nelle di Lei mani, ed alla di Lei disposizione. Perdoni di grazia se ardisco incomodarla; non so come soddisfare a doveri del mio impiego verso codesti pochi Teatini, che col consegnarli alla sua e protezione e disposizione. Questo acquieta il mio spirito, onde pieno di fiducia, bramando di farle nota la mia vera riconoscenza e le mie obbligazioni, la supplico [438r] devotamente a conservarmi l'onore di sua padronanza ed a prevalersi nelle occasioni di me, ove mi ravvisi abile ad

---

<sup>1</sup> Collegium Varsaviense, schola theatinorum Varsaviae ad plateam Długa sita, fuit usque ad annum 1780.

obbedirla, mentre ossequioso passo a dirmi. Roma, S. Silvestro a Monte Cavallo, li 22 Giugno 1776.

Di V.ra Eccellenza Rev.ma

Devotissimo ed Obbligatissimo Servitore Vero  
Antonio Francesco Vezosi<sup>2</sup> CR<sup>a</sup>

<sup>a</sup>Ordo Clericorum Regularium vulgo Theatinorum

## N. 319

### *Michaël Prymowicz ad Ioannem Andream Archetti*

*Radomisliae, 22 VI 1776*

*Tradit documenta ad unitos Ucrainenses pertinentia. Summus dux Szyrkow cum suis militibus in Ucraina commoratur. Qua re fit, ut Ecclesia unita in periculo sit. Sed multi uniti, qui antea apostatae facti sunt, pericula contemnent in unionem redeunt.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 50r-51r. Ascriptum in 50r: recepta die 2 Iulii 1776.*

22 Iunii 76 de Radomysl.

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Protector Singularissime

Quod ad Literas Suae Excellentiae Ill.mae de 24 elapsi expeditas<sup>1</sup> (negotiis Protopresbyteratis Congregationis annuae in Palatinatu Kijoviensi Bonis Mensae Metropolitanae Radomysl<sup>2</sup> celebratae distentus) statim non respondi, veniam supplico, nihilominus adversus exortas ab apostatis turbulentias, mox remedia in manus Rev.di Domini Lewinski<sup>3</sup> videlicet Instructionem a civibus palatinatus Kijoviensis electis nuntiis ad comitia generalia in anno adhuc 1768 celebrata datam primum schismatis in Ukraina authorem candelae extinctorem ac abunde effusi sanguinis Catholici motorem enucleantem, manifestationem in recenti interemptione per apostatam in persona Rev.di Michaelis Krzyzanowski Parochi Berezianensis<sup>4</sup> executam factam, haec dico authentica documenta, tertii copiam obductionis cadaveris Cirilli apostatae ex usu fortis liquoris, cremati attestantem misi, ac eiusdem quaerelae ex polono in latinum idioma transversae copiam ad literas Suae Excellentiae Ill.mae apposui.

<sup>2</sup> Antonius Franciscus Vezosi (1708-1783), Theatinorum praepositus generalis.

<sup>1</sup> Quae epistula in archivo Archettiano adhuc non est reperta.

<sup>2</sup> Radomislia.

<sup>3</sup> Stephanus Lewiński.

<sup>4</sup> Berezianka.

Huius recentis turbulenciae in Palatinatu Braclaviensi<sup>5</sup> innovatae R.D. Lubinski<sup>6</sup> Officialis Braclaviensis veram relationem iam a me monitus dabit Suae Excellentiae Ill.mae, cum et ab antistite ad eandem conscribendam et cum omni adhibito studio sedandam designatus sit.

Sua Excellentia Ill.ma flammae in Ukraina exorsae ac effectuum eius adusque se continuantium certior non erit, nisi meam descriptionem deplorabilis status Archidioecesis Metropolitanae Kijoviensis immediato Suo Antecessori transmissam quamvis ob longam, qua tam anteactam, quam modernam historiam continentem, sibi legi permiserit, ex qua cognoscet, qua ratione praetextu et colore, metus, seditiones, caedes, violentiae et persecutiones Ecclesiae Dei Catholicoque populo inferuntur, et adusque permissione Dei recrudescant.

Subaudio hodie militem Rossiacum mandato ac si Generalis Szyrkow<sup>7</sup> novas clero et populo Catholico non ita pridem vario molestiarum genere ad nonunionem tracto, sed his amotis, mox cum S. Ecclesia Romana Catholica reconciliato, inferri violentias, quamvis aliam Excellentissimi Domini de Sztachelberg<sup>8</sup> Ministri Rossiaci ad Ill.mum Szyrkow Generalem Exercitus Rossiaci expressionem in Regno Poloniae consistentis commendantem, directam, per Ill.mum D.num Grochowski Castellatum Braclaviensem [50v] Magnifico Jaroszynski Capitaneo Wyzgrodensi<sup>9</sup> successive ab eodem mihi communicatam legi.

Iam finem meae praesenti scripturae apponere volueram, ecce Rev.dus Gabriel Niesonski parochus Hopczycensis<sup>10</sup> de Tractu Pohrebiscensi<sup>11</sup> Ill.mi D.ni Rzewuski<sup>12</sup> Vexilliferis Magni Ducatus Lithuaniae haeredis, adtulit mihi in copia Rossica idiomate scriptum mandatum manu Ill.mi D.ni Generalis Szyrkow firmatum, quo disponit ordinatis per se militibus recipiendas a Catholicis Ecclesias, sed huic communitates reconciliatae se opposuere, docendo et remonstrando se iam cum Sanctam Romanam Catholicam Ecclesiam reconciliatos, nec ullo modo disunioni accerseri velle, haec exemplaria devotionis suae officia communitates oppidi Pohrebiszcz ac aliis in hoc tractu reperibiles ostenderunt, de quibus missus miles nullis attentatis violentis in alios locos abscessit. Sed iam graves factas molestias in Tractu Białocerkievicensi<sup>13</sup> ac aliis experior.

---

<sup>5</sup> Braclavia, cf. SGKP I, p. 345sqq.

<sup>6</sup> Ioannes Lubiński.

<sup>7</sup> Simon Szyrkow, dux summus Russicus.

<sup>8</sup> Stackelberg.

<sup>9</sup> Civitas Vissogrodensis, cf. SGKP XIV, p. 151sqq.

<sup>10</sup> Hopczyca, cf. SGKP III, p. 120.

<sup>11</sup> Pohrebyszcz, cf. SGKP VIII, p. 522sqq.

<sup>12</sup> Stanislaus Ferdinandus Rzewuski (1737-1786), vexillifer magnus Lithuanus annis 1762-1782.

<sup>13</sup> Bialoquerca, cf. SGKP I, p. 175.

Quae omnia fideliter Suae Excellentiae Ill.mae denuntio, ac praedictorum expressionis Excellentissimi de Sztachelberg Ministri, tum mandati Ill.mi Generalis Szyrkow Commendantis copias ex Rossiaco idiomate in latinum fideliter transversas aduco. Appono quoque 24 pro interim exemplaria authentica reconciliatarum cum parochianis ecclesiarum, quae R.D. Lewinski servabitur, ac eadem demandata Suae Excellentiae Ill.mae, Ill.mis Ministris Status vel cuius intererit, praesentabit. Circa haec humillima cum demissione maneo.

Ill.mi Excell.mi et Rev.mi Domini Protectoris Singularissimi

<sup>a</sup>-Subpedaneus Servus et Exorator Continuus  
Michael Prymowicz mpp

R.D. Bortymowski Praepositus Ritus Latini Pikoviensis<sup>14</sup> hodie significavit mihi per suam epistolam, commendam Rossiacam cum apostatis, Ecclesias Ianoviensem<sup>15</sup>, Hupczynensem<sup>16</sup> et Chomutynecensem<sup>17</sup> recipere velle. Quam in originali praesenti appono.<sup>a</sup>

<sup>a</sup>-*manu propria*

## N. 320

### *Ioannes Andreas Archetti ad priorem conventus Stenzycensis<sup>1</sup> Conventualium*

*Varsaviae, 22 VI 1776*

*Parochiam propinquam curae pastoralis franciscanorum commendat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 209r-v.*

A dì 22 Giugno 1776

Admodum Rev.do P. Priori Conventus Stenzycensis Ord.is PP. Conventualium

Praepositura in Gołab<sup>2</sup> Paternitatis V.rae ac suorum religiosorum omnium operam studium, sollicitudinem hoc praesertim tempore vehe-

<sup>14</sup> Pików, cf. SGKP VIII, p. 125sqq.

<sup>15</sup> Janovia.

<sup>16</sup> Hupczyca.

<sup>17</sup> Chomutyńce, cf. Kołbuk, p. 101.

<sup>1</sup> Steżyca, monasterium Transfigurationis Domini Nostri franciscanorum conventualium provinciae Polonae (custodiae Lublinensis), cf. Litak, p. 407.

<sup>2</sup> Gołab in dioecesi Cracoviensi, cf. Litak, p. 255.

mentissime flagitat. Indicto enim Iubileo ut maximum hoc beneficium ad omnes Christi fideles pertinere possit, omnino necesse est, ut omnibus opportune praemostretur aeternae salutis via divini verbi praedicatione, ut sacramentales confessiones diligentius excipiantur, aliaque id genus spiritualia subsidia frequentatius administrentur. Sed cum in ista praepositura presbyteri saeculares admodum pauci versentur, tot muneribus rite obeundis pares esse non possunt. Itaque Paternitatem V.ram obsecro, atque obtestor, ut istarum animarum saluti opituletur, ac tanto operi tam salutari, tam seraphice vocationi consentaneo manum diligenter admoveat. Sed in primis duos ex suis religiosis mittat doctrina, et pietate praestantes, qui qua[209v]tenus necesse erit in eadem praepositura commorentur. Ipse autem praepositus, qui quamquam id maxime cupiat, aulicis occupationibus impeditus adesse non potest diligenter curabit, ut quidquid usus vitae postulat religiosis illis abunde suppeditetur. Plura scribere supersedeo, ne cum Antecessor meus ad singulos regulares superiores prolixam hac de re epistolam dederit actum agere videar. Haec tamen ipsa quae scripsis satis argumento esse possunt quantae mihi sit curae ut omnia spiritualia auxilia omnibus Christi fidelibus in ista praepositura existentibus presto sint. Profecto praeter mercedem illam multo maximam quae preparata est iis qui erudiunt multos ad iustitiam Paternitatis V.rae maximo me sibi beneficio obstringet, si intellexero se hoc opus perlubenter suscepisse, ac constanter urgere. Interea Paternitati V.rae fausta omnia adpraecor.

## N. 321

### *Ioannes Andreas Archetti ad Petrum Laschi*

*Varsaviae, 22 VI 1776*

*In epistula ad rectorem scripta tractat de rebus nummariis ad collegium Brausbergense sustinendum pertinentibus.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 209v.*

A di 22 Giugno 1776.

Admodum Rev.do Domino Petro Lascki<sup>1</sup> Collegii Pontificii Brunsbergensi<sup>2</sup> Rectori

Redditae mihi nuper fuerunt Dominationis V.rae litterae sub die 10 Iunii<sup>3</sup> singulis quarum capitibus statim rescribere opportunum duxi.

<sup>1</sup> Petrus Laschi (Laski).

<sup>2</sup> Braniewo.

<sup>3</sup> Cf. N. 270.

Ad primum igitur quod attinet, ad permutandam nempe methodum solutionis pensionis pro isto collegio, quae utilior Dominationi V.rae videtur, nullum quidem meum in hac Apostolica Legatione Antecessor mecum sermonem habuit, sed nova omnino ex postremis Dominationis V.rae litteris mihi pervenit. Verum ut quid in hac re sentiam, libere aperiā, mihi videtur, quod non tam facile Sacra Congregatio ad supradictam methodum descendet utque quae non satis clara, sed nimiam ut ita dicam involuta, et periculosa etiam adhuc appareat. Egotamen Dominationis V.rae voluntati morem gerendo, statim, ac de Amstelodamiensis mercatoris nomine doceor de hoc enim silentium, et scitu omnino necesse est rem totam ad Sacrae Congregationis Secretarium referam.

De solutione vero faciēda pro trimestre Iulii, Augusti, et Septembris, meus Antecessor instructum utique me reddidit, et de hoc ad S. Congregationem iam scripsi, sed responsum hactenas desidero. Scripsi videlicet, quod si Sacrae Congregationi placuisset huiusmodi stipendia Romae solvere meo thesaurario ut solebat antea thesaurario Antecessoris mei Romae commoranti, hic ego eiusdem Antecessoris mei vestigia tenuissem, si minus, doceret de ratione.

Mercator Varsaviensis Wasilewski obtulit syngrapham a Dominatione V.ra subscripta pro solutione 30 aureorum quae summa statim a me persoluta fuit. De caeteris vero aliis solutionibus quando a me factae fuerint Dominationem V.ram instructum reddam. Supersedeat tamen Dominatio V.ra in similibus summis accipiendis donec Romae responsum aliquod mihi pervenerit quia tunc res omnis rite riteque composita erit. Haec habui quae ad Dominationem V.ram rescriberem, cui alumnorum curam summo opere commendo et interim etc.

P.S. Signaturus epistolam Rev.dus Ghigiotti, et D.nus Paul. Borzymowski obtulerunt respectivas syngraphas a Dominatione V.ra subscriptas quorum primo solvi aureos sexaginta duo, et scutum unum, alteri vero aureorum quinque et ita solutiones omnes completae a me fuerunt.

## N. 322

### *Ioannes Andreas Archetti ad Iosephum Prozor*

*Varsaviae, 22 VI 1776*

*Laudat eum foundationis largae et curae de Ecclesia habitae. Quod ad causam sacerdotis Malinowski pertinet, necesse est, ut metropolitam Kioviensem consulat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 210r.*

A dì 22. Giugno 1776.

Ill.mo et Excellentissimo Domino Iosepho Prozor Castell. Witebsk<sup>1</sup>

Ex iis quae mihi Dominatio V.ra Illma in litteris suis diei 6 labentis mensis<sup>2</sup> disserte significavit de domo correctionis pro praesbiteris Ruthenis, quam in bonis suis hereditariis erexit, et redditibus cumulavit perspicue intellexi eximium zelum quo Dominatio V.ra pro Ecclesiasticae disciplinae incolumitate, et observantia afficitur. Non possum itaque quin hoc praeclarum opus debitis laudibus prosequare, et extollam, quin immo ut Dominatio V.ra inchoatam foundationem perficere, et novis redditibus augere facile possit Deum Optimum Maximum enixe deprecor, ut super nobilem virum de Catholica Religione adeo benemeritum divinae benedictionis abundantia diffundat.

Sis autem quae in eisdem litteris Dominatio V.ra mihi scripsit de sacerdote Iosepo Malinowski non possum modo plenum dare responsum, cum me prorsum lateat quidquid actum fuit post assertam illam exemptionem ab archiepisco nunc S.R.E. Cardinali Durini concessam, num scilicet a meo Antecessore fuerit confirmata, et num in praesenti idem sit rerum status, ea temporum conditio. Ut primum autem opportunas notitias accipiam a Rev.mo Metropolitano, quem rogavi ut de his omnibus certiosem me reddat; si iniusta praedictio sacerdoti contra canonum, et ecclesiasticarum legum sanctiones irrogari mala, aut imminere pericula cognoscam eius indemnitati consulere non ommittam. Interim vero si ipse gravamen aliquod a Suo Metropolitano recipiet, nihil obest quominus in casibus a iure permissis ad hoc Tribunal Apostolicum pro sublevatione recurrere possit. Iustus enim esse debet quod iustitia non fraudabitur inspectis praesertim officiis Excellentiae V.rae cui me ex animo profiteor.

### N. 323

*Ioannes Andreas Archetti ad Stanislaum Augustum Poniatowski*

*Varsaviae, 22 VI 1776*

*Nomine comedulorum Vigrensiu[m] partem pecuniae ab eis collectae nuntius regi tradit. Sperat regem benevolum fore et operam daturum esse, ne iudicio ventur, quod in Lida suspensum est.*

*Cop.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 355r-v.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 22v-23r.*

<sup>1</sup> Vitebscia, cf. SGKP XIII, p. 631.

<sup>2</sup> Cf. N. 247.

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 29v. Praescriptio:* Copia del primo biglietto a Sua Maestà.

Sagra Real Maestà.

Degnossi la Maestà Vostra di accogliere col Real suo gradimento gli umili sentimenti di riverenza e di attaccamento alla Sacra Sua Persona, che in nome degli eremiti Camaldolesi di Vigri ebbe l'onore di esporle l'Arcivescovo di Berito mio Antecessore, e degnossi di ravvisare la sincerità di tali sentimenti nella risoluzione da loro presa di offerire alla Maestà Sua lo spontaneo tributo di cento mila fiorini. Sodisfecero essi subito in parte al loro impegno per quanto le proprie angustie glie lo permisero, ed il medesimo Arcivescovo di Berito pregò Vostra Maestà a non disgradire il primo attestato del loro ossequio con accettare la consegna di due mila ducati, scorgendo quanto grande fosse la sollecitudine che essi avevano di compire al restante. Continua è stata la premura de' detti religiosi per adunare tutta la somma, ma non anno potuto sinora raccogliere che [355v] mille ducati. Questi in loro nome io umilio alla Maestà Vostra come un nuovo contrasegno del loro rispetto e dell'anzietà, in cui sono di sodisfare internamente alla propria obligazione, poiché confidano che Vostra Maestà, seguendo gl'impulsi del pio e generoso suo cuore voglia imporre perpetuo silenzio alla causa *Facti* pendente nel Tribunale di Lidda<sup>1</sup> e per clemenza della Maestà Vostra di già sospesa, e con novo privilegio renderli per il tempo avvenire novamente tranquilli e sicuri. A questo fine mi sia permesso, Sire, di porgerle le più vive e riverenti suppliche. Io ripongo una ferma fiducia di essere esaudito, non solo nella Reale munificenza di V.ra Maestà, ma ancora nella somma bontà con cui dimostra di aggradire quel sommo rispetto e divozione, colla quale mi dedico e mi rassegno. Varsavia, 22 Giugno 1776.

#### N. 324

*Ioannes Andreas Archetti ad Stanislaum Augustum Poniatowski*

*Varsaviae, 22 VI 1776*

*Nuntius Garampi rem comedulorum Vigransium ad finem adducere non potuit. Nuntius sperat regem bonum iussurum esse, ut fines bonorum comedulorum et regis statuatur et ut tollatur iudicium, quod in Lida suspensum est.*

*Cop.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 356r-v.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 23r-v.*

---

<sup>1</sup> Lida, cf. SGKP V, p. 215sqq.

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 29v-30r. Praescriptio:* Copia del secondo biglietto a Sua Maestà.

Sacra Real Maestà.

Non potendo l'Arcivescovo di Berito, mio Antecessore, nell'angustia del tempo che rimaneva alla di lui partenza, profittare delle clementissime e benigne disposizioni nelle quali era Vostra Maestà rapporto alle riverenti preghiere da esso umiliatele a nome degli eremiti Camaldolesi di Vigri, condiscese la Maestà Vostra che egli lasciasse a me l'onorevole incarico di prender cognizione di tutto quello che potesse interessare l'indennità e sicurezza dei medesimi religiosi per poi umiliarne il risultato alla Maestà Vostra. Affidato a questa Reale condiscendenza supplico devotamente Vostra Maestà a volermi permettere di poterle presentare le rispettive istanze de' religiosi, concernenti non meno i limiti delle possessioni da stabilirsi coll'aggiacente economia regia, che il perpetuo e finale silenzio da imporsi alla <sup>α</sup>-causa *Facti-α*, che pendeva nel Giudizio Terrestre [356v] di Lidda, e che per clemenza della Maestà Vostra restò sospesa. Daranno quelle a Vostra Maestà un ampio campo di usare coll'eremo di Vigri la Reale e pia sua munificenza, e di onorar me di quelle Sovrane grazie che ognora mi riprometto dalla religiosa pietà della Maestà Vostra, a cui con profondissimo ossequio mi dedico e mi consacro. Varsavia, 22 Giugno 1776.

<sup>α</sup>-*α* *verba linea subducta*

## N. 325

*Stanislaus Augustus Poniatowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Varsaviae, 22 VI 1776*

*Rex scribit comedulos Vigrenses a se coli. Paratus est controversias ita componere, ut utraque pars contenta sit.*

*Cop.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 357r-v.*

*Cop.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 23v. Praescriptio:* Risposta.

*Cop.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 30r. Praescriptio:* Copia della risposta di Sua Maestà ai due sopra biglietti.

Reverendissimo Signore

I nostri sentimenti circa gli affari dei Camaldolesi di Vigri sono coerenti a quanto sotto li 11 Aprile di quest'anno<sup>1</sup> abbiamo significato in

<sup>1</sup> Cf. AV, Arch. Nunz. Varsavia 59 f. 398r-v.

iscritto al Rev.mo Signor Arcivescovo di Berito suo Antecessore nella Nunziatura, e divengono sempre più propensi verso i medesimi religiosi per riguardo dei buoni uffici di V.ra Signoria Rev.ma. Noi valutiamo questi moltissimo, ed abbiamo gradite altresì le prove che in tale occasione ci ha date del suo speciale attaccamento. Dalla continuazione di questo ci ripromettiamo sollecitamente l'intera soddisfazione per parte dei religiosi di Vigri, e questa seguita, sentiremo con piacere quanto V.ra Signoria Rev.ma sarà per proporci rispetto ai limiti delle vicendevoli possessioni. L'assicuriamo intanto, che mentre bramiamo [357v] dare ad essi conferma della Nostra propensione e beneficenza, la Nostra principale intenzione si è di mostrare a V.ra Signoria Rev.ma la vera stima ed affetto che abbiamo meritatamente concepito per la sua degna Persona, alla quale preghiamo da Dio ogni maggior contentezza. Varsavia, 22 Giugno 1776.

Stanislao Augusto Re.

## N. 326

*Ioannes Odyński ad Ioannem Andream Archetti*

*Lublino, 23 VI 1776*

*Adiuvat rem capuccini, qui saecularisationem petit.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 129 f. 47r-48v. Ascriptum in 47r: recepta die 25 Iunii 1776.*

Ill.me Excell.me Rev.me D.ne D.ne

Statim ut praesens ipse Lublini, accepi venerabundus Ill.mae Excell.mae Reverendissimae Dominationi V.rae literas<sup>1</sup> de P.[atre] D.[eocharo]<sup>a</sup> disponentes, eundem clam ad me curavi adesse, atque ad omnia quae in se expressae retinent sum cohortatus. Quae ex oblonga, ultro citroque cum ecclesiae collocatione collegi, fideliter, et prout aggravatam meam vult Excellentia V.ra habere conscientiam, denuntii.

Vir iste plus miser et infelix, qui in pessimus, enimvero ad quae cumque demum devenit pessima, devenit potius motibus perturbati animi, quam praesumptive prave voluntatis. Proinde sub hoc laesivo nomine apostasiae, istud infauste induit, magni compassione quam execratione dignus.

---

<sup>1</sup> Cf. N. 304.

1mo Ut ad Religionem redeat et vitam ibidem infessam continuat nullatenus persuaderi potest, allegans: quod non aliter ibi viveret nisi inutiliter, mortificate et desperate, praesertim cum iam antea a male sibi praecante Provinciali patris meras suspiciones et adhuc anteriores ansas fuerit mortificatus, et ob hanc causam pro dimissione e Religione primum fecit recursum, iam ipsum tali vitae subsignare<sup>b</sup> nullo iure cogitat, Sancta vero Mater Ecclesia, quo pie ipsum ligavit in Religione, potest absolvere, nam hoc solo modo melius ipsiusmet prospici etenim<sup>b</sup> saluti. [47v]

2do Ut in aliquo clastro Capucinatorum expectet pro sua saecularizatione (quam omnino exoptulat et necessariam habet) dispensationem, neque adhuc adduci valde, dicens: quod omnibus esset ostentui et detestationi, ibi praesenti suo interiori atque exteriori statu quod ipsa suadet ratio.

3tio Ob hanc ipsam rationem in nulla aliquorum Religiosorum domo, dicit se posse manere, porro cum omnibus et ubique sit notus, quo de meo spectaretur oculo. Certe maioris [...]c et scandali esset occasio.

4to Apud meam Ecclesiam, et in domo mea, corde et animo vellem ipsum commoneri, et sustinere verum cum et apud me sunt saeculares sacerdotes et religiosus me adiuvens, nec hic servari posset secretum, ergo potius persistendum: ut permaneat in loco, ad quem iam se semel recepit, donec de benignitate Apostolica, obtinere poterit saecularizationem qua gratia promittit se omnino bene usurum, atque omnia obsequia Ecclesiae exerciturum. Nec timendum est de aliquibus ipsius divagationibus et scandali coram saecularibus, non quaecunque in ipso ad oculum apparent, omnino honesta sunt: incedit indutus veste quidem saeculari attamen Ecclesiastica, commonetur in tali loco ubi nulli est notum ipsum aliquando fuisse Religiosum [48r] sed habetur pro saeculari sacerdote, et credo quod praeter me, et S. Nuntiaturam, idque sub omnimodo secreto nullus alius huius rei sit [...]c. Habet ab aliquo ex magnatibus Varsaviae sibi subministratas pro sua saecularizatione omnes indigentias. [...]c dum binos inservientes famulos, demum conversatis ipsius (ut iustum dem testimonium) est hic in reguli omnimode honestis. Sola tantummodo praemittitur inquietudine et quasi desperatione quod sic debet latere, nec adhuc prospexit, ad quem ipsi deveniendum sit finem. Quantum potui sum ipsum in hic consolatus, ac de solitudinibus Illm. ae Excell. mae Reverendissimae Dominationis V. rae in ipso iuvando fidem omnem assecuravi, super quibus aequaliter substitit.

Iam igitur Excellentissima Ill. ma Rev. ma Dominatio V. ra [...]c amore Dei et proximi qua coepit cordi sui benignitate, eundem prosequatur salvo eiusdem (quod enixissime exoptulat) ubique apud homines fama non extendendo notitiam de ipsius progressu, etiam ad Patres Capucinos, a quibus timet vel maxime propositus. Cum vere per depositionem Religiosi habitus incurrerit aliquas censuras, habeatur vero pro sacerdote et teneatur celebrare Sacra, exoptulat omni humilitate sublevari, modo qui convenientis visum fuerit.

Denique in hac moderno statu suo quo sae[48v]curius expectet ab urbe sanctam dispensationem, per aliquod instrumentum tueri obsecrat.

In reliquis implere voluntatem Ill.mae Excell.mae Rev.mae Dominationis V.rae curabo, ac quae significanda erunt significabo. Nunc profunda cum veneratione permaneo.

Illm.ae Excell.mae Rev.mae Dominationis V.rae

Servus Obsequentissimus  
Ioannes Odynski D[ocor] S.[acrae] Th.[eologiae]  
Prepositus Garboviensis<sup>2</sup>

Datt. Lublini 1776, die 23 Iunii.

<sup>a</sup>Abbreviatio P.M. pro abbreviatione P.D. substituta esse videtur, inde transcriptio opinabilis  
<sup>b</sup>transcriptio incerta    <sup>c</sup>verbum illegibile

## N. 327

### *Stanislaus Malachowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Naleczoviae, 23 VI 1776*

*Rogat, ut vetus parochus munus suum in Nałęczów continuet, quamquam parochiam novam propinquam accepit.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 128r-v. Ascriptum in 128r: Cracovia.*

Die 23 Iunii 1776 anno in Nałęczów

Ill.me et Excellentissime D.ne D.ne et Benefactor Collendissime

Expertus sum toties gratiam Reverendissimae Dominationis V.rae in negotiis meis, et nunc repeto petitionem meam. Vacat ad praesens Ecclesia mea in Nałęczów<sup>1</sup> post ascensum Reverendi Adalberti Urliłowski<sup>2</sup> Curati in Nałęczów Viri activi circa gubernationem et reparationem Ecclesiae (cuius nec non finivit reparationem) ideo supplico Reverendissimum Dominum, ut ad aliquid tempus concedat Ipsi Regimen Ecclesiae ut finiam reparationem meam, quoniam assumptum beneficium in Bełżyce<sup>3</sup> eius

<sup>2</sup> Garbów.

<sup>1</sup> Nałęczów, cf. SGKP VI, p. 892.

<sup>2</sup> Adalbertus Urliłowski (1728-circa 1797), presbyter, cf. Szczepaniak, p. 712sq.

<sup>3</sup> Bełżyce, cf. SGKP I, p. 131sq. Urliłowski plebanus in Bełżyce anno 1776 factus est, cf. Szczepaniak, p. 713.

proximum est ad unum miliare. [128v] Pro Beneficio mihi praestito aevi-  
ternam inscribo gratitudinem manens

Ill.mae et Excellentissime Dominationis V.rae

Servus humillimus  
<sup>a</sup>Stanislaus Małachowski<sup>4</sup>  
Capitaneus Vavolnicensis<sup>5-a</sup>

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 328

***Basilii Bahrynowski ad Ioannem Andream Archetti***

*Vilnae, 24 VI 1776*

*Rogat, ut sibi liceat domum familiarem ire, ut ex morbo recreatus melius va-  
leat. Rogat quoque, ut nullo comitante iter facere possit.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 366r-v. Ascriptum in 336r manu Archet-  
ti: Recep. 28 Iunii 1776.*

Ill.me Excellentissime D.ne D.ne Protector Clementissime

Imperitia medicorum qui Vilnae reperiuntur, simulque insufficientia  
expensarum huius collegii cum nullam mihi spem faciant sanitatis in  
defectu recenter acquisito, necessario impellor ad illas coram Excellentia  
V.ra fundendas preces, ut tametsi iam tempore sero impertiri mihi licen-  
tiam proficiscendi domum pro vacationibus non dedignetur, ibi namque  
sine ullis expensis collegii huius et citius forte ac percutius convalescere  
possem, cum ad id vel ipsa vegetatio ex iudicio medici conferret plurimum,  
imo ex eiusdem sententia sit necessaria. Quandoquidem vero usque in  
Ukrainam profecturus sum adeo dissitam regionem a loco mansionis,  
idecirco exposco ardentissime dispensari mecum in assignando socio, ne et  
ipsi molestus fiam [366v] et mihimet, ut opus erit haud sufficiens. Totum  
id in V.ra Clementia semper Deum pro incolumitate sua exoraturus.

Illustrissimi Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Domini Pro-  
tectoris Clementissimi

Infimus Cliens

Basilii Bahrynowski Sanctissimi Domini Alumnus, mpp

Vilnae in Collegio Pontificio Anno 1776, die 24 Iunii.

<sup>4</sup> Stanislaus Małachowski insignis Nałęcz (1727-1784), capitaneus Oppidi Vavelni-  
censis, pertinuit ad eum Bochothnica-Nałęczów.

<sup>5</sup> Oppidum Vavelnicense, cf. SGKP XIII, p. 181.

## N. 329

***Isaias Szulakiewicz ad Ioannem Andream Archetti***

*Vilnae, 24 VI 1776*

*Rogat, ut sibi liceat domum familiarem ire, ut otio fruatur.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 369r-v. Ascriptum in 369r: Recep. 28 Iunii 1776.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Protector Clementissime.

Dabis veniam Clementissime D.ne, quod forte importunus fiam secundum pristinum morem recurrens hisce literis ad se pro expetenda licentia ad proficiscendum in vacationes. Ad id enim pluribus sum coactus rationibus, nimirum et virium debilitate tertium iam annum in alumnatu absque interruptione addiscendae theologiae imprudens et expensis pluribus conductum hominem cum equis per me missis Vilnae sustentans exsoluturus, tandem illi certam pecuniam et quod Mater nimia aegritudine correpta desideret omnino me praesente rerum iacere divisionem inter sorores et fratrem, quodque domum egomet ipse pluribus indigeo, quod nisi proficiscar, acquiram minime. Haec itaque sunt momenta, quae [369v] humiles preces meas Suae Excellentiae significandas fecerunt, quorum effectus ad ardentius Deum Ter Optimum maximum pro incolumitate Sua exorandum me urgebit continuo.

Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi Domini Domini Protectoris Clementissimo

Infirmus Cliens  
Isaias Szulahiewicz OrDB[M]<sup>a</sup>

24 Iunii Anno 1776, Vilnae in Collegio Pontificio.

<sup>a</sup>*cum tomus consueretur, textus corruptus est. Verisimiliter: Ordinis Basilii Magni*

## N. 330

***Ioannes Andreas Archetti ad Ioannem Grochowalski et Ioannem Przybyłłowicz***

*Varsaviae, 25 VI 1776*

*Nuntius dat potestatem visitandi bona cisterciensium Suleioviensium, quae a Stanislao Rutkowski in quadraginta annos conducentur.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 72 f. 319r-320r.*

Ioannes Andreas Archetti ex Marchionibus Formigariae, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio Solio Assistens, Sanctissimi Domini Nostri Domini Pii Divina Providentia Papae VI eiusdemque S. Sedis Apostolicae in Regno Polonico et Magno Ducato Lithuaniae cum Facultatibus Legati de Latere Nuntius.

Dilectis Nobis in Christo Perillustri, Illustri et admodum Rev. dis Dominis Ioanni Grochowalski Ecclesiarum: Cathedralis Plocensis Coadiutori, et Collegiatae Volborensis<sup>1</sup> actuali Scholastico, atque Ioanni Iosepho Przybyłłowicz Canonico Collegiatae Loviciensis<sup>2</sup>, Iudicii Surrogato Petricoviensi Salutem in Domino Sempiternam. Noverint Perillustris, Illustris admodum Rev. dae Dominationis V. rae porrectum fuisse ex parte Perillustris Rev. mi Domini Stanislai Potkanski abbatis commendatarii Suleioviensis Ordinis Cisterciensis supplicem libellum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae VI, quo repraesentatum eidem Sanctissimo Domino est: quod cum idem Perillustris Rev. mus Dominus Abbas habeat villam Czekanow<sup>3</sup> nuncupatam cum molendino ex fundatione iuris patronatus Regii ad mensam suam abbatialem spectantem, in Palatinatu Siradiensi<sup>4</sup>, districtu vero Petricoviensi<sup>5</sup> sitam, cuius fundi medietas fere, nedum per vicinum nobilem, de Rosprza<sup>6</sup> adhuc stante possessione sui praedecessoris Martini Załuski immediati abbas commendatarii Suleioviensis violenter occupato, et avulsa extitit, verum etiam ante quatuor circiter annos eadem villa iniuria casualis ignis in cineres redacta adeo, ut ad praesens destituto praedio, quindecim dumtaxat numeret colonos, quorum obligatio est prestandi ad mensam abbatialem annum censum in summa circiter trecentos florenos Polonicales, et pro perficiendis diuturnis laboribus non absque molestia ad praedium alterius villae abbatialis satis remotum accedendi. Cum porro fidem coloni per continuum fere tum Regni, tum extranei militis transitum, ita sunt depauperati, ut pro sublevatione, et iuvamine eorum, utpote in extructione casarum, in conductione lignorum de aliena sylva, ac praevia solutione, dictus abbas longe plus expendere teneatur, quam utilitates, et commoda experiatur, ac insuper ab iisdem colonis, super diminutione eiusmodi annui census in iudiciis referandariatus Regni litem habeat institutam: altera quoque lis cum dicto nobili de Rosprza intuitu recuperandorum avulsorum in Tribunali Regni cum notabilibus expensis est instituenda; ac demum extractio praedii in eadem villa, elevatio aggeris,

---

<sup>1</sup> Volboria.

<sup>2</sup> Lovitia.

<sup>3</sup> Czekanów, cf. SGKP I, p. 790.

<sup>4</sup> Palatinatus Siradiensis, cf. SGKP X, p. 571sqq.

<sup>5</sup> Petricovia (Piotrków Trybunalski), cf. SGKP VIII, p. 187.

<sup>6</sup> Rozprza, cf. SGKP IX, p. 842.

seu pontis lutositate magnopere obruti, difficilemque ad eandem villam accessum causantis, non postremas expensas praerequirat. Iam vero ad supportationem praerecensorum onerum dictus Rev.mus Abbas propter iniuriam temporum sentit se esse minime sufficientem: hinc est, quod ipse summopere cupiens eiusmodi villam cum molendino iam alias dimisso, meliori statui reddere, illiusque proventus mensae abbatiali utiliores, ac magis proficuos adinvenire, induxit in animum mediante contractu cum Generoso Domino Stanislao Rutkowski, Suae Regiae Maiestatis Secretario, ac de se bene merito (salvo nihilominus beneplacito Sanctae [319v] Sedis Apostolicae) inito, eandem villam Czekanow cum molendino, eidem Generoso Rutkowski, eiusque successoribus in emphyteusim ad quadraginta annos pro annuo canone in summa florenorum Polonicorum sexaginta solvendo ac cum conditionibus sequentibus licitis, et proficiis dimittere: nimirum Prima quod dictus Generosus Rutkowski in vim canonis annui, seu pensionis summam sexaginta florenos Polonicatos quolibet anno pro Festo S. Martini Pontificis et Confessoris ad aerarium abbatis commendatarii solvere tenebitur. Secundo quia appromittit dictus Stanislaus Rutkowski avulsa recuperare et cum colonis pro manutentione proventum litem finire, insimul cum abbate tanquam directo fundi domino. Tertia quia appromittit in fundo a nobili Rosprza vindicando, praedium construere, in quo coloni cum utilitate mensae abbatialis in futurum labores absolvere possunt, nec gravabuntur longiori itinere in peragendo accessu ad aliam villam abbatialem. Quarta quia procurabit propter lutositatem loci faciliorem accessum ad dictam villam Czekanow in magna declivitate sitam, et paludibus circumductam, eaque emolumenta cum molendino iam alias per se extracto, praeterlapso quadraginta annorum spatio, soli relinquere. Cum itaque Sanctitas Sua eiusmodi preces per respectivas literas de Datt. Romae die 26 mensis Aprilis anni currentis per Eminentissimum Card. Caraffa [sic!] Praefectum S. Congregationis Episcoporum et Regularium subscriptam, et ad nos directas pro informatione, et verificatione narratorum; Nobisque Nuntio Apostolico dignato sit committere, Nos autem gravioribus ministerii nostri negotiis distenti necessariam, et opportunam inspectionem, et verificationem in loco loci peragere nequeamus. Idcirco Perillustri, Illustri ac admodum Rev.dis Dominationibus V.ris, de quorum prudentia, conscientia, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, negotium istud committendum esse duximus, prout per praesentes committimus ut captato tempore, ac praevis litteris innotescentialibus, cui, et quibus opportuerit intimandis, in [...]a earundem incidentiae, ad praefatam villam, de qua agitur, illiusque attinentias, et pertinentias condescendant, registra causarum cmethonalium, ac annuorum reddituum certorum, undequaque provenientium sibi comportari, ac [320r] ex iis calculum proventuum desumi exacte faciant, statum, et situm, atque

desolationem dictae villae, et molendini, ut asseritur iam alias sumptuosis expensis praefati Generosi Rutkowski extracti longitudinem, et latitudinem fundorum, pratorum, sylvarum, piscinarum, seu fluviorum eo pertinentium, tum in quo Palatinatu, et districtu, nec non inter quas vicinitates consistunt, ac cum quo lites moventur, et moveri debeant, quantasque expensas, prout et aliae fundi necessitates in supplici libello expressae praerequirant, connotent, ac an huiusmodi dimissio in emphyteusim, ac solutio annui canonis, seu pensionis in summa sexaginta florenos Polonicatos per memoratum Generosum Rutkowski facienda, demptio expensis, mensae abbatiali commodior, et utilior fuerit, sensum suum aperiant, manibusque propriis subscribant, et sigillis muniant, ac in occulto rothulo ad nos remittant, ut nos subinde super praemissis habitu genuina, ac dilucida horum omnium informatione, Sanctitatem Suam certam reddere valeamus. Ad quorum omnium, et singulorum rite, ac bene peragendum Perillustri, Illustri admodum Reverendis Dominationibus V.ris necessarias, et opportunas facultates communicamus<sup>7</sup>. In quorum fidem etc. Datt. Varsaviae die 25 mensis Iunii Anno Domini 1776.

[Sigillum]

<sup>b</sup>-I[oannes] A[ndreas] Archiep[iscopu]s Chalcedonensis  
N[untius] Ap[ostolicus]<sup>b</sup>  
<sup>b</sup>-Iosephus Dzieszkowski V[ice] Cancellarius<sup>b</sup>

<sup>a</sup>verbum illegibile    <sup>b-b</sup>manu propria

### N. 331

*Antonius Ostrowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Volboriae, 26 VI 1776*

*Rogat, ut adiuvet consanguineum suum, qui a tribunali nuntiaturae petit, ut matrimonium suum abrogetur.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 222r-v. In 222r manu auditoris ascriptum: recepta die 26 Iunii 1776.*

Monseigneur.

Il a plu à Vôtre Excellence de m'assurer de ses bontés, et par là me faire concevoir une idée bien avantageuse de ses gracieux égards pour ma Personne.

Agrééz en conséquence, Monseigneur, mes très humbles instances, que je Vous porte en faveur de Monsieur le Major Służewski, mon parent,

<sup>7</sup> Declaratio a Grochowalski et Przybyłowicz facta, qui notum fecerunt delegationem sibi a nuntio datam esse, cf. AV, Arch. Nunz. Varsavia 72 f. 321r-v.

qui soutenant son procès pour le divorce par devant le tribunal de Votre Excellence, désire très ardemment de pouvoir être renvoyé aux jugements du Gode de Sendomir<sup>1</sup>, pour ce qui concerne le remboursement des fraix que cette poursuite juridique n'a pas manqué d'occasionner.

Au reste daignez Monseigneur ajouter foi à cette vérité, qu'indépendamment de cette demande fondée [222v] sur une convention solennellement passé entre les deux parties, et intéressant les facultés de mon susdit parent, je ne cesserai d'être avec la plus inviolable vénération.

Monseigneur de Vôte Excellence

<sup>a</sup>Le très humble et très obéissant serviteur  
Antoine Ostrowski Evêque de Cujavie<sup>a</sup>

Volborz<sup>2</sup> ce 26 Juin 1776.

<sup>a-a</sup>*manu propria*

### N. 332

#### *Falecki ad Ioannem Andream Archetti*

*Vilnae, 26 VI 1776*

*Tractat de loco et tempore, quo capitula benedictinorum Polonorum habenda sunt.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 128 f. 305r-v. Ascriptum in 305r: recepta die 9 Iulii 1776.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Protector Amplissime et Faventissime

Haec est mea necessitas quae usque in Excell.mae ac Reverendissimae Dominationis V.rae respectu terminari debet quam et praesentivis literis omnino proponendam et gratiis insinuandam suscepi. Constitutione 8 Congregationis Nostrae Benedictino-Polonae volunt celebrandum esse tam generale quam particulare respective unius cuiusque monasterii electionis suorum officialium capitulum de triennio in triennium; quorum generale uno anno, alterum particulare coenobii Tynecensis<sup>1</sup> sequitur altero anno intra unum triennium in horum utroque praesens per me una cum meis vocalibus patribus adesse teneor, in congressibus generalibus, singulariter antem Rev.mo Abbati Tynecensis coenobii<sup>2</sup> (cuius meum monasterium est

<sup>1</sup> Iudicium urbanum Sandomiriense, SGKP X, p. 268.

<sup>2</sup> Volboria.

<sup>1</sup> Tynecium, monasterium SS. Petri et Pauli ordinis benedictinorum provinciae Poloniae, cf. Litak, p. 402.

<sup>2</sup> Florianus Amandus Janowski (1725-1801), abbas Tyneciensis annis (1762-1785) inde

filiale) proponebam gravamen inde meum et mei monasterii quod intra unum triennium non sine plurimis incommodis et multis expensis plus 400 milliaria Polonica absolvere debeam et saepissime causae tam grani-tales, quam variae in variis subseliis agitatae monasterii mei per meam absentiam a longe aliae prolongantur alia praetermittuntur, aliae damna monasterio inferunt. [305v]

Responsum est mihi debere supplicari ei cuius est in constitutionibus dispensare. Facillimum erit medium protrahendo ad unum annum in cae-nobio Tynecensi capitulum triennale electionis particularis officialium ut quod hoc anno celebrandum obvenit, celebretur anno futuro; et coincidet capitulum tynecense particulare cum capitulo generali uno anno in perpetuum. Obviabitur inde et damnis et expensio mei monasterii undequaque subsequendis. Glorior me aliquibus auctum per in ante excellentissimum Dominum Nuntium benevolentis; primam hanc petitionem meam Excel-lentiae V.rae a meo supplex subiungo monasterio, humillime petens literas ad Rev.mum Abbatem Tynecensem ut sui monasterii capitulum differat ad subsequentem annum, uti etiam ad aliquot distulit hebdomadas. Posta Varsavia dirigitur ad Abbatem Tynecensem Cracoviae inde proxime Tynecium ad me autem Varsavia Vilno. Reliqua omnia curae meae supererunt apud Excellentissimam Dominationem V.ram de me quam maxima mereri, et obedientissime obsequiosissime me inscribo. Vilnae 26 Iunii 1776.

Ill.mae Excell.mae ac Reverendissimae Dominationis V.rae Protectoris Singularissimi

obsequiosissimus servus  
B. Fałęcki Abbas Trocensis<sup>3</sup>  
Monasterii Ordinis Sancti Benedicti

### N. 333

#### ***Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini***

[Varsaviae, 26 VI 1776]<sup>1</sup>

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 26 VI (N. 334-336) Romae confectum.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 346r.*

---

ab anno 1786 epus Tarnoviensis.

<sup>3</sup> Troci Antiqui, monasterium sub titulo Annuntiationis Beatissimae Virginis Mariae ad ordinem benedictinorum provinciae Polonae pertinens, cf. Litak, p. 402.

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

## N. 334

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini**Varsaviae, 26 VI 1776*

*Notum facit se cum legato Russico in amicitia esse. Rumores de confoederatione in Lithuania facta falsi esse videntur. Confoederatio non fiet, si Russi non prohibebunt, quominus conventiculi liberi sint.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 351r-352r.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 21v-22r.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 28r-v.*

*Cop.: BOss. 6846, p. 195-196.*

Eminentissimo etc.

Il venerato dispaccio di V.ra Eminenza in data primo Giugno<sup>1</sup>, corrispondente a quello delli 8 Maggio da me rassegnatole, mi è pervenuto ieri nel suo intero.

Intorno il Sig. Ambasciator di Moscovia, oltre ciò che glie ne scrissi li 29 scaduto, debbo sempre più assicurare V.ra Eminenza che le cose s'incamminano più felicemente di quello, che io mi potessi imaginar sui principi, né altro desidero se non che si mantengano su quel piede, su cui si son messe. Passan tutto giorno fra noi tutte quelle scambievoli convenienze, che o presuppongono, o generano la confidenza e l'amicizia. Anco intorno all'appartamento di Corte ho molto di che lodarmi. Quando il Sig. Ambasciatore viene a Corte, vi suol venir tardi, e domenica scorsa ebbi una certa prova, ch'egli ha preso studiosamente questo metodo per isfugir ogni impegno di concorrenza. [351v] Poiché dopo la messa si fermò Sua Maestà sulla soglia della sua stanza, come suol fare quando ha da ricevere il giuramento da novi starosti<sup>2</sup> o da prestare a qualche pubblico atto la sua presenza. Or accadde che dal Gran Cancelliere<sup>3</sup> si dovette leggere una sì prolissa pubblica scrittura, che si portò via più di mezz'ora. Nulladimeno il Sig. Ambasciatore non comparve in anticamera che nel momento appunto, in cui io entrava col Re nella sua stanza.

Si era sparsa giorni sono la nuova, che si fosse formata in Lituania una confederazione, di cui il Principe Adamo Czartoryski<sup>4</sup> ed il General Branicki<sup>5</sup> ne siano i capi, ma questa voce si è riconosciuta insussistente,

<sup>1</sup> N. 233, 234.

<sup>2</sup> Capitaneus – magistratus publicus in Republica.

<sup>3</sup> Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski.

<sup>4</sup> Adam Casimirus Czartoryski (1734-1823), princeps, generalis podoliensis.

<sup>5</sup> Franciscus Xaverius Branicki.

siccome ne sono stato assicurato anche da Mons. Gran Cancelliere. Tuttavia egli è verissimo che in quel Gran Ducato gli animi sono in una gran fermentazione, e si vole, che se da [352r] Moscoviti non si farà violenza alcuna e sarà lasciata affatto libera l'elezione de' nunzi nelle dietine, non si faranno nove confederazioni, altrimenti i Lituani non sembrano disposti a soffrire l'oppressione che venisse fatta alla libertà delle loro assemblee.

Dimani terrò il congresso del clero come tener lo solea Mons. Garampi, le di cui tracce mi serviranno di guida nelle risoluzioni che si dovranno prendere. Intanto con profondissimo ossequio mi confermo. Varsavia, 26 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

### N. 335

#### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 26 VI 1776*

*Cameduli Vigrenses promiserunt se magnam pecuniam soluturos esse, ne bona sua ab economia regia occupentur. Res incepta est tum, cum Garampi nuntius fuit, sed nondum ad finem adducta est. Nuntius rogat, ut fiant ea, quae constituta sunt.*

**Or.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 353r-354v.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 22r-v. Praescriptio: Altra in proprie.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 28v-29v. In proprie.*

Eminentissimo etc.

Tra gli affari che a Mons. Garampi negl'ultimi tempi della sua Nunziatura anno costata gran fatica e molti fastidi, uno certamente è quello dell'eremo di Vigri. Egli ciò nonostante non ha potuto terminarlo, ond'è restato a me l'incarico di condurlo a fine sulla traccia però segnata da lui. Prego V.ra Eminenza di far riassumere il di lui diffuso dispaccio dei 17 Aprile scorso<sup>1</sup>, la contemporanea lettera in proprie per V.ra Eminenza, e le copie tanto dei due biglietti da Mons. Nunzio scritti al Re, che la risposta di Sua Maestà. Senza che io mi stia a ripetere quanto si contiene nelli

<sup>1</sup> Cf. Garampi ad Pallavicini, 17 IV 1776, AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 199r-203v. Plura leguntur in registro: AV, Arch. Nunz. Varsavia 59 f. 392r-400r.

enunciati fogli, vedrà V.ra Eminenza che il mio Antecessore ha lasciata a me l'obbligazione d'incombere sopra due punti, uno fastidiosissimo, l'altro in cui consiste tutto l'affare. Il primo è di far premure agli eremiti di Vigri, acciocché, quanto più presto possono, mettano assieme li ducati quattro mila, i quali mancano al compimen[353v]to dei sei mila che sono stati offerti e promessi al Re da Mons. Garampi in loro nome, e subito che questa somma fosse pronta, di farla pervenire a Sua Maestà per mezzo mio nella stessa guisa, che tenne Mons. suddetto per la consegna dei 2000 ducati, stati già pagati al Re con altri mille, che andorono ai suoi familiari e ministri benemeriti nell'accomodamento. Il secondo punto importantissimo consiste nel conseguire, che impongasi perpetuo silenzio alla *causa Facti* già pendente, ed ora sospesa nel giudizio Terrestre di Lidda<sup>2</sup>, e nel concludere i trattati su limiti coll'adiacente economia regia, ponendo ogni studio per indurre il Re anche a restituir qualche cosa dei beni avulsi in forza dell'ingiusto decreto, emanato dalla commissione del 1766.

Dopo partito Mons. Garampi non sono mai un momento cessate le istanze per avere sollecitamente li quattro mila ducati, che restano a dare. Convenne al Padre Procuratore dell'eremo di Vigri, non potendo trovare l'occorrente denaro in Varsavia, di partire nei primi giorni di Maggio affine di trovarlo nella sua Provincia, e promise che avrebbe fatto ogni sforzo di ritornare con esso dentro il mese di Luglio. In questo mentre si [354r] sono potuti metter insieme dal Procurator del eremo di Bilani<sup>3</sup> mille ducati, li quali io non ho potuto esimermi dal consegnarli perché alla Corte non vi fu mai tanta estremità di danaro, quanta al presente. Non ho lasciato in questa occasione di riportare una rattifica, anche più chiara di quello era stato promesso a Mons. Garampi, come potrà V.ra Eminenza raccogliere dalle annesse copie dei miei biglietti e della risposta di Sua Maestà<sup>4</sup>. Col ritorno del Padre Procurator di Vigri attendo tutte le notizie, che non ho trovate, e che mi occorrono per formare il piano dell'accomodamento sui confini delle rispettive possessioni tra l'eremo e l'economia regia, e veglierò sopra tutto acciocché nel medesimo tempo, che per parte dei religiosi si compirà il doloroso sacrificio del proprio danaro, conseguiscano essi altresì un nuovo reale privilegio, il quale li renda liberi dalle procedure del Tribunale di Lidda, tranquilli nel possesso de' loro beni, e sicuri dalla continua persecuzione dell'Economo regio di Lituania<sup>5</sup>.

---

<sup>2</sup> Lida.

<sup>3</sup> Bielany (Mons Argentinus), eremus Assumptionis Sanctissimae Mariae Virginis ordinis camedulorum prope Varsaviam situs, cf. Litak, p. 412.

<sup>4</sup> Adiuncta: N. 323-325.

<sup>5</sup> Antonius Tyzenhauz (1733-1785), annis 1765-1780 fuit administrator bonorum regionum in Lithuania sitorum.

Mons. mio Antecessore significò a V.ra Eminenza con la accennata contemporanea sua lettera in proprie dei 17 Aprile scorso, che per raccogliere il danaro già [354v] pagato non avevano avuto i religiosi di Vigri altro modo, se non quello di disfare vari argenti superflui delle diverse loro chiese, per la qual cosa se fece istanza di procurarne una sanazione da Sua Santità. Aggiunse che erasi tenuto esatto conto di detti argenti, e che gli eremiti di Vigri avevano assunto l'obbligo della restituzione, restando a doversi prefiggere loro il tempo per la medesima. Sugerì che Nostro Signore si degnasse di commettere a me l'assoluzione dei religiosi almeno *ad cautelam*, e che un tal rimedio non venisse registrato nelle solite vachette della Segreteria de' Vescovi. Io ho trovati dei detti argenti già ridotti in verghe, ed in questo stato so che se ne sono serviti anche per gl'ultimi mille ducati ora pagati. Tutto ciò faccio noto a V.ra Eminenza implorando da Nostro Signore che si degni di assicurare le altrui coscienze, e colle altrui anche la mia. Infine con rispettosos ossequio e profonda venerazione mi rassegno. Varsavia, 26 Giugno 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

### N. 336

#### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 26 VI 1776*

*Nuntius operam dat, ne in conventiculo Vschoviensi protestans legatus creetur. Cancellarius magnus Regni de omnibus certior factus est.*

**Or. decifr.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 347r-350r. Dicifr. 17 Luglio.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 23v-24v. Praescriptio: In numeri.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 30r-31r. Praescriptio: In numeri.*

**Cop.:** *BOss. 6846, p. 197-199.*

Di Varsavia. Da Mons. Nunzio Archetti.

26 Giugno 1776.

Parendomi di cavar poco o niun profitto dalle rimostranze ministeriali, fatte in voce più volte per portar la Corte ad opporsi apertamente e con tutto il suo potere all'elezione di un nunzio dissidente in Fraustat<sup>1</sup>, non mi

---

<sup>1</sup> Vschovia.

restava altra via di tentar d'impedirla, che di maneggiarmi e di brigare, dirò così, secondo l'uso della nazione. Nel procurarmi le notizie e lumi necessari fui avvisato da un primario Signore, e di gran mente, che si sarebbe potuto tirar partito da un certo Sig. Ignazio Lipski<sup>2</sup> Regimentario della Corona. Questi prima tutto addetto al Re, ed ora, per quello dimostra, più attaccato [347v] al Gran Generale Braniski<sup>3</sup>, aspirando a divenir nunzio in qualche distretto del Palatinato di Posnania, era stato sul principio mal sentito dalla Corte e dall'Ambasciator Russo, ma poi lo stesso Re, qualunque ne sia il motivo, ha creduto, non dirò di favorirlo, ma almeno di non dargli l'esclusiva. Per il posto ch'egli ha di Regimentario, avendo per se i voti di tutti quei nobili del paese che militano sotto i suoi ordini, questi in buon numero, deposta la divisa, lo seguiranno dovunque egli comparirà. Tra i distretti, nei quali può aver diritto di presentarsi, uno è quello di Fraustat. Tutto sta dunque d'indurre il Lipski a sciegliere Fraustat invece di qualche altro distretto, a cui sembra [348r] che piuttosto miri, con procurargli il favore degl'altri cattolici, e ch'egli si scelga il compagno, e così i dissidenti perdano la superiorità. A quest'oggetto si sono ora appunto incominciate le pratiche, prendendo il tempo, che non sia tanto rimoto dal giorno della dietina, che possano scoprirsi, né tanto vicino che non possano compirsi. Io ne ho parlato al Re, ma per dir breve egli crede di non poter operare né apertamente, né a rischio che si scopra qualunque passo facesse, e solo mi ha permesso di poter accertare, che se Lipski sarà eletto in Fraustad, ne avrà piacere. Venivo consigliato di parlarne con Mons. Gran Cancelliere. Ma incontravo in primo luogo della difficoltà, e poi non avrei potuto anche volendo a cagione della sua [348v] malattia. Finalmente lunedì 24 del corrente partitomi di Varsavia, fui a trovarlo nuovamente al suo ritiro e gli dissi, che per l'affare di Fraustat dopo la sua partenza dalla capitale e dopo che mi aveva fatto sapere per mezzo del suo segretario che era vero quanto io gli avevo accennato nell'ultimo abboccamento, cioè che un dissidente era stato posto nella nota segreta di coloro, i quali hanno fissate le premure dell'Ambasciator di Russia, la sua assenza e la sua malattia avevano interrotto ogni discorso, onde dovevo comunicargli le riflessioni seguenti. L'Ambasciator Russo non ha potuto al certo escludere dalla sua nota i dissidenti che a lui sono ricorsi. Del resto bastantemente fa [349r] a dividere col suo contegno che avrà bensì piacere se qualcheduno sarà eletto ma che non è per usar la forza, acciocché lo sia. Mi rispose subito Mons. Gran Cancelliere, che<sup>a</sup> in Fraustat, atteso il numero dei dissidenti, si tien sicuro. Dunque, io replicai, non potrà lagnarsi giustamente, se il numero dei dissidenti si trovasse sul fatto minore di quello dei cattolici,

---

<sup>2</sup> Cf. N. 288.

<sup>3</sup> Franciscus Xaverius Branicki.

esservi per ottenere ciò molti mezzi che non fa bisogno ad un forestiere di additarli; sapersi che nei distretti del Palatinato di Posnania vi sono delle persone che hanno gran seguito e partito considerabile, che potrebbero, volendo, presentarsi improvvisamente a Fraustat, e che basterebbe secondarli per vincere i dissidenti. Mons. Gran Cancelliere, senzacché [349v] io dicessi di più, si spiegò, che non aveva mancato, senza punto comparire, di porre in opera tutti i mezzi possibili. Da se mi nominò la persona del Lipski ed il servizio che potevasene avere, ma che questi non aveva ancor risposto alla fresca insinuazione, che quantunque sarebbe stato difficile per alcune circostanze, che mi spiegò, d'indurlo all'intento, non era però disperato il caso. In somma, discese a così minute particolarità, e trovai tutto ciò che mi disse così conforme a quello, che io sapevo, che parmi non dover dubitare d'essere assistito segretissimamente anche da questa parte, la quale molto più può, che non io, quantunque separatamente non lascio di adoperarmi. Mi credo in obbligo di rendere colla [350r] presente giustizia al soggetto, dopo di ciò notificare in succinto a V.ra Eminenza il mio operato. Resta ora unicamente a sperare nel supremo Dispositore delle cose, essendo ormai vicino il giorno dei 15 Luglio, giorno delle dietine.

<sup>a</sup>Reg.: perché

## N. 337

### *Ioannes Andreas Archetti ad Ioannem Odyński*

*Varsaviae, 26 VI 1776*

*Nuntius dolet a monacho duro bona consilia spreta esse. Missas celebrare vetitus est usque ad responsum cardinalis paenitentiarum.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 210r-v.*

A dì 26 Giugno 1776

Perillustri et admodum Rev.do D.no Ioanni Odyński<sup>1</sup> Praeposito Garbovicen. Lublin.

Ad eam, qua pro istius religiosi deplorabili statu afficiebar sollicitudine novus accessit dolor, ubi ex nuperis Perillustris Dominationis V.rae litteris accepi<sup>2</sup>, ipsum flecti nulli modo potuisse ad acceptandam aliquam ex illis conditionibus, quas ego proposui. Profecto haec irrationabilis duritas

<sup>1</sup> Ioannes Odyński, praepositus in Garbów.

<sup>2</sup> Cf. N. 326.

mentis potius, quam animi alienationem indicat, dum nemo sanae mentis non intelligeret, quod ipse quo magis meis monitis se refractarius praebet, eo minus Apostolicam benignitatem promeretur. Attamen ut a perditionis via revocetur non ommisi rem totam renunciare Eminentissimo Domino Cardinali Paenitentiario Maiori<sup>3</sup>, eumque rogavi, ut hanc luctuosam historiam Summo Pontifici narret, et optatam dispensationem expostulet. His praesentibus tempore petitam gratiam perdifficilem esse arbitror, cum [210v] nulla adsit rationabilis causa praeter gravem religiosi voluntatem. Opus itaque est, quod iste sine intermissione, et in amaritudine animae suae humillimas Deo porrigat preces ut specialia Sanctissimo Patri det lumina pro eo capiendo consilio, quod ipsi religioso, eiusque conscientiae erit salubrius, ac magis proficuum. Interim vero idem religiosus a celebrando Missae Sacrificio omnino se absteat. Hoc enim esset scelus sceleris addere, et donec ipse ad suam religionem non redibit, vel Apostolicam dispensationem non obtinebit, absolutionem ab incursis censuris consequi non poterit. Quocirca Dominationem Vram etiam atque etiam oro ut omnem adhibeat operam, et industriam, ne idem religiosus ad altaris ministerium accedat. Quodcumque autem ab Eminentissimo Cardinali Paenitentiario habeo responsum, statim de eo certiozem reddam Perillustrem Dominationem Vram, cui interim vehementi animi affectione sum.

### N. 338

#### *Maximilianus Rylo ad Ioannem Andream Archetti*

*Vladimiriae, 27 VI 1776*

*Rogat, ut sacra iubilaei anni sancti in ecclesiis parochialibus ab ecclesia cathedrali spatio longo distantibus fieri possint.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 60r. Ascriptum: recepta die 3 Iulii 1776.*

Excellentissime Ill.me et Rev.me D.ne, Patrone Colendissime

Postquam inchoata fuerat in Cathedrali mea Helmensi<sup>1</sup> Jubilaei devotio, continuus recipio preces a R.R. Parochis; praecipue ab illis, qui in remotioribus partibus curam animarum gerunt, quatenus humillimas Sanctae Sedi exponam preces, ut extensio Jubilaei etiam ad Parochiales Ecclesias benigne concedatur, laboribus enim continuis populus gravatus,

<sup>3</sup> Ioannes Carolus Boschi (1715-1788), inde ab anno 1766 cardinalis.

<sup>1</sup> Chelma, cf. SGKP I, p. 553sq. Episcopatus unitus inde ab anno 1596.

et in remotioribus a Cathedrali Ecclesia degens partibus, impossibilitatem adinvenire poterit, conditionem visitandi Ecclesiam Cathedrali cum reliquis tribus spacio quindecim dierum adimplere. Preces itaque humillimas Excellentiae V.rae Ill.mae expono, ut iusta, et iam alias praticata petita benigne a Sancta Sede exaudiant. Gratiam hanc per Excellentia V.ra Ill.ma obtinendam Ter Optimo Maximo in orationibus meis commendandam fore polliceor, ac penes profundissimam venerationem profiteor me esse.

Excell.mae Ill.mae et Reverendissimae Dominationis

<sup>a</sup>-Humillimus Servus

M[aximilianus] Ryło Episcopus Helmensis<sup>2-a</sup>

Die 27 Iunii 1776, Vladimiriæ.

<sup>a-a</sup>manu propria

### N. 339

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Felicianum Wołodkowicz*

*Varsaviae, 28 VI 1776*

*Nuntius miratur, quod metropolita Kioviensis iussit, ut decani magnae dioecesis Brestensis ipsi olea sancta acciperent. Qua re fit, ut coadiutores ab metropolita aversiores fiant. Nuntius controversiam cum coadiutoribus componi vult.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 210v.*

A dì 28 Giugno 1776

Ill.mo et Rev.mo Metropolitae totius Russiae

Postquam Ill.mae, et Rev.mae Dominationis V.rae Agens hic Varsaviae mihi sponderat Ill.mum Dominationem V.ram tradituram esse olea sacra pro singulis dioecesis Brestensis<sup>1</sup> decanatibus, quamvis non omnes decani ob locorum distantiam personaliter accessissent, non sine massimo dolore intellexi, quod ubi gemini decani a tota dioecesi Brestensi deputati pro accipiendis oleis Sacris ad Dominationem V.ram Ill.mam venere, ea pro se ipsis tantum habere potuerunt, dum Dominatio V.ra Ill.ma aperte declaravit, se pro reliquis non esse extradituram, quosque ex quolibet decanatu ipse de-

---

<sup>2</sup> Maximilianus Ryło (1715-1793), epus unicus Chelmensis inde ab anno 1759, Premiensiensis inde ab anno 1780. Cum Jason Junosza Smogorzewski metropolita Kioviensis factus est, de Ryło cogitatum est, ut epus Polocensis crearetur.

<sup>1</sup> Brestia ad Bug flumen sita, dioecesis Vladimiriensis et Brestensis.

canus licet remotissimo accederet. Profecto credere vix possum, quod Dominatio V.ra Ill.ma adeo dura erga suum gregem gerere se velit, ut omnes dioecesis Brestensis decanos adigere velit ad eorum parochias deserendas, et per longum iter arripiendum. Optaret Ecclesiae Brestensis Coadiutor<sup>2</sup>, quod ei facultatem facerem, ut ab alio quam a Dominatione V.ra Ill.ma olea Sacra possit accipere. Ego quidem hanc ipsi facultatem dare modo nolui, sed non possum Dominationem V.ram Ill.mam non monere, ut uti ab uno, vel altero decano, etiam pro aliis eorum collegis de praedictis oleis Sacris fuerit requisita, ea comulate dare non recuset. Scit Dominatio V.ra Ill.ma quae desuper ad ipsam scripsit Archiepiscopus Beritensis Antecessor meus, et scit etiam quam vehementer ego cupiam ut longa dissidia cum suis coadiutoribus finem potius habeant quam augeantur. Certam itaque habeo spem, quod Deo pacis auctore adiuvante ista mea vota suo non carebunt effectu, ut ita etiam consulatur tranquillitati Ill.mae et Rev.mae Dominationis V.rae cui interim toto cordis affectu, et consideratione sum.

### N. 340

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Constantinum*

*Varsaviae, 28 VI 1776*

*Nuntius iubet cappucinum, ut usque ad dispensationem concessam in conventu maneat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 211r.*

A di 28 Giugno 1776

Admodum Rev.do Patri Constantino Cappucino (Szumsko)<sup>1</sup>

Ut Paternitatis V.rae salutem, et indemnitati consulam, hic adnexum transmitto salvum conductum, cuius praesidio ad Conventum Sedzszowiensem<sup>2</sup> conferre se poterit, ibique absque ullo persecutionis, aut molestiae timore commorari. Iam enim P. Provinciali iniungere curavi ut absque mea scientia nihil contra Paternitatem V.ram moliatur, sed mihi rem totam referat pro eo capiendo consilio quod spirituali, ac temporali Paternitatis V.rae tranquillitati magis opportunum ac salubre diiudicabo. Spondeo enim, quod si pro ea quam Sanctae Sedi vovit oboedientia ad praedictum conventum se conferat Apostolica benignitate Paternitati V.rae succurrere non omittam. Precor itaque, et in Domino obtestor Paternitatem V.ram, ut

<sup>2</sup> Antoninus Młodowski.

<sup>1</sup> Cf. N. 297.

<sup>2</sup> Sędziszów, cf. SGKP X, p. 466sq.

omni timore deposito Apostolicis mandatis oboedientem se praebeat, ne alias fidem Deo sollemniter datam infringat, et animam suam miserrime perdat. Precor etiam, ut quamprimum ad dictum Conventum pervenerit, litteris suis de felici quem auguror adventu certiosem me reddat, et interim eidem Paternitati V.rae ex animo sum.

### N. 341

#### *Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 29 VI 1776*

*Notum facit epistulas die 5 mensis Iunii datas sibi allatas esse et responsum mittit.*

**Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 98r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 274r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 9v. Praescriptio:* Lettera, che da per ricevuto il Dispaccio de 29 Maggio. [sic!]

**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. Ascriptum:* Una lettera, un piego in proprie.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Essendo nel suo intero giunto alle mani il dispaccio di V.ra Signoria Ill.ma dei 29 del passato mese<sup>a</sup>, le ne porgo con questo foglio il conveniente avviso per sua regola. E con piena stima le bacio etc. Roma, 29 Giugno 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma

<sup>b</sup>-Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>b</sup>

<sup>a</sup>debet esse: 5 VI 1776, cf. N. 242    <sup>b-b</sup>manu propria

### N. 342

#### *Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 29 VI 1776*

*Papa sperat controversiam de bonis Ostrogiensibus ex voluntate Ordinis Equitum Melitensium exitum habituram esse. Nuntius recte operam dedit, ut caedes in Ucraina facta iurisdictioni ecclesiasticae traderetur. Rex et magnus cancellarius Sedi Apostolicae dediti sunt.*

**Or. decifr.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 99r-101v.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 9v-10v. Praescriptio:* Foglio a colonna.

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 277v-280r.*

Roma, 29 Giugno 1776.

Corrispondente al premuroso interesse, che prende Sua Beatitudine nei vantaggi dell'Ordine Gerosolimitano, tanto benemerito della religione e della Chiesa Cattolica, è stata la di lui compiacenza per la notizia partecipatagli da V.ra Signoria Ill.ma d'esser già pervenuta a codesto Commendatore Sagramoso la bramata ratifica del Gran Maestro<sup>1</sup> secondo il tenore, ch'ella unitamente ad altri fogli ministeriali correlativi alla stessa pendenza mi ha inoltrato<sup>2</sup>. A questo Sig. Ambasciator di Malta<sup>3</sup>, che fosse in seguito degli eccitamenti da lei dati al ridetto Commendatore, mi motivò in voce la congruenza e necessità della convalidazione apostolica, risposi non poter lui dubitare della [99v] pontificia autorizzazione, essendogli ben noti gli impulsi che il Santo Padre anche recentemente avea dati per di lui mezzo al Gran Maestro ad oggetto di sollecitarlo alla trasmissione della ratifica dell'accomodamento di Ostrog, e che qualora per parte dello stesso Gran Maestro venisse umiliato alla Santità Sua il tenore della concordia, con implorarne l'autorevole conferma, Sua Beatitudine avrebbe senza meno esaudita l'istanza. Ben è vero, che il beneplacito apostolico, servendo come il sigillo e compimento a somiglianti contratti, suol esser anche posteriore e consecutivo all'atto della stipolazione, e quindi può legittimamente impetrarsi dopo qualche intervallo, come già le accennai in data del primo spirato. [100r]

Di consolazione è riuscito al Santo Padre il sentire, che la potestà laica non siasi ingerita nella cognizione del caso occorso in Ukraina, se non che adesivamente e quasi in appoggio del Tribunale Metropolitano. Come è raro a questi tempi l'esercizio libero della giurisdizione ecclesiastica in casi consimili, così vieppiù commendabili rendonsi le diligenze e premure da lei antecedentemente praticate e dirette a questo scopo.

Non era in vero desiderabile, che durante le turbolenze di codesto Regno, e l'influenza, che si arroga la Russia nei pubblici affari, e specialmente nelle materie dei dissidenti e disuniti, si procedesse alla deputazione dei commissari misti per esaminare e comporre le controversie fra gli uniti e scismatici della Ukraina, ma [100v] giacché il surriferito caso ha dato impulso ad accelerare la commissione, confida il Santo Padre ch'ella avrà saputo impiegare ogni sua industria per far cadere la scelta de' commissari cattolici in soggetti abili e zelanti, e che ricevano dal pubblico la necessaria sussistenza per non esser costretti dal bisogno o a cedere più che non con-

---

<sup>1</sup> Emmanuel de Rohan-Polduc.

<sup>2</sup> Cf. N. 242.

<sup>3</sup> Jacobus Laurus le Tonnelier de Breteuil.

viene, o a dimettersi intempestivamente dall'assunto incarico. Ancorché non possa dal Santo Padre approvarsi la commissione mista per essere ingiuriosa al cattolismo e religione dominante, non ha però il di lei Antecessore perduto mai di vista questo interessantissimo oggetto, ben comprendendo che dalla nomina de' commissari cattolici può in gran parte dipender l'esito più [101r] o meno favorevole della negoziazione, e quindi rivolte tutte le di lui mire per impegnare il Re ad un'ottima scelta. Avendo perciò anch'ella continuato sulle traccie medesime, non potrà mai censurarsi il di lei contegno o per incoerente, o per contraddittorio al nostro primo sistema. Le buone disposizioni, che ella su tal proposito ha ritrovate nella Maestà Sua, debbono certamente averla sempre più animata a coltivargliele.

Motivo non meno di compiacenza che di grata riconoscenza verso la Maestà Sua deve esserle il sapere, che nel rispondere al pontificio breve della di lei destinazione, ed anche alla correlativa mia lettera, si è il Re e col Santo Padre, e con me espresso in termini, che non equivocamente dimostrano la giusta di lui considerazione e [101v] stima verso la di Lei Persona<sup>4</sup>. Lo stesso ha fatto Mons. Gran Cancelliere<sup>5</sup>.

### N. 343

#### *Card. Iosephus Maria Castelli ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 29 VI 1776*

*Laudat nuntium, quod operam dedit, ne uniti Ucrainenses caedis rei punirentur.*

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 69 f. 32r. *Ascriptum:* Recepta die 19 Julii 1776.

*Reg.:* APF, Lettere 228 f. 316r-v.

*Ed.:* Welykyj, *Litterae V*, p. 320. *Transcriptio secundum registrum*, APF, Lettere 228 f. 316r-v.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Molto ha gradito e lodato questa S. Congregazione le diligenze praticate da V.ra Signoria per impedire, che dal fatto occorso in Ukraina non ne derivino delle conseguenze più oppressive per gli uniti, e maggiormente dannose agl'interessi della religione. Spera la medesima, che attese le misure da lei prese con tutta saviezza, potrà non difficilmente smorzarsi il fuoco acceso dall'immoderato e precipitoso trasporto de' nostri, ma con tutto ciò starà in attenzione di sentire l'ulteriori notizie circa l'esito di

<sup>4</sup> Cf. N. 196, N. 183.

<sup>5</sup> Cf. N. 184, N. 197.

quegl'affare. E non avendo per ora altro da soggiungerle resto offerendomele di tutto cuore. Roma, 29 Giugno 1776.

Di V.ra Signoria

Come Fratello Affettuosissimo  
 a-G[iuseppe] M[aria] Card. Castelli Prefetto  
 Stef[ano] Borgia Segretario<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

### N. 344

#### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 29 VI 1776*

*Non ignorat munus nuntii apud Polonos explendum difficile esse. Cum epistulae intercipi possint, caedem a sacerdote catholico factam tractare omittit. Docet de abbatibus Italicis vacuis.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola I, fasc. 21/1776, s.f.*

A[mico] C[aro]

La solennità del giorno che corre non mi permette di molto distendermi nello scrivere, sebbene io mi sia tenuto lontano da ogni spettacolo di girando le fuochi etc. e abbia passata la sera solo soletto pensando a voi e desiderando la vostra compagnia. L'ultima vostra lettera che ho ricevuta è in data del 5 cadente. Non dubito che avrete sempre molte occupazioni, e tutte gravi, perché tutte hanno tanta congiunzione colla religione, la quale è il massimo degl'affari d'un legato apostolico. In un Regno poi come questo, ove vi sono tanti dissidenti interni, e tanti altri esterni potentissimi, e dove i cattolici non hanno credito né per pietà né per dottrina, è impossibile che un Nunzio possa riuscir in tutto felicemente. L'uomo debba fare tutto quello che può dal canto suo, e fatto questo, non debbe esser sollecito dell'esito delle sue fatiche, perché in questa sollecitudine vi ha più della vanità propria, che di zelo per la causa di Dio. Iddio vuole assai spesso che noi travagliamo intorno ad una cosa, ma non vorrà che del nostro travaglio riceviamo in questo mondo alcuna ricompensa; e il fine che ci proponiamo al nostro travaglio sarà santo e lodevole, ma Iddio per suoi giustissimi giudizi, o per l'incomprensibil sua provvidenza lo regolerà in altro modo [v] diverso da quello che noi ci siamo avvisato.

Il prete cattolico che ha ucciso a colpi di bastone il scismatico, si è fatta la giustizia all'uso sarmatico, e ha fatto malissimo<sup>1</sup>. La commissione che debbe giudicarlo è un tribunale incompetente, ma come evitarla? Non vado avanti, perché non mi fido della sicurezza delle lettere.

---

<sup>1</sup> Cf. N. 301.

Le abbadiie di Savorgnano<sup>2</sup> sono state poste sotto l'economato [...]a ma non sono state vendute, ed assicuratevi che non si venderanno. Se n'era sparsa la voce, e il Senato ha data commissione all'Ambasciatore di smentirla con Sua Santità, e ha fatta doglianza col Nunzio perché l'avesse accreditata con darle fede. Questo è un effetto delle querele e dei passi fatti da Sua Santità. Non si è fin ora ottenuta alcuna correzione del male fatto, sebben sia vigente la trattanza, ma non si è andato innanzi, né più è sortito alla luce alcun altro decreto. Io vi ho presente alla messa per raccomandarvi al Signore e altrove per farvi del bene anche temporalmente, se mai potrò, ma coi Veneziani non si vede mai il fine d'un affare. Addio addio.

<sup>a</sup>*verbum illegibile*

### N. 345

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Antonium Casimirum Ostrowski*

*Varsaviae, 29 VI 1776*

*Paratus est episcopum adiuuare, sed nunc quibusdam impeditur, quominus id faciat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 211r.*

A dì 29 Giugno 1776.

A Monsignor Vescovo di Cuiavia.

Vôte Excellence ne s'est pas trompé, et même m'a rendu la justice lorsque n'a pas douté de la sincérité des sentimens de mon respect, et de mon sincère attachement à sa personne<sup>1</sup>. J'ose me flatter qu'Elle n'aura jammais lieu de changer d'avis à mon égard, parceque je tâcherai toujours de donner des marques de mon zèle pour son service. Mais dans l'affaire en question, et dont Votre Excellence a voulu bien me faire l'honneur de m'écrire, je dois Monseigneur vous informer que l'Avocat de Mr. le Major Służewski n'a pas encore donné les réponces aux allégations que lui ont été remises de la parte, et que dans ma Chancellerie il n'a pas faits les actes nécessaires. Cependant Vôte Excellence doit être bien persuadé que sans m'éloigner de la justice je me ferai toujours un devoir d'employer tous mes soins en tout ce qui est favorisé des siennes. Toutes les occasions dans les quelles je pourrai vous rendre service Monseigneur seront saisies avec autant de plaisir que j'ai envie de montrer par les effects que je suis véritablement.

---

<sup>2</sup> San Vito al Tagliamento.

<sup>1</sup> Cf. N. 331.

## N. 346

*Paulus ad Ioannem Andream Archetti*

Grodnae, 30 VI 1776

*Camedulis Vigrensibus pecunia deest. Quaerit, quomodo adiuuare eos possit.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 125 f. 343r-v.*

L.I.Chr.

Ill.me ac Rev.me D.ne D.ne Clementissime

Quod quam maxime verebar, id modo cum dolore experior, dum ex Literis Ill.mae Dominationis V.rae devenio ante praefixum tempus et terminum exolutos esse 1000 aureos Hungaricales Serenissimo Regi ex illis 4000 Hungaris, summe etenim necessaria est prolongatio exolutionis reliquae summae usque ad comitia generalia Regni, alias ad mensem Augustum, quod antem exolutum sit iam actu unum mille, factum est, et aliter fieri nequit. Facillime quoque credo factas fuisse urgentes instantias a Ministro Regio pro exolutione huiusmodi 1000 aureorum, et ultraneam eorum per P. Procuratorem Varsaviensem oblationem, utriusque enim circa hoc esse privatum commodum, eremi vero Vigrensis non modicum damnum optime noverim, parco exponere haec praesentibus literis, attamen si necessitas postulaverit, oretenus Deo dante ea omnia Ill.mae Dominationi V.rae enucleare curabo. Restat igitur mihi supplicare humillime Ill.mam Dominationem V.ram, ut si iterum aliquae instantia pro exolutione qualiscumque quantitatis ex reliqua Summa factae fuerint, eam, omni possibili modo denegare, et ad terminum praefixum differre dignetur, nam in acceleratione exolutionis ingens latet periculum. Interim vero restantem Summam 3000 aureorum Hungaricarum omni diligentia procurabo, eamque ultimis Iulii aut ad summum primis Augusti Varsaviam mecum adferre appromitto. Quantum ad folium per me ad manus Ill.mae Dominationis V.rae porrectum, quoniam Excell.mo Domino Nuntio Apostolico non videtur, ut idem Serenissimo Regi porrigatur ex ratione: quod in illo expressa fuerit commissio ad disiudicandam finaliter causam facti, dum melius fore putat idem Excellentissimus D. Nuntius, ut eidem causa facti perpetuum silentium imponatur libentissime huic arbitrio acquiesco, [343v] plurimas tamen et quidem gravissimas rationes habeo, quibus permotus eandem causam facti in praedicto folio collocare curavi, longum foret eas modo per literas protexere, eas tamen ad coram cum pervenero Varsaviam exponere non praetermittam, pariterque omnes circumstantias eiusdem causae facti exhibebo. Curabo quoque iuxta datum mihi ab Ill.ma Dominatione V.ra mandatum, aliud folium comparare, et in eo omnia bona ab eremo avulsa specificice et distincte conscribere, quod folium pro privata informatione Excell.mi D. Nuntii inservire poterit, ac etiam Serenissimi

Regis distinctim cum illo primo per me ibi relicto folio porrigendum erit, non enim hac avulsa in illo primo folio inseri possunt, nam, cum illud necessario inserendum sit constitutionibus Magni Ducatu Lithuaniae constitutiones vero comitorum nunquam ad specifica et individua descendunt, nec ea exprimunt, sed similia talia commissariis praecommittere consueverunt, idcirco is praefata avulsa in folio illo primo constitutionibus M.D. Lithuaniae ingrossando, indicarentur, esset hoc contra formalitatem legum Regni et pararet plurimas difficultates. Interim humillimas Ill. mae Dominationis V.rae pro cura et sollicitudine circa negotium eremi Vigrensis referendo gratias, ulteriorique benevolentiae idem negotium tum Excell.mo D.no Nuntio Apostolico (cuius exosculator plantas) tum Ill.mae Dominationi V.rae commendando, maneo cum profundissima veneratione. Grodna<sup>1</sup> die 30 Iunii 1776.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae Domini mei Clementissimi

Infirimum scabellum  
D. Paulus <sup>a</sup>-ECMC PV-<sup>a</sup> mpp

<sup>a-a</sup>Eremitorum Camaldolensum Montis Coronae Prior Vigrensis

### N. 347

***Felicianus Wołodkowicz ad Ioannem Andream Archetti***

*Vladimiriae, 3 VII 1776*

*Cum coadiutores iniuste cum eo agant, lege agere constituit. Rogat, ut alumnus collegii Vilnensis ad se mittatur.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 52r-v. Ascriptum in 52r: Recep. 9 Iulii 1776.*

Ill.me Excell.me D.ne D.ne Protector Observandissime

Tribuat mihi V.ra Ill.ma Excellentia veniam, quod receptis a Sua Excellentia literis haud potueram responsum extemplo in requisito negotio gratiosissimae explicationi Suae ob plurima negotia, et vel maxime prementem debilitatis meae rationem referre.

Tranquillitatis autem et pacis plurimam et praecipuam rationem habere ut obtabili consulatur quieti est mei propositi atque petitionis scopus, equidem omnia et quam maxime praesentem rerum statum, atque sini-

---

<sup>1</sup> Grodna, cf. SGKP II, p. 831.

stram eius modi temporum conditionem circumspectio, sed cum perversum atque frivolum [...] <sup>a</sup> Coadiutorum in antea factis conventionibus grave iniuriosum expertus sum pactum, idem etiam nunc post ineundum ea sub conditione coadiutoribus meis utriusque Ecclesiae fundos locare, ut illi summam reddituum constituendam singulis quot annis sincere persolvant, satis suspectum infallibiliter reddit. Ego interim consultius meae miseriae duxerim, si benevolam Suam Illustrissimam Excellentiam in tam iniurioso negotio meo etiam gratiosissimum nanciscatur Iudicem, cuius ultimae iudiciali sententiae [52v] subiacere pacate paratus sum. In hoc autem conficiendo negotio, ut commissarii adversae parti haut affectantes, ad explorandas omnes praetensiones meas, totiusque causae cognoscendum meritum assignentur.

Rogo enixe benignitatem Excellentiae V.rae quatenus Alumno Pontificio Vilnensi Rev.do Meleniewski Theologo secundi anni in scientia statui suo convenienti bene percito exeundi de alumnato, et ad me veniendi tribuatur licentia. Illius exitum non ratio mei obsequii, sed totius cleri exigit opus, at et ego equidem idoneis ad servitia hierarchiae necessaria sum pariter destitutus, verum tamen in posterum ut sit Ecclesiae proficiuus erit illius curae et meae sollicitudinis.

Caeterum ad omnia Suae Ill.mae Excellentiae obsequia me paratum profiteor, prout sum. Vladimiriæ, die 3 Iulii 1776.

Illustrissimi Excellentissimi Dni D.no Protectoris Singularissimi

humillimus Servus  
<sup>b</sup>-F[elicianus] Wołodkowicz Archiepiscopus Kioviensis  
 Metropolita Totius Russiae mpp<sup>b</sup>

<sup>a</sup>verbum illegibile    <sup>b-b</sup>manu propria

## N. 348

### *Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

[Varsaviae, 3 VII 1776]<sup>1</sup>

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 3 VII (N. 349-351) Romae confectum.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 359r.*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opatium Pallavicini**Varsaviae, 3 VII 1776*

*Tractat de Paulo Romanow uxorem ducere cogitante. Russia cum Austria in amicitia est, qua re fit, ut Polonia a Russia magis devinciatur. Iosephus Łopaciński episcopus creatus est. Magnus cancellarius adhuc in secreto est.*

**Or.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 360r-361v.*

**Reg.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 24v-25r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 31r-32r.*

**Cop.:** *BOss. 6846, p. 203-205.*

Eminentissimo etc.

Colla posta di venerdì scorso 28 dello spirato mese mi giunse compiutamente il pregiato dispaccio di V.ra Eminenza in data 8 detto<sup>1</sup>.

Dopo la morte della Gran-Duchessa di Moscovia<sup>2</sup> si disse che quel vedovo Principe<sup>3</sup> si sarebbe portato a Berlino. In appresso parve mutata l'idea di un tal viaggio, e fu ristretto ad un giro per la Livonia<sup>4</sup> e Curlandia<sup>5</sup>, ma è assai difficile variar misure una volta solamente che siano state accennate al Sovrano di Prussia. L'andata del Gran Duca a Berlino oggi è certa, e si attende colà per li 22 del corrente. Vi si fanno grandiosi preparativi per riceverlo, ed il nominato Sovrano, nemico del lusso per economia, si dispone a comparire magnifico per politica. La scelta di una novella sposa o nella persona della Principessa Federica Elisabetta di Brandeburgo<sup>6</sup>, o in quella della Principessa Sofia Dorotea [360v] di Wittenberg Stuttgart<sup>7</sup>, pronipote ancor essa del regnante Elettore, è l'oggetto che trasparisce al pubblico. Ve ne saranno degli altri che non si possono penetrare. Il Principe Enrico<sup>8</sup> di già partito da Pietroburgo, ha preceduto

<sup>1</sup> Cf. N. 255-259.

<sup>2</sup> Natalia Alexii filia Romanowa.

<sup>3</sup> Paulus Romanow.

<sup>4</sup> Livonia.

<sup>5</sup> Curonia.

<sup>6</sup> Fortasse sermo est de Friderica Elisabetha Amalia Augusta Vitembergensi (1765-1785), sorore futurae uxoris Pauli I, Sophiae Dorotheae Vitembergensis.

<sup>7</sup> Sophia Dorothea Vitembergensis (1759-1828), filia cognatae Friderici II, Prussiae regis, Sophiae Dorotheae Brandenburg-Schwedt (1736-1798) et ducis Friderici Eugenii Vitembergensis (1732-1797), inde a mense Octobri anni 1776 uxor Pauli Romanow, qui postea imperator Russiae factus est. Cum orthodoxa facta esset, Mariae Fiodorownae nomen adsumpsit. Mater Alexandri I (1777-1825), imperatoris Russiae, et Constantii (1779-1831), gubernatoris Regni Poloniae.

<sup>8</sup> Fridericus Henricus Ludovicus.

col ritorno a Berlino le mosse del Gran Duca. Chi dice che abbia trattato di aver la Pomerania Svezzeze<sup>9</sup> col darsi in cambio alla Svezia la Curlandia, chi di avere altra porzione della Polonia, come la Samogizia<sup>10</sup>, e chi di conseguire l'assoluto possesso di Danzica<sup>11</sup>. Con tutto questo l'unione delle tre Corti diventa ogni giorno più stretta e forte, e deve credersi che non si tratti cosa fra due di loro che non si comunichi alla terza. Una qualche eccezione<sup>a</sup> non accadrà che col tempo, e col mutarsi delle attuali circostanze. Questa unione sempre più aggrava il giogo Russo sulla Polonia. L'Ambasciator Stakelberg scherzando, per così dire, dilegua e soffoca i più piccoli movimenti e vani sforzi della libertà Polacca. Erano radunati in Lituania dal General Branicki molti magnati e nobili di quella Provincia ad una festa di ballo; simili feste sono state in altri tempi preludi e occasioni di confederazioni, quando all'improvviso [361r] un ufficiale Russo, fingendo essere in marcia per quelle vicinanze alla testa di un corpo di truppe, e sentendo che vi si passava allegramente il tempo, comparve sulla festa e disse che si era presa la libertà di venir a godere dello spettacolo. Intanto la truppa sparsasi all'intorno e circondò tutto il luogo, e dalle porte, dalle finestre e nei giardini non si vedevano che divise verdi, le quali apparentemente disturbarono il ballo e lo fecero finir più presto. Molti di quei Signori partitisi dalla festa, furono più volte facendo strada arrestati nelle loro carrozze da picchetti Russi, interrogati chi fossero, d'onde venissero e dove andassero, e poi senz'altro gentilmente lasciati andare a bon viaggio.

Nei passati giorni dal Principe Vescovo di Plock<sup>12</sup> fu consacrato Vescovo Mons. Giuseppe Lopacinski<sup>13</sup>, novo suffraganeo di Samogizia. Compiègo a V.ra Eminenza il consueto di lui giuramento, e quanto al soggetto parmi meritevole della dignità e pastoral ministero, siccome quegli che è dotato di ottimi costumi e maniere, prudente, istruito, di bone massime, riverente alla Sede Apostolica, e fornito di zelo per la religione e disciplina [361v] ecclesiastica. Egli è già partito per portarsi da Mons. Vescovo suo zio<sup>14</sup> ad assisterlo nel governo della sua diocesi, né io ho lasciato di accompagnarlo con mia lettera diretta allo stesso rallegrandomi seco lui per la consacrazione del nipote e per le speranze che ho concepite sopra la sua persona<sup>15</sup>.

---

<sup>9</sup> Pomerania Suetica.

<sup>10</sup> Samogitia.

<sup>11</sup> Gedania.

<sup>12</sup> Michaël Georgius Poniatowski.

<sup>13</sup> Iosephus Leo Lopaciński (1751-1803), epus suffraganeus Samogitiensis 1776-1786.

<sup>14</sup> Ioannes Dominicus Lopaciński (1708-1778).

<sup>15</sup> Cf. N. 349.

Mons. Gran Cancelliere continua il suo soggiorno fuori di Varsavia, ed io penso o pos dimani, o sabbato di portarmi nuovamente a visitarlo. Varsavia è tanto più spopolata quanto più si avvicina pur troppo il tempo di riempirsi. Or altro non rimanendomi di che raggiugnare l'Eminenza V.ra, con profondissimo ossequio mi rassegnò. Varsavia, 3 Luglio 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>b</sup>

<sup>a</sup>*Supra verbum, quod linea subducta notatum est, scriptum est:* scissura <sup>b-b</sup>*manu propria*

### N. 350

#### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Legatus Russicus postulat, ut doceatur de eis, quae in Humana facta sunt. Postulat, ut ecclesiae ritus Graeci restituantur. Sed nuntiatur unitos ab orthodoxis vexari, quos exercitus Russicus adiuvat.*

*Or.:* AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 364r-365r. Nomen nuntii manu secretarii subscriptum, sicut autographa. Sicut in autographis inscriptio cursualis in angulo laevo infero: All'Emo e Rmo Sig. Card. Pallavicini Segretario di Stato di Nostro Signore.

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 25v. *Praescriptio:* Lettera a parte.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 32r. *Praescriptio:* Lettera a parte.

*Cop.:* BOss. 6846, p. 207.

Varsavia, 3 Luglio 1776.

Questo Ambasciatore di Russia, in esecuzione degli ordini ricevuti dalla sua Corte, aveva avanzato sin dai 14 dello scorso forti doglianze a Sua Maestà e suo Consiglio Permanente per il fatto dell'omicidio in persona del prete scismatico Cirillo Zielinicki commesso in Human da alcuni sacerdoti uniti, domandando inoltre con sua nota ministeriale che senza indugio si dovessero restituire da questi le chiese, che supponeva rapite a suoi scismatici. Si è differito qualche giorno a rispondere alle sue rappresentanze non meno per la malattia di Mons. Gran Cancelliere e per non essersi radunato il Consiglio [364v] Permanente, che anche a motivo di combinar meglio la risposta più opportuna alle rimostranze del suddetto Ambasciatore. E poiché la parte delicata dell'istanza contraria era quella della restituzione delle chiese, così si è creduto sano consiglio di rimet-

tere all'Ambasciatore i più recenti riscontri, che si sono ricevuti da quelle parti, da' quali raccogliessi tutto l'opposto di quello su cui egli riassume, mentre non sono gl'uniti che cercano d'invadere e di rapire le chiese de' scismatici, ma si bene questi, che prevalendosi del potere e dell'assistenza delle truppe Russe non permettono agli uniti di esser sicuri nelle chiese e parrocchie, [365r] delle quali trovansi in possesso. Compiego per maggior lume di V.ra Eminenza tanto la nota dell'Ambasciator Russo, che quella del Consiglio Permanente co' suoi documenti<sup>1</sup>.

## N. 351

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Cancellarius magnus de aetate ad vota monasterialia accipienda idonea iterum tractare omisit. Abbas Suleioviensis mox Varsaviam veniet et bonum nuntium a Roma accipiet. Id, quod in epistula nuper scripta rogavit, factum est, antequam epistula ad secretarium status allata est. Idem factum est nuper, cum de monasterio Vigrensi scriberet.*

---

<sup>1</sup> Adiuncta: [1] Note du Comte de Stackelberg. Varsovie, 14 VI 1776. [*Incipit*: Quoique le sous-signé ait déjà remis plusieurs notes au Président...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 366r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 25v-26r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 32r-v. [2] Gratia Dei Catharina Secunda Imperatrix etc. Petropolis, 1 V 1776. [*Incipit*: Sat iam notum est vobis, cum quanto fervore ac cura...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 366v-367r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 26r-v [*hoc loco in edicto Catharinae II dies 7 V ascripta est*]; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 32v-33r [*ascripta est dies 7 V*]. [3] Note de la part du Roi de Pologne André Stanislaus Młodziejowski. Varsovie, 28 VI 1776. [*Incipit*: L'annexe ci-jointe, faisant preuve du cas qui demande le plus prompt redressement...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 368r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 26v-27r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 33r-v. [4] Lettre de Mr le Grand Général de la Couronne au Roi. Kodeń, 25 VI 1776. [*Incipit*: Sire. J'ai l'honneur d'envoyer à Votre Majesté deux articles...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 369r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 27r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 33v. [5] Extrait du Rapport du Lieutenant de Cavalerie Nationale Tarnowiecki Comandant un Escadron à Bialocerkiew. 10 VI 1776. [*Incipit*: Le Sotnik qui est en quartier à Bialocerkiew...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 369r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 27r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 33v-34r. [6] Extrait du Rapport de Mr Jerlicz Lieutenant de Cavalerie a Balta. 19 VI 1776. [*Incipit*: J'envoie deux suppliques des villages d'Human...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 369v; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 27v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 34r. [7] Extrait de la première supplique. 7 V 1776. [*Incipit*: Nous la communauté de Baban de la terre d'Human...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 369v; Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 27v; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 34r. [8] Extrait de la seconde supplique. [s.d.]. [*Incipit*: Nous la communauté de Bolakowka nous donnons ce témoignage...]. Copiae: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 370r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 27v-28r; AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 34r-v.

*Or.:* AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 362r-363r.

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 28r-v. *Praescriptio:* In proprie.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 34v-35r. *Praescriptio:* In proprie.

Eminentissimo etc.

Per dare sfogo alle diverse materie, delle quali trattano i fogli a me diretti in proprie col venerato suo dispaccio 8 dello spirato mese<sup>1</sup>, mi do l'onore di esporre a V.ra Eminenza che il ragguardevole Personaggio ecclesiastico insieme e Ministro<sup>2</sup> non ha più fatta meco parola, e neppure mi ha mai domandato conto del primo ed antico discorso, tenutomi sopra la consaputa dannevolissima costituzione risguardante l'età delle professioni religiose. Ad ogni bona occasione, e sopra tutto al giungermi del pontificio breve farò valere presso di Sua Maestà, del ministero e della dieta, non solo le giuste e sante ragioni che riprovano in genere la contraria legge mal sonante ed improvida, ma ancora i particolari motivi fortissimi che militano in favore della canonica disciplina per questo Regno, in cui il numero de' religiosi è sì scarso, ed il bisogno sì grande per le parrocchie, per le scuole e per l'educazione. [362v]

L'Abbate comendatario di Suleiovia<sup>3</sup> si attende fra pochi giorni di ritorno in Varsavia. Io lo farò subito consapevole delle favorevoli pontificie disposizioni accioché si indirizzi a codesto Sig. Avvocato Benavides per la spedizione del implorato beneplacito apostolico.

Non starò a far più parole del già ultimato trattato del Cavaliere Sagramoso sopra l'Ordinazia d'Ostrog. La distanza de' luoghi non di rado produce che non possono per anche essermi giunti i suoi comandi su qualche affare, che io già ho avuta occasione di scriverne a V.ra Eminenza e d'implorare i pontifici oracoli. Così è succeduto recentemente nell'affare dell'eremo di Vigri, intorno a cui riportandomi al precedente mio dispaccio dei 26 dello scorso<sup>4</sup>, mi è riuscito gratissimo il rescritto della Sagra Penitenzieria che provvede alla quiete delle altrui coscienze, ed [363r] assicura la mia propria. Né altro sembrandomi di dover aggiungere sull'accennati argomenti, colla maggior divozione mi rinnovo. Varsavia, 3 Luglio 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

<sup>1</sup> Cf. N. 256-259.

<sup>2</sup> Sermo de Andrea Stanislao Kostka Młodziejowski.

<sup>3</sup> Stanislaus Potkański.

<sup>4</sup> Cf. N. 335.

## N. 352

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Iosephum Mariam Castelli**Varsaviae, 3 VII 1776**Iterum tractat de missionariis Petropolitanis et Rigensibus.**Or.: APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 510r-v.**Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 5v. A di 3 Luglio 1776. All'Emo Sig. Card. Castelli**Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 8v.*

Eminentissimo etc.

Per adempiere i comandi e le intenzioni di codesta Sagra Congregazione ho subito scritto alla cattolica comunità di Riga per esplorare se tuttora si mantenga nello stesso impegno di prima intorno al novo Superiore. Quando ciò sia, ne spedirò prontamente il decreto e le facultà al P. Giovanni Nepomuceno<sup>1</sup> insieme colla lettera a quella comunità [e ne]<sup>a</sup> darò subito le debite informazioni. Frattanto in questa incertezza di cose do avviso al P. Miller<sup>2</sup>, che all'arrivo in Pietroburgo del P. Pesorski<sup>3</sup> lo fermi colà, e gli radolcisca la sorpresa, che forse caggionar gli potrebbe un tal contr'ordine colla sicura speranza che codesta Sagra Congregazione avrà quanto prima per lui quei riguardi, che si meritano le sue lunghe fatiche. Adoprero poi ogni diligenza possibile per ritrovar qualche religioso Riformato che sappia [510v] la lingua Polacca, e subito lo spedirò a Pietroburgo dove certamente ve ne è un estremo bisogno. Ancor la lettera acclusami per Padre Marcellino<sup>4</sup> è stata inviata al suo termine. Or non mi rimane che di pregar V.ra Eminenza di un benigno compatimento mentre col più profondo rispetto divotamente mi rassegnò. Varsavia, 3 Luglio 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>Umilissimo etc.G.[iovanni] A.[ndrea] Arciv.[escovo] di Calcedone<sup>b</sup><sup>a</sup>*Reg.: fortasse initium enuntiationis superioris per errorem iteratum est: Quando nò*<sup>b-b</sup>*manu propria*<sup>1</sup> Ioannes Nepomucenus Gindl.<sup>2</sup> Euthymius Müller.<sup>3</sup> Andreas Pozorski.<sup>4</sup> Marcellinus Miltztrey.

## N. 353

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Iosephum Mariam Castelli**Varsaviae, 3 VII 1776*

*Nuntius operam dedit, ut controversiae inter metropolitam Kioviensem et coadiutores ortae componerentur, sed propter metropolitae pertinaciam nihil assecutus est.*

*Or.: APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 511r-512r.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 5v-6r. Altra al medesimo.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 8v-9v.*

Eminentissimo etc.

Per non eccitar discordie fra li Monaci Basiliiani di queste due Provincie di Polonia e di Lituania, estremamente gelosi delle vicendevoli loro prerogative, prima di prendere alcuna determinazione sul ricorso avanzato a codesta Sagra Congregazione dal Padre Proto-Archimandrita<sup>1</sup> per l'elezione di un Segretario Generale in luogo del Padre Mizanecki<sup>2</sup> col voto del solo Consultorio della Provincia di Lituania, e rimesso al mio arbitrio colle facoltà necessarie ed opportune<sup>3</sup>, ho stimato bene di renderne inteso il Consultorio di Polonia per mezzo del monaco, agente di quella Provincia che risiede in Varsavia<sup>4</sup>. Udita che avrò la volontà di quei religiosi, prenderò quel partito che giudicherò più convenevole per la concordia delle due Provincie e per il vantaggio di quella Religione. Di tutto ciò poi che su questo proposito opererò, non mancherò renderne V.ra Eminenza pienamente informata. [511v]

Il dare qualche sollievo al Metropolitanano di Russia<sup>5</sup> dalle traversie, che soffre da tanto tempo per parte de' suoi Coadiutori<sup>6</sup>, è uno de' primari oggetti, che io in adempimento degli ordini datimi dall'Eminenza V.ra nelle istruzioni di codesta Sagra Congregazione<sup>7</sup>, mi sono proposto fin dal principio di questo mio ministero. Vedendo però da vicino la condizione de' tempi e le circostanze che sono mescolate nell'affare, non ho saputo sco

<sup>1</sup> Porphirius Skarbak Ważyński.

<sup>2</sup> Innocentius Mszanecki, basilianus provinciae Lithuanae.

<sup>3</sup> Facultas substituendi secretarium generalem Basilianorum. Cf. APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 502r; APF, Lettere 226 f. 274v-275r. Cf. Welykyj, *Audientiae* I, p. 206-207.

<sup>4</sup> Hilarion Komarnicki, procurator Varsaviensis basilianorum.

<sup>5</sup> Felicianus Philippus Wołodkowicz.

<sup>6</sup> Antoninus Młodowski, Ludovicus Leo Szeptycki.

<sup>7</sup> Cf. N. 59, Instructio Congregationis de Propaganda Fide Mons. Archetti designato Nuntio in Polonia data.

starmi dalle direzioni prese da Mons. Garampi, cioè di far dare dal Metropolitano in affitto i beni delle due mense ai suoi Coadiutori, e d'indurre questi nell'accettarlo a rinunziare al sancito emanato nell'ultima dieta. Non mancai pertanto di scriverne al medesimo Metropolitano pregandolo a volersi prestare a questo partito, con cui non solo venivasi ad assicurare per esso la percezione in danaro di tutte le sue entrate, ma toglievasi anche di mezzo col fatto dei medesimi Coadiutori [512r] l'illegittimo e scandaloso sancito. Fin'ora però non ne ho avuta risposta, sebbene sia già scorso il tempo in cui poteva cadere; anzi sento dal di lui agente ch'egli non gradisce questo progetto, desiderando di esercitare le sue ragioni giudizialmente. Sono dunque costretto a scrivergli di nuovo, e procurerò di eccitare la di lui pietà a prestarsi a qualche temperamento che disimpegni con decoro l'autorità ecclesiastica e provveda alla di lui tranquillità. Anche di quello che andrà accadendo su questo affare non lascerò di rendere intesa V.ra Eminenza, a cui intanto rinovando il riverente mio ossequio con tutto il rispetto mi rassegnò. Varsavia, 3 Luglio 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G.[iovanni] A.[ndrea] Arciv.[escovo] di Calcedone<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 354

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Iosephum Mariam Castelli*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Legatus Russicus postulat, ut doceatur de eis, quae in Umana facta sunt. Postulat, ut ecclesiae ritus Graeci restituantur. Sed nuntiatur unitos ab orthodoxis vexari, quos exercitus Russicus adiuvat.*

**Or.:** APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 514r-v. *Quae epistula eadem est atque epistula ad secretarium status die 3 VII 1776 scripta, N. 350, cum adiunctis*<sup>1</sup>.

**Reg.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 76 f. 6r-v. Altra al medesimo. In f. 6v: Copia dei documenti vedi registro alla Segreteria di Stato.

**Reg.:** AV, Segr. Stato, Polonia 339 f. 9v.

<sup>1</sup> Adiuncta eadem atque ad N. 350: Copia: APF, SC, Mosc. Pol. Ruteni 12 f. 516r-519v.

## N. 355

*Ioannes Andreas Archetti ad Marcellinum*

Varsaviae, 3 VII 1776

*Nuntius tradit epistulam Congregationis de Propaganda Fide et epistulam suam ad catholicos Rigenses scriptam atque rogat, ut sibi quam primum rescribat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 211r-v.*

A dì 3 Luglio 1776.

Admodum Rev.do Patri Marcellino Missionario (Rigam).

Ex duabus hic inclusis epistolis altera ad Paternitatem V.ram a Sacra Congregatione Propagandae Fidei scripta est, alteram isti communitati Catholicae, aut iis qui eiusdem [211v] Communitatis personam gerunt statim tradat oportet. Non minori vero diligentia Paternitas V.ra mihi renunciet se obsequutam esse, curatque ut ab eadem communitate statim responsum feram. Interea istum Catholicum gregem Paternitati V.rae etiam, atque etiam commendo.

## N. 356

*Ioannes Andreas Archetti ad Communitatem Catholicam Rigensem*

Varsaviae, 3 VII 1776

*Nuntius rogat communitatem Rigensem, ut constituat de patre Ioanne Nepomuceno, quem missionarium retinere voluit.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 211v.*

A dì 3 Luglio 1776.

Ill.mae Communitati Catholicae (Rigam).

Cum Sacra Congregatio Propagandae Fidei istius Ill.mae communitatis postulata cognoverit, statueritque Dominationum Vestarum voluntati satisfacere, me etiam illis facultatibus instruxit, quae ad hanc rem confiendam requirebantur. Itaque si Dominationes V.rae sunt adhuc in eadem sententia, cupiuntque in istius missionis vicesuperiorem patrem Ioannem Nepomucenum<sup>1</sup> sibi designari me certiore quam primum faciant, cura-boque ut Dominationes V.rae voti sui compotes statim fiant. Quod studium profecto semper praestabo quotiescumque de V.ris utilitatibus ac comodis agetur. Interea singulari cum observantia etc.

---

<sup>1</sup> Ioannes Nepomucenus Gindl.

## N. 357

*Ioannes Andreas Archetti ad Euthimium Müller**Varsaviae, 3 VII 1776**Rogat, ut patri Pozorski persuadeat, ne Rigam eat.**Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 211r.*

A di 3 Luglio 1776.

Admodum Rev.do P. Euthimio Miller (Petropolim).

Pater Andreas Pesorski<sup>1</sup> procul dubio per istud Petropolitanum hospitium pertransibit Rigam profecturus, ubi iampridem illius missionis Vice-Superior designatus est. Itaque rogo Paternitatem Vram ut illum advenientem benignissime excipiat, simulque ad eodem impetrat ne progrediatur ulterius, sed istic consistat, atque ab Rigensi itinere supersedeat donec iterum moneatur. Ne vero P. Andreas hanc rem in deteriore partem accipiat, aut aliquid de sua existimatione detractum putet, docendus erit Sacrae Congregationi omnino interesse ut istic aliquantisper consistat; caeterum eandem Sacram Congregationem suorum laborum, ac meritorum quae plurimi facit rationem quam primum esse habituram. Haec Paternitas Vra non minus diligenter quam prudenter curet dum vere, et ex animo.

## N. 358

*Ioannes Andreas Archetti ad Paschasium Leszyński**Varsaviae, 3 VII 1776**Tractat de duobus alumnis Collegii Vilmensis, qui ferias domi agere volunt.**Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 211v-212r.*

A di 3 Luglio 1776.

Admodum Rev.do Patri Rectori Collegii Pontificii Vilmensis.

Isaias Szluenswski<sup>1</sup>, et Basilius Blewenowski<sup>2</sup> Collegii huius Alumni, uterque ut infirmae valetudini aliquanto melius consulant, alter etiam herciscundae familiae causa petunt ut sibi facultas fiat domum suam va-

---

<sup>1</sup> Andreas Pozorski.

<sup>1</sup> Isaias Szulakiewicz OSBM, alumnus collegii basilianorum Vilmensis.

<sup>2</sup> Basilius Bahrynowski, alumnus collegii basilianorum Vilmensis.

cationum tempore proficiscendi<sup>3</sup>. Cum mihi satis cognitae non sint huius collegii institutiones, alumni utriusque causam Dominationis V.rae perspectae prudentiae remitto. Si aequa postulant, si collegii consuetudo id patitur, si usus invaluit, poterit indulgeri, ea tamen conditione, et lege ut Vilnam repetant [212r] antequam novus studiorum cursus incipiat. Haec quae ad Paternitatem V.ram scriberem utriusque alumni praecibus per-motus, quibus meo nomine salutem plurimam dicat.

### N. 359

*Ioannes Andreas Archetti ad Stanislaum Boguslaum Siestrzeńciewicz*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Epistula superior episcopo allata esse non videtur, itaque copia eius mittitur. Archetti sperat episcopum operam sociam sibi navaturum esse. Mittit ei potestates.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 212r.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 340 f. 202v-203r. Die 3 Iulii 1776. A Monsig. Vescovo di Mallo.*

A dì 3 Luglio 1776.

A Monsignor Vescovo di Mallo.

Su primi momenti del mio arrivo in Varsavia ebbi l'onore di scrivere a V.ra Signoria Ill.ma<sup>1</sup> per ordine di Sua Santità, perché essendosi dal Santo Padre riconosciuto l'arrendamento che pretendeva di fare Mons. Vescovo di Vilna<sup>2</sup> per sommamente pregiudiziale a quella vescovil mensa, V.ra Signoria Ill.ma suspendesse l'esecuzione delle pontificie bolle; onde sorpreso al vedere che V.ra Signoria Ill.ma nella stimatissima sua de' 15 Giugno<sup>3</sup> non ne fa parola, glie ne spedisco la copia. Del resto è lungo tempo, che mi sono note le singolari prerogative, e il valore e lo zelo di V.ra Signoria Ill.ma, e non meno in Roma i più ragguardevoli personaggi, che compon-

<sup>3</sup> Cf. N. 328, N. 329.

<sup>1</sup> 19 V 1776, cf. N. 192.

<sup>2</sup> Ignatius Iacobus Massalski.

<sup>3</sup> In archivo Archettiano non est reperta epistula epi Siestrzeńciewicz, in qua dies 15 VI 1776 ascripta est. Prima epistula epi Siestrzeńciewicz die 27 V 1776, ad Archettium scripta ipsa die 15 VI tradita est (cf. N. 212). In epistula 7 VI 1776 scripta (cf. N. 250) epus Siestrzeńciewicz respondet ad quaestionem, quam nunc nuntius tractat. Ista epistula altera Archettio demum die 30 VII tradita est. Quae cum ita sint, secretarius in die 15 VI 1776 ascribenda eravisse videtur, qui pro die 27 V transcripsit in registrum diem 15 VI, qua epistula Varsaviae allata est.

gono la Congregazione di Propaganda Fide, che qui ultimamente in Varsavia Mons. Nunzio passato attribuendole i meritati elogi, me ne anno fatta concepire la più alta stima. Quindi siccome desidero<sup>a</sup> d'aver anch'io nel tempo del mio ministero ampio campo di ammirare altre luminose prove della sua virtù, così la prego a raggiuagliarmi spesso delle sue apostoliche fatiche, e di quanto occorrer le possa al spirituale vantaggio di sì ampie contrade. Perché poi V.ra Signoria Ill.ma abbia un solenne attestato della somma fiducia che ho in lei riposto, e possa più liberamente impiegare il pastoral suo zelo in pro e vantaggio di codeste missioni e contrade soggette alla Moscovia, mi do l'onore di spedirle la conferma delle facultà secondo la formula di delegazione, fatta nella sua persona del mio Antecessore. Godo sommamente altresì che i consaputi Vescovi abbian date le lor facultà per quella porzione delle loro diocesi che ora è soggetta alla Moscovia, giudicando io che quanto più ella continuerà l'esercizio degli apostolici ministeri, tanto più debba riuscir fruttuoso; e di nuovo pregandola ad onorarmi spesso delle sue notizie e de' suoi comandi, colla più perfetta stima mi dico.

<sup>a</sup>*Deest in primo Reg.*

## N. 360

### *Ioannes Andreas Archetti ad Ioannem Dominicum Łopaciński*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Gratulatur ei, quod fratris filius episcopus auxiliaris creatus est.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 212r-v.*

A dì 3 Luglio 1776.

Ill.mo et Rev.mo Episcopo Samogitiensi.

Cum meritissimus Ill.mae Dominationis V.rae Nepos<sup>1</sup> hesterna die Episcopali dignitate auctus, atque ornatus fuerit non mediocrem coepi animo laetitiam, maximasque habui gratias Deo Optimo Maximo uti soleo si quid optatibile contingit acceptam referre. Nunc vero cum hinc discessurus sit, atque ad patrum reverti cogitet; meum studium, atque observantia erga Dominationem V.ram Ill.mam omnino flagitat ut eandem laetitiam, quam [212v] ex novo sui nepotis honore iam ante perceperam hisce litteris declarem. Gratulor itaque maximopere Dominationi V.rae Ill.mae non tam quod egregius nepos suus Episcopus factus sit, quam quod sublimi hoc

---

<sup>1</sup> Iosephus Leo Łopaciński.

honoris gradu propter eximias suas virtutes dignissimus statim sit habitus: quae quidem res paucis admodum contingit. Equidem si quid coniectura assequi possumus plane non dubito quin patruum nepos, pietate, religione, divinae gloriae studio, ac pastoralis sollicitudine sit imitaturus, atque expressurus. Interea etc.

### N. 361

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Silvestrum Artecki*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Quamquam provincialem adiuvari non potuit, ordini basilianorum deditus est. Gaudet provincialem sibi confidere.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 212v.*

A dì 3 Luglio 1776

Admodum Rev.do Patri Provinciali Basilianorum

Pergratum mihi omnino est quod Paternitas V.ra quamque exitus fuerit minus felix, de mea tamen voluntate, optime, vereque iudicet<sup>1</sup>. Revera omnia expertus sum ut aliqua ratione in re tanti momenti vobis opitularer, sed omnes mei conatus, labores, preces vel hominum, vel temporum conditione frustra excidere. Alia vice mihi fortasse res feliciter obvenient, animum quidem certe semper eundem praestabo, idemque studium, de Basiliana familia benemerendi. Interea etc.

### N. 362

#### *Ioannes Andreas Archetti ad guardianum franciscanorum conventualium Posnaniae*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Severe monet franciscanos conventuales Posnanienses, ut anno iubilaei multis fidelibus convenientibus labori pastoralis strenuam operam dent.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 212v.*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 290.

A dì 3 Luglio 1776.

Admodum Rev.do Patri Guardiano PP. Conventualium Posnaniae<sup>1</sup>.

Cum Posnaniensis Episcopus<sup>2</sup> Indicto Iubileo, tam saecularem, quam regularem clerum studiosissime excitaverit, ut tempore tam acceptabili in Vineam Domini certatim adlaborent, audio vos summa cum admiratione, gravissimoque animi mei dolore, vos inquam audio solos omnino V.rae vocationis immemores, ac nihil de divina gloria, nihil de animarium salute sollicitos, laborem omnem detrectare, vobis solis nec turpe nec indecorum videri in communi omnium Ecclesiasticorum sollicitudine otiosos esse. Quae socordia quantum Deo, quantum Seraphico Patri<sup>3</sup> invisae esse debeat, quantum etiam apud homines invidiam in vos concitatura sit necesse non arbitror ut pluribus verbis declarem. Itaque Paternitatem V.ram suosque religiosos omnes primum quidem obsecro, atque obtestor, deinde pro ea qua fungor Nuncii Apostolici autoritate<sup>a</sup> etiam iubeo ut statim manum operi admoveant, cleroque saeculari hoc praesertim tempore in excipiendis confessionibus, verbo Dei administrando, caeterisque Ecclesiasticis ministeriis obeundis suppetias alacriter ferant. Futurum equidem spero ut quantum antea doloris percepi, tantum postea spiritualis laetitiae ex V.ra agendi ratione percepturus sim. Interea vere, et ex animo sum.

<sup>a</sup>*deletum*: vocatione

### N. 363

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Eleonoram Radziwiłł*

*Varsaviae, 3 VII 1776*

*Confirmat se paratum esse eam adiuvere, ut res ad finem bonum adducatur. Monet eum, qui patriae servit, non debere vota Deo data abrumpere. Qui vitam monasterialem abicit, is eam ob rem non fit dignus, ut dignitate episcopali augeatur.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 213r.*

A dì 4 Luglio 1776.

A Sua Altezza la Signora Principessa Radziwiłł (Pietroburgo).

J'ai reçu la lettre de Vôtre Altesse avec le plus grand plaisir<sup>1</sup>. C'est accomplir mes sincères souhaits que de m'employer sans cesse à mériter par

<sup>1</sup> Monasterium S. Francisci Patavini franciscanorum conventualium provinciae Polonae, custodiae Gnesnensis, cf. Litak, p. 407.

<sup>2</sup> Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski.

<sup>3</sup> S. Franciscus Assisiensis (1181-1226).

<sup>1</sup> Cf. N. 210.

mes services la confiance, et l'amour de votre nation. Avec ces sentimens je ne scaurois pas exprimer l'envie que j'ai, de trouver grâce auprès d'une Princesse telle que vous par mes respects, et mes soins dans l'exécution de vos ordres. Ce sera dans cette exécution même que prennant par ma conduite la vérité, et mes devoirs je tâcherai de convaincre Vôte Altesse que si dans quelque chose je n'aurois l'honneur d'y pouvoir réussir, j'aurai pourtant fait tout ce que l'on se pouvoit attendre de ma part.

Je scais que le Père Kamienski<sup>2</sup> des Ecoles Pies ayant sollicité auprès du S. Siège la sécularisation, son affaire avait trouvé dans la Congrégation des Evêques, et Réguliers un grand obstacle à cause de l'information peu favorable que son Provincial en avoit donné. Je scais encore que le Comte Galeppi<sup>3</sup> ci-devant Auditeur de la Nonciature avoit proposé de supplier le S. Père même pour obtenir de lui par grâce la sécularisation désiré; mais j'ignore si l'on a faites quelques démarches sur ce nouveau plan. Aussi-tôt que je serai informé de la situation dans la quelle se trouve l'affaire à Rome, je ne manquerai point de faire tout ce que je pourrois afin de la terminer heureusement. Votre Altesse pourtant me doit scavoir bon gré, si je prene l'ardiesse de vous répondre que ce n'est pas pour des espérances des services futures à la Religion, et à la Patrie qu'on peut rompre des vœux faits à Dieu dans la Profession Religieuse. En attendant si le Père Kamienski pour satisfaire à Votre Altesse revient à Varsovie à l'occasion de la Diète prochaine il ne m'est pas possible de lui permettre de se dispenser ici des obligations esentielles de son état, mais je tâcherai de porter ses supérieurs à toutes les facilitées qu'on pourra lui accorder. Quant à l'Episcopat ce n'est pas à présent qu'on peut y songer. Pourtant j'avouerai à Votre Altesse [213v] que pour frayer le chemin à un Religieux de revenir sur ses pas, je ne suis nullement persuadé qu'on puisse solliciter pour lui une dignité qui exige l'état de plus sublime, et le plus parfaite.

## N. 364

*Thomas Woszczelłowicz ad Ioannem Andream Archetti*

*Grodnae, 4 VII 1776*

*Cum pater morbo affectus esset, rogat, ut a collegio tempus longum abesse sibi liceat. Rector absentiam quindecim dierum concedere potest.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 370r-v. Ascriptum in 370r: recepta die 9 Iulii 1776.*

<sup>2</sup> Adolphus Kamiński.

<sup>3</sup> Laurentius Caleppi.

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Protector Clementissime

Degens nuper in Collegio Pontificio Vilmensi, subito accepi nuncium de infelici successu patris mei, quod videlicet iam iam in limine mortis positus sit. Cum vero in huiusmodi circumstantiis ad Suam Excellentiam a cuius gratia et protectione immediate singuli dependemus, literas supplicatorias egressum e Collegio instans periculum atque penuria temporis haud mihi permisit, rogavi idcirco ad medesimum Patrem Rectorem nostri Collegii<sup>1</sup>, quatenus extraordinaria sua, et interpretativa Suae Excellentiae potestate dimittat me pro aliquo tempore e Collegio, ad prestandum ultimum a me morituro Patri obsequium quod et obtinui. Verum quia Admodum Rev.dus Pater Rector pro Sua Extraordinaria potestate nonnisi quindecim dierum tempus ad praesens non modicum negotium concessit, rerum autem status [370v] diutius me domi commorari exigit; prostratus igitur ad pedes Suae Excellentiae humiliter supplico ut ad longius tempus domi persistendi profiteor magnam debilitatem Patris mei, specialem facultatem mihi benigne indulgere dignetur. Tempus hoc ut pote tempus vacationum a studiis, non tam defatigati continuis studiis animi quies, quam potius multorum meorum negotiorum tractandorum extet mihi remedium. Quod quem admodum a Suae Excellentiae gratia suppliciter exoro. Ita cum profundissimo cultu me subscribo.

Illustrissimi Excellentissimi ac Reverendissimi Domini D.no Protectoris Clementissimi

Cliens Infirmus

Thomas Woszczełłowicz

Sanctissimi Domini Nostri alumnus mpp

Grodnae die 4 Iulii 1776 anno.

## N. 365

### *Iosephus Zamorski ad Ioannem Andream Archetti*

Posnaniae, 4 VII 1776

*Cum ecclesia collegiata Sanctae Mariae Magdalenae Posnaniensis igni affecta esset, quaeritur, unde pecunia, qua ecclesia restituatur, comparanda sit. Nuntius rogatus est, ut controversiam inter praepositum collegiatae et capitulum collegiatae ortam diiudicaret.*

---

<sup>1</sup> Paschasius Leszyński, basilianus, rector collegii Vilmensis.

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 338r-339r. Ascriptum in 338r: recepta die 9 Iulii 1776.*

Posnaniae, 1776, 4 Iulii.

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Gratosissime

Dabit veniam Excellentia V.ra quod meis indignis (nomine Totius Collegiatae Divae Mariae Magdalenae Posnaniae<sup>1</sup>) Litteris incommodare praesumam, in multis iam afflictis et gravati a moderno Nostro Domino Praeposito<sup>2</sup>, cum nulli vi habeamus refugium, ad Excellentiam V.ram confugimus venerabundi hac in occasione. Dominus Martinus Kotarbski exjesuita Praepositus collegiatae nostrae non solum, quia iura, privilegia, statuta nostra nobis gratosissime concessa fregit, violavit, super quibus conservandis ipsemet circa sui installationem capitulariter corp[or]ale iuramentum praestitit, maiora in dies gravamina facit. Qui ut a nobili Magistratu Posnaniae uti et tanquam patronis et collatoribus legitimis praesentationem ad ecclesiam parochialem ac collegiatae D.M. Magdalenae in civitatu Posnaniae obtineret, hanc ecclesiam (quod permissu divino anno 1773 die 3 Iunii fulmine tacta et combusta) de proprio peculio restaurare appromisit. Obtenta vero praesentatione et capta possessione huius ecclesiae, praeter gravamina nobis, prius uti Templo Dei viventis illata, exportavit a Reverendissimo Off[icialat]u Posnaniensi<sup>3</sup> et Patronis Ecclesiae Consensum, pro dividendo argento ecclesiastico ad reparandam ecclesiam convertendo [338v] et quia argentum ecclesiasticum pro construenda totaliter hac ecclesia non sufficit neque sufficiet. Iterum nuper obtinuit consensum a Rev.mo Off[icialat]u Posnaniae quod spes est valde favorabile, ut omnes altaristae huius ecclesiae suum argentum altarium ad aerarium ecclesiae contribuat, ut illud iterum divendi possit a Domino Praeposito pro reparatione ecclesiae. Sed quoniam Dominus Praepositus de proprio peculio ecclesiam combustam restaurare appromisit et nihil de suo peculio adhuc erogavit, videretur mihi non esse necesse (divendito iam argento ecclesiastico) ad facultates altarium altaristarum manum movere, nam etsi hae divenderentur pro reparatione tanti aedificii non sufficient. Sed Dominus praepositus prius ut mihi videtur de appromisso peculio suo expensam faciat etsi post illius peculium non suffecerit non contradiceremus neque negaremus argentum altarium. Quia quis spondetur<sup>a</sup> an Dominus Praepositus tam diu vivet donec perficiat. Incepto enim opere et

---

<sup>1</sup> Collegiata Sanctae Mariae Magdalenae, Posnania, cf. Litak, p. 285; Nowacki, t. 2, p. 607sq.

<sup>2</sup> Martinus Kotarbski (1730-1797), exjesuita, canonicus et parochus collegiatae inde a die 19 VIII 1775 usque ad mortem (22 IV 1797), cf. Nowacki, t. 2, p. 610; Neumann, p. 329.

<sup>3</sup> Adalbertus Zakrzewski (1745-1804), vicarius generalis et officialis Posnaniensis annis 1775-1781.

non consumato divenditisque argenteris ecclesiasticis et altaristarum, si exempli gratia moveretur successor eius non inveniret modum consumandi operis. Sic et ecclesia successu temporis dirueret argentum ecclesiasticum non esset. Igitur hoc in passu ab Excellentia Vra petimus consilium. Nos volumus petere inhibitionem contra Dominum Praepositum extrationibus hic positus ne haec audeat et nos cogat ad argentum dandum altarium quia unde de quo postea altaria erigenda erunt et foundationes et altaria successu temporis deperderentur sed Dominus Praepositus prius suam [...itatem]<sup>b</sup> et alacritatem praestet. Etsi ostensa largitate et elargito suo peculio consummasse non poterit parati sumus non solum altarium argenteria sed etiam vestes proprias contribuere. Interim Excelentissime D.ne cum humillima et profundissima exosculatione pedum rogamus et per viscera misericordie obsecramus ut inhibitionem obtinere possimus [339r] [...] <sup>b</sup> ad notitiam (datatae praesentes literae ad Excellentiam Vram) perveniant Reverendissimi Officii Posnaniensis quia infelices non nulli essemus quin dispositioni contraveniamus. Nos tantum avidissime dispositionem et resolutionem Excellentiae Vrae expectamus quid in hoc casu an resistere an aequiescere debeamus. Nam pro die decima sexta mensis et anni currentis terminus praefixus comportandi argenteria ex benignitate Excellentiae Vrae aut inhibitionem aut salte aliquam resolutionem in manus meas humillime exposco. Atque cum profundissimo cultu et veneratione maneo.

Ill.mae Excell.mae ac Reverendissimae Dominationis Vrae

Devinctissimus cliens

Josephus Zamorski<sup>4</sup> Ecclesiae P[ar]o[h]i[is] D. Mariae Magdalenae  
Posn[ani]ae Canonicus mpp

<sup>a</sup>transcriptio verisimilis    <sup>b</sup>cum tomus consuaretur, textus corruptus est

## N. 366

*Card. Franciscus Carafa ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 5 VII 1776

*Tractat de duobus canonicis regularibus Cracoviensibus.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 f. 18r.*

Molto Ill.mo e Rev.mo Mons. come Fratello.

Nell'annesso memoriale<sup>1</sup> dato a nome di Stefano Lodzyński e di Antonio Mazurkiewicz, sacerdoti canonici regolari dell'Ordine di S. Spirito

<sup>4</sup> Iosephus Zamorski (1731-?), cf. Neumann, p. 370.

<sup>1</sup> Cf. AV, Arch. Nunz. Varsavia 72 f. 344r-345r.

della città di Cracovia, vedrà V.ra Signoria quanto per parte de' medesimi è stato rappresentato alla Santità di Nostro Signore. Questi Eminentissimi miei Signori per tanto, a quali da Sua Beatitudine è stata rimessa l'istanza mi anno comandato di scriverle, affinché ella distintamente informi la Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari sopra l'esposto in esso, con aggiungervi il suo parere, raccomandando l'Eminenze Loro gli oratori al di lei noto zelo e carità. Glielo significo, e le prego da Dio le maggiori prosperità. Roma, 5 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria

<sup>a</sup>-Come Fratello Affettuosissimo

F.[ranciscus] Card. Carafa<sup>2</sup> Prefetto<sup>a</sup>

<sup>a</sup>-B.[ernardino] [Honorati] [arci]vescovo di Sida<sup>3</sup> segretario<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *transcriptio incerta*

### N. 367

#### *Barnabas Kluszewski ad Ioannem Andream Archetti*

*Gnesnae, 5 VII 1776*

*Iterum rogat, ut dispensatio sibi concedatur utque in ordinem canonicorum regularium Sancti Sepulcri Miechoviensem transire possit.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 129 f. 119r-120r. Ascriptum in 119 r: recepta die 9 Iulii 1776.*

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Protector meus singularissime

Negotium meum primum et vel maximum deosculari sacros Suae Excellentiae pedes, et inde sufficeret personae meae honor. In causa vero nullitatis professionis meae summa extremaque necessitas ad exdivisionem usque animae [...] <sup>a</sup> et intus perfossum cor meum ut meam ad coram Illustrissimo Excellentissimo et Rev.mo Domino enarrem cordolium. Credo sane Suam Excellentiam scire peroptime in Consistorio Posnaniensi agitantam causam meam circa nullitatem professionis in ordine carmelitano qui eventus per tot menses sexem sortire nequit effectum, ratio ob quam

<sup>2</sup> Franciscus Carafa (1722-1818), cardinalis inde ab anno 1773, praefectus congregationis Episcoporum et Regulaminum ab anno 1775.

<sup>3</sup> Siden(sis) seu Sidetan(a), (Side) in Pamphylia Prima, metrop., tit. Cf. Ritzler-Seffrin, HC VI, p. 379.

tanta sit causae prolongatio, est specialis afflictio, mortificatio et usque ad interuersionem vitae processus. Ante Festa Natalis Christi Domini Roma cum instrumento a Sacra Sede exportato veni Poloniam, et adhuc documenta decretumque pro annihilanda professione religiosa habere non valeo et hoc singulariter propter impedimenta ordinis. Licet si habeam literam a Rev.mo Generali Ordinis, ut nullus me impediatur in mea causa quod adhuc, post tot incultus et vorationes, in vivis et incolumis existo singularis DEI facit gratia. Quapropter ut reliquam vitae meae cursum offerre valeam pro Gloria Dei et laboribus Ecclesiae [119v] (prout evidentiam laborum in Ecclesia dedi documenta, per novem annos in locis etiam Varsaviae Lublice<sup>1</sup> concionando) zelus ille concionatorius immo non cessavit adhuc, volo libentissime laborare in Ecclesia, sed non prius donec ex detensione Ordinis Carmelitici (in quo pro nunc existo) evinculatus per auctoritatem sacram suae Excellentiae fuero. Iam Excellentissime D.ne post inquisitiones eductas corporali iuramento confirmatas, adhuc ante Festa Paschalis, hae in mea causa nullitatis professioni est efformatum, sed decretum declarationis per tot septimanas oblivione non valeo, et video citius immineret mors quam finis processus. Proindeque subicio me pedibus Suae Excellentiae, atque per Dei misericordiam rogo quatenus me Sua Excellentia private atque ex strictiori ad leviozem ordinem dispensare dignaret. In sacratissimo ordine Canonicorum Sepulchri Christi Domini locum habeo fixum. Ipsaemet literae Generalis Ordini Miechoviae<sup>2</sup> Scriptae benevolentiam receptionis [...]a, requirent<sup>b</sup> tam<sup>b</sup> a Sua Excellentia dispensatio, et sic iam conclusus erit processus. Ego vero in Ordine praefatorum Canonicorum Sepulchri Christi Domini Deum orabo, atque pro Gloria DEI laborabo in Ecclesiam. In ordine Carmelitarum fateor coram Deo et Sua Excellentia vivere non possum, quam propter consequentias plurimas [...]a nec unum in vivis ducerem mensem. Ilico cum profundissimo pedum osculo, iterato suam humillime rogo Excellentiam, ut dispensatione [120r] ad leviozem ordinem Gnesnam ad Canonicum Ordinis sepulchri Christi Domini Praepositum S. Joannis <sup>c</sup>[Titulus Canonici Gnesnae Bonaventurae Christi]-<sup>c</sup> mittere dignet, iam inde recipiam et ad novitatum Miechoviam discedam. Scripsi iam<sup>3</sup> Excellentissime D.ne Varsaviam, pro obtinenda dispensatione ad Excellentiam Suam sed literas neque dispensationem recepi, ideoque nunc expecto Gnesnae, et recipiendam spero dispensationem Suam Gratiam Deus Ter Optimus Maximus. Tacere etiam non possum Excellentissime D.ne iniuriam parentum et fratrum meorum qui depositariam habent pecuniam in Sacra Nuntiatura, quam mihi pro via Romam, et peragenda causa mea

---

<sup>1</sup> Lublinum.

<sup>2</sup> Matthaes Buydecki.

<sup>3</sup> Cf. N. 312.

dederunt, nunc autem illam recipere magnam habent difficultatem, iam praestiterunt iuramentum quod ipsorum est, et ego iuro secundum Deum et veritatem conscientiae meae quod ipsorum est, hoc ipsum Antecessori Suae Excellentiae dixi hoc ipsum et Suae Excellentiae narro, atque humill. me rogo, quatenus Suam Excellentiam cordem consanguineos meos, et me simul Apostolica Sua Authoritate iurare valeat. Et si plurimi ex hoc peculio, maxime in ordine iniuste acceperunt flendum et dolendum est, cur non hi, quibus ex iustitia haec debet summa. Igitur et hoc interesse Suae Excellentiae cum omni humilitate recomendo, atque deosculor plantas. Sicuti.

Suae Excell.mae Dominationis

Infimus servus pedisequus

Fr. Barnabas Kluszewski Ord.[inis] Carm.[elitarum]

Datum Gnesnae die 5 Iulii.

<sup>a</sup>verbum illegibile    <sup>b</sup>transcriptio incerta    <sup>c-c</sup>scriptum supra textum in pagina summa

## N. 368

### *Michaël Prymowicz ad Ioannem Andream Archetti*

Minciski<sup>1</sup>, 6 VII 1776

*Tractat de communitatibus apostatarum, qui ad Ecclesiam graeco-catholicam redierunt, et de unitis in Ucraina iterum vexatis.*

*Or.*: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 53r-v. Ascriptum in 53r: recepta die 16 Iulii 1776.

6 Iulii 76 Anno de Minciski

Ill.me Excell.me et Rev.me D.ne D.ne Protector Singularissime

Nuper per tabellarium ordinarium transmisi<sup>2</sup> Suae Excellentiae Ill.mae 20 Instrumenta authentica reconciliatarum cum Ecclesia S. Romana Catholica Communitatum et copiam mandati Domini Generalis Szyrkow apposui, nunc defero, quod apostatae dicto mandato suffulti, iam multas a communitatibus Catholicis vi et violenter receperunt ecclesias, et per universam provinciam Ukrainensem Palatinatus Kijoviensis et Braclaviensis cum milite numeroso discidendo signanter in suo respective decanatu apostata decanus hoc titulo de Pereiaslavia<sup>3</sup> nominatus, ecclesias recipiunt,

<sup>1</sup> Miczesk.

<sup>2</sup> Cf. N. 319.

<sup>3</sup> Pereslavia.

sacerdotes concutiunt, spoliant, communitates se opposentes reconciliatio-  
nibus verberant, sequestrant, quas molestias et persecutiones crudas ad ma-  
nifestationem iam Suae Excellentiae Ill.mae communicatam adieci, et typo  
imprimendas (ut quorum intererit sint notae) disposui, et harum exemplar  
Suae Excellentiae Ill.mae quam primum de praelo evenerit, transmittere  
non negligam, de his quoque Excellentissimum Dominum Antecessorem  
Suae Excellentiae Ill.mae monitus certiore feci, sperans et abinde studio  
eius effica[53v]cissima subministranda misero clero et depresso praesidia,  
elenchum receptarum ecclesiarum adiungo praesentibus<sup>4</sup>, de reliquis gra-  
vaminibus certe attentandis, nactus notitiam Suam Excellentiam certifi-  
care non desinam, cum profunda demissione manens.

Ill.mae Excell.mae et Rev.mae Dominationis V.rae Protectoris Singu-  
larissime

<sup>a</sup>-Subpedaneus Servus et Exorator Continuus  
M[ichael] Prymowicz mpp<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu propria

## N. 369

### *Card. Lazarus Opitius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 6 VII 1776

*Notum facit epistulas die 12 mensis Iunii datas sibi allatas esse et responsum mittit.*

**Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 102r. Manu Archetti ascriptum: Ricevuta 26 Luglio 1776.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 274r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 10v. Praescriptio: Lettera, che da per rice-  
vuto il dispaccio de 6 Giugno [sic!].*

**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. Praescriptio: Una lettera, un piego in  
proprie. Mutationes stilisticae.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Speditomi da V.ra Signoria Ill.ma con quella esattezza che suole il  
suo dispaccio dei 6<sup>a</sup> del mese scaduto è il medesimo in questa settimana,  
nella quale cadeva il suo arrivo, puntualmente nelle mie mani pervenuto.  
A questo riscontro non avendo che aggiungere di più, passo a ratificarle la

---

<sup>4</sup> Adiunctum: Elenchus receptarum Ecclesiarum Catholicorum per Apostatas milite  
exotico suffultas. 8 VI 1776. Copia: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 54r.

piena stima con cui a V.ra Signoria Ill.ma auguro vere prosperità. Roma,  
6 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma.

<sup>b</sup>-Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini-<sup>b</sup>

<sup>a</sup> *debet esse*: 12 VI, cf. N. 275-277

<sup>b-b</sup> *manu propria*

## N. 370

### *Card. Lazarus Opitius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 6 VII 1776

*Tractat de pacto ad bona Ostrogiensia pertinente confirmando. Opera est danda, ne orthodoxi Ucrainienses unitos vexent. Fieri non potest, ut commissio mixta reos pro vexatis habeat. Nuntius omnia fecit, ut protestans legatus comitiis pelleretur. Magnus cancellarius Regni nuntium ad se non admittit, sed sine pudore cum legato civitatis noncatholicae colloquitur.*

**Or. decifr.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 103r-104v. Supero scriptum manu Archetti: Ricevuta 14 Giugno 1776.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 10v-11r. Praescriptio: Foglio a colonna, in piano e numeri.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 280r-282r.*

Roma, 6 Luglio 1776.

Ha già compito il Sig. Ambasciatore di Malta<sup>1</sup> alle proprie incombenze con trasmettermi l'occorrente supplica in unione dei documenti correlativi all'affare di Ostrog per implorare la pontificia conferma, che non dubito gli verrà dal Santo Padre accordata in forma specifica per consueto canale della Segreteria de' Brevi, e mi lusingo di poterle col venturo ordinario partecipare la spedizione del beneplacito apostolico, già da me a tale effetto sollecitata.

Sarebbe giusto non che convenevole, che la nota commissione in Ukraina si occupasse prima di tutto a rimettere gli uniti in possesso delle chiese e beni da essi goduti nel 1768. Come ella saviamente ci avvisa, affinché [103v] invece del meritato castigo, non riportino i scismatici un premio del violento spoglio da loro commesso. Prevedo nondimeno, che i deputati non vorranno usare per se stessi di verun arbitrio per non contravenire all'articolo IX dell'atto separato<sup>2</sup>. Essendosi però il Re ripromesso

<sup>1</sup> Jacobus Laurus le Tonnelier de Breteuil.

<sup>2</sup> *Volumina legum VIII, 67.*

col di lei Antecessore di procurare effettivamente la correzione del ridetto articolo, si apre a V.ra Signoria Ill.ma l'adito di rinovargliene le premure, ad oggetto, che la commissione venga autorizzata a ristabilire gl'interessi degli uniti sul piede in cui erano nel predetto anno 1768. In quale occasione la Maestà Sua si esternasse col Nunzio Pontificio, e i termini di sicurezza coi quali si espresse relativamente a questo articolo, potrà V.ra Signoria Ill.ma rincontrargli nel dispaccio in piano di [104r] Mons. Garampi del 15 Marzo dell'anno scorso<sup>3</sup>, e nel contemporaneo foglio di numeri al primo paragrafo.

Qualunque sia l'esito delle di lei premure, dirette a procurare l'esclusione dalla dieta del nunzio dissidente, non le potrà certamente codesta nazione ricusare il merito di un Ministro Apostolico zelante di conservare pure e intatte le prerogative del cattolicesimo, come già dal Santo Padre le viene retribuita la lode di aver esattamente secondate le pastorali di Lui sollecitudini.

Non è improbabile, che la difficoltà dell'accesso <sup>a-a</sup> Mons. Gran Cancelliere-<sup>a</sup> sia derivata dal timore di non potersi ragionevolmente sottrarre alle zelanti di lei insistenze ma è ben poco commendabile, che la <sup>a</sup>-casa di un Vescovo infermo-<sup>a</sup> sia continuamente <sup>a</sup>-ape[104v]rta-<sup>a</sup> ad un <sup>a</sup>-Ministro acattolico, e-<sup>a</sup> si renda poi impenetrabile <sup>a</sup>-al Nunzio della Sede Apostolica-<sup>a</sup>.

Non dubito della sincerità delle espressioni, fattele da Mons. Ghigiotti si per la intrinseca natura e importanza degli oggetti, a quali riferisconsi, come per le fresche beneficenze riportate da Sua Santità e per i non pochi rilevanti servizi, resigli da Mons. Garampi. Gradirò nondimeno di sentire da V.ra Signoria Ill.ma che gli effetti corrispondano pienamente alle premesse di lui dichiarazioni.

<sup>a-a</sup>*fragmenta notis arcanis scripta*

## N. 371

### *Stephanus Borgia ad Ioannem Andream Archetti*

*Romae, 6 VII 1776*

*Gratulatur nuntio, quod salvus in Poloniam venit. Pecunia seminariis Vilnensi et Brausbergensi debita agenti Romano Archetii tradetur.*

*Autogr.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 69 f. 18r. *Ascriptum:* Ricevuto 26 Luglio 1776.

---

<sup>3</sup> Cf. Garampi ad Pallavicini, 15 III 1775, AV, Segr. Stato, Polonia 315 f. 376r, 386r-389v.

Illustrissimo etc.

Desiderando la S. Congregazione che si continui nel piano stabilito sotto Mons. Garampi, ha fatto intendere al Sig. Abbate de Chard, agente di V.ra Signoria Ill.ma, che si presenti in Dateria per riscuotere le annualità de' Collegi di Vilna e Brunsberga<sup>1</sup>. A questo oggetto ne ho procurato un viglietto al Sig. Card. Prodattario<sup>2</sup>, onde su questa parte altro non rimarrà da fare. Intanto mi rallegro con V.ra Signoria Ill.ma del felice suo arrivo e del bene incominciato apostolico ministero. Desidero l'onore de' suoi comandi e con obbligatissimo rispetto resto, pregandola di salutarmi il Sig. Uditore Guglielmi. Roma, 6 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma.

Divotissimo etc.  
Stefano Borgia

### N. 372

#### *Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 6 VII 1776

*Spatio longo fit, ut ea, de quibus docetur, exarescant. Fieri potest, ut epistulae ab aliquo legantur. Sed scribendum est, quamquam de rebus maximis tractandum est. De rebus Venetis notis arcanis utens tractavit.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 196, s.f.*

A[mico] C[aro]

L'ultima vostra è in data del 12 scorso. Veramente siamo divisi da polo a polo, e quando giungano le lettere, la materia di cui ragionano è già vecchia e stantiva. Più sterile e languido ancora diviene il nostro carteggio dalla poca sicurezza e dalla mala fede de' corrieri ed uffici di posta, e finalmente e voi ed io siamo occupati in molti affari, che non ci danno molto tempo per scrivere, e le leggi del secreto non ci permettono di spander il cuore e rivelare gl'arcani. Tutto questo però potrà diminuire gli argomenti e i capi delle lettere, non però toglier mai quella corrispondenza che io voglio sia tra noi perenne, la quale quando non abbia altra materia, potrà sempre trattare della vostra salute, e recarmene le nuove, che io tengo d'estrema importanza.

Il trattato con Venezia è aperto, ma non è principiato. Voi non temete [...]a, ed io sì. Fate riflesso a tutte le circostanze ed esaminate coi ragazzi della scuola quis, quid, ubi, cur, quomodo, quando, e vedrete che ho ragione.

<sup>1</sup> Braniewo.

<sup>2</sup> Andreas Negroni.

A me pure [...] il [...]<sup>a</sup>. Ne ho delle antiche riprove, e poi considerate l'antico e moderno suo stato, e le persone che sono a lui aderenti, e più vi confermerete nella vostra opinione.

Si è già incominciata la fabbrica della sagrestia Vaticana e si prosiegue con calore quella del museo clementino, che sarà ampliato d'un altro braccio.

Il card. delle Lanze<sup>1</sup>, o ha già rinunziata, o è imminente la dimissione della [v] Prefettura della Congregazione del Concilio. Tre sono i candidati per la piazza: Pallavicini, Giraud ed io. Staremo a vedere cosa succederà. Amatemi, e di cuore vi abbraccio.

<sup>a</sup> *fragmenta notis arcanis scripta*

### N. 373

#### *Gabriel Podoski ad Ioannem Andream Archetti*

*Dresdae, 6 VII 1776*

*Gratias agit pro epistulis nuntii, secretarii status et pro brevi papali. Respondet serus, quia peregre commoratus est. Gratulatur nuntio, quod tanta dignitate auctus est.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 320r-321v.*

Ill.me Rev.de D.ne Patrone Colendissime

Felicem adventum suum in Poloniam dignata est mihi significare Ill.ma R.ma Dominatio V.ra per duas epistolas<sup>1</sup>, quarum alteram recepi in habitu meo extra limites Regni, altera mihi Draesdae est reddita, quae unica est ratio debiti a me responsi non nihil retardati. Delatum Ill.mae Rev.mae Dominationi V.rae Officium Nuntii Apostolici ex animo gratulor, quantum vero licet colligere, cum ex singulari zelo pietate et industria Sanctissimi Domini Nostri feliciter regnantis, quam diligentissime adhibet in administrando orbe Christiano, ac per consequens in eligendis ad tantum taleque opus strenuis adiutoribus, tum ex personalibus etiam Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae dotibus, quibus ipsum Divina Providentia uberrime cumulavit, et de quibus fama praeveniens Ipsius in Regnum Poloniae adventum, plurima Nobis, eaque pulcherrima narrabat [320v] non possumus non optima quaequae rei Catholicae et Statui Ecclesiastico in Nostris par-

<sup>1</sup> Carolus Victorius Amadeus delle Lanze (1712-1784), cardinalis inde ab anno 1747.

<sup>1</sup> Cf. N. 123, N. 158.

tibus ominari. Quantum me spectat, pro ea reverentia quam semper retineo erga Sedem Apostolicam, et etiam pro singulari addictione, cuius data occasione nunquam intermisi dare documenta in promovendis et effectuandis dispositionibus Curiae Romanae, non comittam omnino, ut in me desideretur aliqua pars officii, debiti, tam munera amplissima Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae, quam ipsius dignissimae et commendatissimae personae. Porro cum ad aliquod tempus cogor morari in exteris regionibus, valetudinis recuperandae causa, non intermisi serio commendare, constitutis a me ad Archidioecesim meam regendam, quatenus curent promereri, approbationem et benevolentiam Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae, neque se [321r] subtrahant commissis, quae imponere illis Ill.mae Rev.mae Dominationi V.rae placuerit. Haec responsi loco habui ad humanissimas literas Ill.mae Reverendissimae Dominationis V.rae. Quantum vero spectat iisdem literis adiunctam epistolam Eminentissimi Secretarii Status, responsum recte Romam mittere ex loco ubi nunc dego non intermittam cui etiam significabo, me recepisse cum ea qua par est reverentia Breve Apostolicum per manus Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae expediri solitum ad Primate Nostri Regni cum adventu novi Nuntii, et qua sum promptitudine in iuvanda Ill.ma Rev.ma Dominatione V.ra, hoc difficillimo tempore propter Ecclesiasticum hic statum exprimere curabo. [321v]

Reliquum est, ut ab Ill.ma Rev.ma Dominatione V.ra petam quatenus me habeat in numero ex animo ipsi addictorum, et qui semper gratissimum habebo, constanter permanere.

<sup>a</sup>-Addictissimus et Obligatissimus Servus

Gabriel [Junosza] Archiepiscopus Gnesnensis & Primas mpp<sup>a</sup>

Dresdae, die 6 Iulii 1776.

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 374

### *Praepositi Ecclesiae Missionis Rigensis ad Ioannem Andream Archetti*

*Rigae, 6 VII 1776*

*Rogant, ut Ioannes Nepomucenus Gindl, qui Petropolim ire iussus erat, Rigae maneat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 105 f. 271r-v, 273r.*

Excellentissime Ill.me, ac Rev.me D.ne!

Communitas Catholica Rigensis in Livonia assumit libertatem Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae V.rae in debita submissione suam exponere peti-

tionem, multum enim interest, et impletio huius petitionis toto cordis affectu exoptatur.

Nos anno praeterito in mense Septembri per mortem nimis tempestivam admodum Rev.do Patre Isidoro Schmidt orbatu sumus. Sed statim post obitum eius huc advenit Rev.dis Pater Ioannes Nepomucenus Gindl Petropolim deputatus, quia autem tunc temporis soli Rev.do Patri Dionysio<sup>1</sup> impossibile fuit toti comunitati tam polonicae quam germanae in spiritualibus inservire et verbum divinum duplici idiomate proponere, hinc ex adventu praefati Patris Ioannis Nepomuceni summo gaudio affecti sumus, quare etiam Ill.mus Generalis Gubernator de Braun<sup>2</sup> totius Livoniae utile et necessarium esse duxit hunc Patrem Ioannem hic Rigae detinere, quod etiam ex mandato Illustrissimi ac Rev.di Garampi Nuntii Apostolici et cum consensu A.R. Patris Euthymii Müller missionum Praefecti factum est. Quoniam autem brevi tempore indefessus zelus animarum religiosa modestia, dexteritas, prudentia, et omnibus etiam animos et vota in se convertit ita ut nihil magis sibi optaremus quam R. Patrem Ioannem Nepomucenum in locum pie defuncti Patris Isidori Schmidt apud nos detinere. Qua de causa etiam statim Petropoli scripsimus [271v] et A.R. Patri Euthymio Müller nostrum desiderium exposuimus, qui autem nobis negative rescripsit, asserendo hoc non in sua potestate esse, sed unice a sacra Congregatione dependere, imo etiam addidit iam aliquem alium nempe R.P. Andream Bosorski<sup>3</sup> secundum regulamentum Sacrae Cesareae Maiestatis Rigam deputatum esse, qui tamen nunquam huic missioni inservire potest, eo, quod non calleat linguam polonam, quae hic Rigae summe et maxime necessaria est.

Hac negativa reponsione accepta determinavimus nosmetipsos ex Consilio et beneplacito Ill.mi Generalis Gubernatoris de Braun pro retinendo Patre Ioanne Nepomuceno Romam scribere, sicuti etiam in mense Martio literas nostras Romam direximus, quarum literarum copiam pro meliori informatione Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae V.rae transmittimus. Quoniam autem huc usque a Sacra Congregatione nullum responsum recepimus, ita ut hac in parte nesciamus quid ulterius nobis sperandum aut timendum sit, hinc aequum et necessarium esse duximus nos ad plantos Excellentissimi Ill.mi ac Rev.mi Domini nostri prosternere, et eidem nostram petitionem et desiderium exponere, nihil plane dubitando quin omnem desideratam consolationem accepturi simus, quod tamen nunquam praesumeremus, nisi iam sufficienter perspectum haberemus, quod per superioratum totum iam nominati Patris Ioannis Nepomuceni Gindl commodum tam spirituale

---

<sup>1</sup> Dionysius Berendt (Provincia Reformatorem Prussiae), cf. Reinhold, [1] p. 184sqq.

<sup>2</sup> Georgius comes von Browne (1698-1792), generalis-gubernator Livonicus. Cf. DNB, t. 7, p. 45.

<sup>3</sup> Andreas Pozorski.

quam temporale domus missionariae quaeretur et augebitur. Et haec sunt quae pro hac vice necessario exponenda duximus. Insuper etiam credimus Excellentissimo, Ill.mo ac Rev.mo Domino directionem Missionum Apostoli[273r]carum Roma commissam esse, quae cum ita sint, nihil quam omne bonum et consolationem a Rev.ma Excellentia V.ra expectamus, quodsi autem hac in parte erraremus et directio Missionum a sola Sacra Congregatione dependeret tunc iteratis vicibus ad pedes Excellentissimi Domini Nostri provoluti rogamus ut rem nostrum agere velit, ut saltem aliquando votis nostris satis fiat, quod non tantum nos sed et Ipsum Ill.mum Generalem Gubernatorem summo Gaudio afficiet uti suo tempore gratiarum actoriae literae testabuntur. Interim hoc nostri muneris et obligationis erit pro Conservatione et salute Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae V.rae indignis precibus nostris Deum exorare qui sumus et permanemus.

Ill.mi Excellentissimi ac Rev.mi Domini Nostri

indignissimi servi et exoratores  
<sup>a</sup>Georg Iohan Vater  
 Antoni Fialkowski  
 Gerrit Bosman<sup>a</sup>  
 praepositi Ecclesiae Missionis

Riga, die 6 Iulii Anno 1776.

<sup>a</sup> manu propria

## N. 375

*Ioannes Andreas Archetti ad Michaelem Prymowicz*

*Varsaviae, 6 VII 1776*

*Gratias agit pro documentis, quibus edoctus est, quomodo res Ecclesiae Ucrainensis se haberent. Dolet unitos a militibus ducis summi Szyrkow vexatos esse. Gaudet fidem orthodoxam a catholicis reiectam esse. Rogat regem et Consilium Permanens, ut notas sibi dent, quas legato Stackelberg tradat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 213v-214r.*

A dì 6 Luglio 1776.

Perillustri et Rev.do Domino Micheli Prymowicz, Officiali Kioviensi.

Postremae Perillustris Dominationis V.rae litterae sub die 22 Iunii acceptissimae mihi iucundissimaeque acciderunt<sup>1</sup>. In iis enim quantum

---

<sup>1</sup> N. 319.

Dominatio V.ra religionis studio intenso, quantumque in meae voluntati morem gerendo sollicita sit satis abunde perspexi.

Ad remedia quod attinet adversus innovatas schismaticorum violentias Rev.dis Lewinski<sup>2</sup> omnia mihi iam tradidit documenta. Illa vero documenta quae recentes turbolentias in Palatinatu Braclaviensi innovatas respiciunt, quaequae Rev.dus Lubinski a Dominatione V.ra monitus mihi mittere debeat adhuc desidero.

Ingenti quidem animi dolore affectus sum ubi intellexi Generalem Szyrikow<sup>3</sup> recens mandatum dedisse quo iniungit ut milites a Catholicis nostris ecclesias recipiant, sed valde gavisus sum audiendo reconciliatarum communitatum constantiam in se opponendo ordinibus, et multo etiam maiorem coepi animo laetitiam ut eas profitentes cognovi se cum Catholica Romana Ecclesia reconciliatus iam dissunioni nullo modo accereri velle. Utinam omnes in hisce salutaribus consiliis perseverent. Ad hoc quotidianas meas supplices praeces Deo effundere nunquam cessabo; et spero quod adiuvante Deo, cooperante Dominatione V.ra pro eo qua fulget Catholicae religionis zelo, ac studio, supradictae communitates ab incepto nunquam removebuntur.

Viginti quatuor authentica exemplaria actuum sive documentorum supradictarum reconciliationum gratissima mihi fuere, et quamprimum curabo ut ea Rev.dus Lewinski ex Polono in Latinum vertat sermonem ut ea statim ad S. Congregationem Propagandae Fidei mittam.

Quod per me harum ecclesiarum bono fieri potui, omni cura, studioque sum assequutus. Curavi igitur ut nomine Serenissimi Regis, et Permanentis Consilii ad manus Excellentissimi de Stackelberg ministri Russiaci data esset memoria sive nota ministerialis, in qua omnes non unitorum violentiae recensitae essent, et necessaria, et [214r] prompta remedia exposcerentur. Ex hac felicem, fortunatumque exitum futurum confido. Dominatio vero V.ra ne cesset de omnibus quae hisce in partibus venerit me quam saepissime instructum reddere. Interea etc.

## N. 376

### *Ioannes Andreas Archetti ad Bonaventuram Christ*

*Varsaviae, 6 VII 1776*

*Nuntius concedit, ut carmelita in monasterio quodam Templariorum maneat et permissiones idoneas expectet.*

---

<sup>2</sup> Stephanus Lewiński.

<sup>3</sup> Simon Szyrkow.

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 214r.*

A di 6 Luglio 1776.

Admodum Rev.do Patri Bonaventura Christo. Praeposito Can.R.S.S.<sup>a</sup>

Ex litteris Rev. P. Barnabae Kluszewski<sup>1</sup> ad me nuper perventis intellexi ipsum intermisso iudicio, quod nullitate suae professionis in Concistorio Posnaniensi instituerat malle ad V.rum ordinem Canonorum Regularium S. Sepulchri, et a Rev.mo P. Praeposito Generali<sup>2</sup> iam fuisse receptus. Quamvis autem facultates mihi non suppetant pro admittendo hoc ipsius transitu ad laxiorem ordinem, attamen ne interim vegetur, aut pessimum aliquod capiat consilium, eius conscientiae ita consulendum duxi, ut donec a Summo Pontifice dispensationem obtineat pro transeundo ad ordinem Canonorum Regularium S. Sepulchri in isto S. Ioannis<sup>3</sup>, aut altero Ordinis V.ri conventum degat, ibique sub oboedientia superioris localis vitam agat regularem. Ad hunc itaque effectum hic adiunctum mitto salvum conductum, ut Paternitas V.ra, ad cuius aedes idem P. Barnabas mihi scripsit conferre se velle sub sua oboedientia eum retineat, insimulque eum noneat, ut infra spatium quinque mensium in eodem salvo conductu designatum ad Summum Pontificem recurrat pro obtinenda necessaria dispensatione, et interim in aliquo Ordinis V.ri conventu permaneat, super quo etiam Paternitatis V.rae conscientiam onero, ut omnem adhibeat diligentiam ne idem P. Barnabas obtento salvo conductu abutatur. Reliquum est ut eadem Paternitas V.ra de harum litterarum receptione, et de ratione vitae quam ipse P. Barnabas agit instructam me reddat, et interim ei ex animo sum.

<sup>a</sup> Canonorum Regularium Sancti Sepulchri

## N. 377

### *Ioannes Andreas Archetti ad Maximilianum Ryllo*

*Varsaviae, 6 VII 1776*

*Concedit, ut plures ecclesiae annum iubilaei celebrent.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 214r-v. Similis litterae data fuit die 14 Iulii etiam ad Ill.mum Episcopum Luceoriensem [Felix Turcki].*

<sup>1</sup> Cf. N. 312, N. 397.

<sup>2</sup> Matthaeus Buydecki.

<sup>3</sup> Conventus Gnesnensis Sancti Ioannis Baptistae, provinciae Poloniae Maioris Templariorum, cf. Litak, p. 403.

A dì 6 Luglio 1776.

Ill.mo et Rev.mo Episcopo Helmensi Ritus Rutheni Cattolici.

Ut eximio Dominationis V.rae Ill.mae et Rev.mae zelo satisfaciam adiunctum hisce litteris mitto Instrumentum, cuius vigore parochiales in Sua Dioecesi designare poterit ecclesias a miserabilibus praesertim personis prolucrandis indulgentiis hoc Iubilei tenore visitandas. Temperare autem non possum a laudibus pro ea [214v] qua de animarum sibi commissarum utilitate Dominatio V.ra Ill.ma, et Rev.ma afficitur sollicitudine, et interim ei me libentissime offero.

### N. 378

*Ioannes Andreas Archetti ad Gedeonem Horbacki*

*Varsaviae, 6 VII 1776*

*Gratias agit pro epistula benevola, quam ei episcopus misit. Quod pertinet ad dispensationem necessariam, ut in ritum Graecum transire liceat, necesse est, ut nuntius potestates addicticias a Roma obtineat. Qua re facta statim episcopo morem geret.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 214v.*

A dì 6 Luglio 1776.

Ill.mo et Rev.mo Episcopo Pinscensi et Turoviensi Ritus Graeci uniti.

Summa cum voluptate accepi, perlegique postremas Ill.mae et Rev.mae Dominationi V.rae litteras datas sub die 10 Iunii<sup>1</sup>, ex quibus quale, quantumque sit Dominationis V.rae Ill.mae erga S. Sedem Apostolicam observantiae studium satis abunde cognovi. Si quid itaque in hac Apostolica Legatione valeo mea opera quam liberrime utatur. Pro certo enim habeant quod si in Apostolicis suis curis sollicitudinibusque auxilium aliquod a me exostulaverit, meam curam, diligentiamque desiderari profecto non patiar.

Pater Procurator Basilianorum Provinciae Lituaniae certiore me fecit quod iam Romae scriptum fuerit ad effectum obtinendi dispensationem Iosepho Postariski<sup>2</sup> pro transitu a Latino ad Graecum Ritus. Facultates enim ille necessarie, et opportune a S. Sede Apostolica hac peculiari in causa ad meum Antecessorem tunc missae cum iam discessurus esset, quibusque idem ausus non est omnem meam diligentiam effugerunt, easque

<sup>1</sup> Cf. N. 268.

<sup>2</sup> Iosephus Postański, cf. Welykyj, *Litterae V*, p. 309.

invenire nullo modo potui. Si Sancta Sedes Apostolica easdem quas meo Antecessori mihi tribuerit facultates, Dominationis V.rae Ill.mae voluntati maiori qua potero celeritate morem geram. Interea etc.

### N. 379

#### *Ioannes Andreas Archetti ad decanos unitos*

*Varsaviae, 6 VII 1776*

*Gratias agit pro epistula benevola. Gaudet fidem catholicam a decanis fortiter defendi. Notum facit regem et Consilium Permanens legato Stackelberg notam idoneam tradidisse, qua scriptum est de unitis ab orthodoxis vexatis.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 214v-215r.*

A dì 6 Luglio 1776.

Perillustribus et admodum Rev.dis Dominis Decanis (Radomyśl).

Perillustrium Dominationum V.rarum Litterae die 9 elapsi mensis Iunii datae<sup>1</sup> gratissimae mihi omni ex parte fuerunt. In illis enim praeter urbanitatis officia quibus mecum de meo in hac Apostolica Legatione adventu gratulantur, pro Catholicae etiam religionis incolumitate ingentem zelum, maximumque Dominationum V.rarum studium cognovi. Maxima igitur laetitia affectus sum, quod tam bene, tam sancte pro augenda, tuenda, consolidandaque his in partibus Catholicae Romanae Ecclae veritate, atque doctrina adlaboretis. Deus Optimus Maximus diu vos incolumes praestet [215r] vestrosque labores omnes ad optimos exitus perducatur. Quod ad me attinet nihil pro Religionis, ac istius Sanctae Unionis bono ommittam, et in hoc potissimum totam meam operam, studiumque defigam. Ad coerendam vero non unitorum contra unitos violentiam curavi iam, ut nomine Serenissimi Regis, et Permanentis Consilii Excellentissimo de Stackelberg Ministro Russiano data esset memoria seu nota ministerialis, in qua et omnes non unitorum violentiae recensitae essent, et necessaria, et prompta remedia exposcerentur. Ex hac boni alicquid aventurum confido. Pergite vero eo quo soletis Catholicae Religionis studio singulos V.rae curae commissos in Sancta unione confirmare. Sic dum Dominationes V.rae quae sunt Deo placita tam studiose, ac diligenter curant, superna auxilia votis numquam deficient, et me vobis arctissimo amicitiae vinculo obstringent. Si quid istis in partibus evenerit quod mea opera indigent, me totum vobis, negociisque V.ri iam nunc praebeo. Valete interea ad Religionis decus, et animarum salutem, dum me ex animo esse profiteor.

---

<sup>1</sup> Cf. N. 267.

## N. 380

*Prosper Klimecki ad Ioannem Andream Archetti*

Zakliczini, 7 VII 1776

*Narrat de Melchiore Mezenski, franciscano observante Sandomiriensi, qui leges monasteriales neglegit et dicit se a superioribus iniuriis affectum esse. Provincialis nuntium rogat, ut controversiam iuste diiudicet.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 131 f. 255r-256r. Ascriptum in 255r: recepta die 17 Iulii 1776.*

Excell.me ac Ill.me, Rev.me D.ne D.ne Protector Gratosissime

Quam primum recepi die videlicet 7 currentis Iulii litteras Excell.mae Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae die 19 elapsi Iunii ad me datas<sup>1</sup>, illico omni cum reverentia debita iisdem respondeo. Pro primo summas easque demissimas ago gratias Suae Excellentiae Rev.mae pro eiusdem gratia atque benevolentia quam mihi povinciaeque meae appromissam firmiter conservari praeter alia iam documenta data etiam hinc agnosco: quod Excellentissimus Ill.mus Rev.musque Dominus dignatus sit hisce suis litteris me certiore reddere de factis sibi relatis causam R.P. Melchioris Mezenski concernentibus. Deinde suppliciter ad plantas Excell.mae Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae provolutus cum tota Provincia mea posco nos sua protectione semper et usque in finem tueri atque defendi a novis impetitionibus R.P. Melchioris. Hic enim Pater quod unice solum intendat perturbatam habere provinciam nostram, manifestum est: nam quemadmodum comperi in conventu Sandomiriensi<sup>2</sup>, ad cuius Visitationem Canonicam iam post abscessum ex eodem R.P. Melchioris, scilicet die 11 Iulii descendi, nihil contra dictum R.P. Melchiorum P. Guardianus aut communitas Sandomiriensis egit, quinimo honores et favores (prout ordinaveram atque praeceperam) eidem fuisse praestitos adinveni, sociumque illi toto sex mensium spatio pro sua voluntate fuisse semper datum et nunquam denegatum, licet cum summo dicti conventus Sandomiriensis gravamine, eo: quod Pater Melchior neglecta prorsus benevolentorum receptorum sibimet procuratione, solum per aulas magnatum cum socio dato vagabatur fere toto dicto tempore adeo, ut computata tota praefati sex mensium spatii R.P. Melchioris in conventu Sandomiriense praesentia, illius vix dies viginti numerantur. [255v]

<sup>1</sup> Cf. N. 307.

<sup>2</sup> Sandomiria, monasterium Sancti Iosephi Mariti Sanctissimae Mariae Virginis provinciae Poloniae Minoris reformatorum, cf. Litak, p. 418.

E contra vero: R.P. Melchior facta sibi in termino die videlicet Maii 20 intimatione dimissorialium Rev.mi Patris Ministri Generalis<sup>3</sup>, oblatis quoque a provincia sibi tum litteris dimissorialibus, tum suffragatoriis instrumentis spretis hisce, solis Rev.mi Patris Ministri Generalis litteris dimissorialibus receptis malitiose absque socio et quidem neque per portam conventus exivit solus ex eodem, guardiano loci hunc et talem exitum eidem neque permitte, neque contradicente. Sed et quod palam facit: R.P. Melchiorem pacis provinciae nostrae perturbatorem esse, et sine iusta causa eandem vexare; id ego adnecto Excell.mae Ill.mae Rev.mae Dominationis V.rae in copia quam transmitto, obedientialium A.R.P. Ministri Provinciae Russiae PP Observantium<sup>4</sup>. Hinc quippe Sua Excellentia Rev.ma intelliget: quod etiam iam habitis benevolis receptoribus, iam datis sibi obedientialibus nolit sese transferre ad laudatam provinciam et conventum ab ea sibi designatum, ut excusso iugo obedientiae litem movens vivere libere possit, et vagari per orbem iuxta voluntatem propriam; paupertatis votum regulae sacrae in deportatione et usu pecuniae, et caetera eiusdem praecepta transgrediendo non sine gravi scandalo (praesertim nunc magni Iubilaei tempore) eorum omnium saecularium apud quos moratur et per quos continuo divagatur. Frustra itaque R.P. Melchior conqueritur contra conventum Sandomiriensem eumque pretendit, cum licet si pro spatio sex mensium idem conventus illi fuerit indultus, et quidem gratiose: cum hoc punctum de conventu Sandomiriensi (ut patet ex decreto) non acceptavit provincia, amplius tamen ipsi permitti non potest, nec ullam hac in parte acceptare possum prorogationem: cum directe dictus conventus Sandomiriensis Roma sit Patri Melchiori prohibitus ob legales rationes. Interim tamen si me inscio quidpiam egit pater guardianus vel communitas Sandomiriensis contra R.P. Melchiorem et ipse guardianus deponetur a guardianatu et communitas per conventus dispergetur in congressu definitorio quem pro collocatione ac mutatione familiariter in hoc Zakliczinensi<sup>5</sup> Conventu designavi pro die 14 Iulli praesente. Sua vero Excellentissima Rev.ma dignetur pro sua [256r] indicibili pietate qua afficitur (ut Nobis compertum est) erga Ordinem Seraphicis Patris Nostri Francisci et pro zelo observantiae illius S. Regulae sua potenti auctoritate indicata mala tollere atque abrumperere. Nostramque provinciam spatio 13 annorum per R.P. Melchiorem molestissime perturbatam conquiescere facere, compellendo eundem ad transferendum se ad provinciam sui recepticem benevolam, conventumque ab ea sibi designatum, humillimis exoro precibus. Pax quippe exoptata aliter obtineri non potest. Nam quemadmodum nunc R.P. Melchior falsas omnino relationes atque accusationes coram Sua Excellentissima Rev.ma deposuit

---

<sup>3</sup> Pasquale Frasconi da Varese.

<sup>4</sup> Provincia Russica Franciscanorum observantium (bernardinorum), cf. Litak, p. 408.

<sup>5</sup> Zakliczyn, cf. Litak, p. 418.

contra Provinciam, sic et in posterum idipsum illum facturum, non est dubium quam ob causam ego cum meo definitorio ac tota provincia summam semper agnoscens atque exhibens reverentiam demissionemque Sedis Apostolicae S. Tribunalis denuntio Suae Excell.mae Rev.mae quod nulla sit facta per nos protestatio derogans auctoritati eiusdem Tribunalis Sancti sed solummodo de diligentia circa exitum in termino R.P. Melchioris altera, altera de eiusdem Patris exitu in termino ex conventu Sandomiriensis malitioso, quia sine socio. Ipsemet pater Melchior harum protestationum producat extracta et comperiet Sua Excellentissima Rev.ma ita esse non aliter, id enim nunquam intendimus. Unde potius R.P. Melchior delere deberet multiplices illas, quibus per varia subsidia innocentem cavillavit provinciam, protestationes et manifestationes, ex una parte, ex altera vero parte Deo gratias referre, quod misericorditer sit dignatus nunc eiusdem receptricem providere Provinciam, cum hactenus ex tot Germaniae ac Poloniae Nostris Ordinis Provinciis etiam ad continuas Rev.mi Patris Ministri Generalis (quemadmodum ex eiusdem Curia nobis scribitur) litteras Superiorum Provincialium exhortativas propter illius publice notam malitiam et perversitatem nulla earum benevola fuerit inventa. Iterum iterumque singularissimae Protectioni Excellentissimi Ill.mi Rev.mi Domini me devovens cum Provincia mea, Divinam pro incolumi eiusdem sospitate exortaturus Maiestatem maneo cum profundissima veneratione.

Excellentissimae Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae  
Singularissimi Protectoris N.ri

<sup>a</sup>Fr[ater] Prosper Klimecki Reformatorum Minister Provincialis mpp<sup>a</sup>  
Zakliczini, die 7 Iulii 1776.

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 381

*Thomas Szczefanowicz ad Ioannem Andream Archetti*

Zamysis, 8 VII 1776

*Rogat, ut pro breviario rosarium recitare sibi liceat utque in missa celebranda commoditates quasdam habeat.*

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 445r-446r. Ascriptum in 445r: recepta die 27 Iulii. Fuit traditum instrumentum agenti Episcopi Samogitiensis.

Eminentissime D.ne

Orator ego infra scriptus humiliter expono Eminentiae V.rae, qualiter diu graviter laborans debilitate extrema oculorum Officium Divinum et

Missam cadentis festi non possum sine ulla omissione verborum rite persolvere personaliter autem adire Eminentiam V.ram ob distantiam loci, propectam meam aetatem, et itineris incommoda minime valeo, ut oretenus debilitatem oculorum meorum explicem. Quapropter praesentibus literis enixe rogo, ut Eminentia V.ra benigne mecum dispensare dignetur, ac liberare a recitatione officii matutini, laudum, horarum vesperarum ac commutare in coronam recitandam Beatae Virginis Mariae quousque convalescam. Completorium integrum quia memoriter scio, quotidie sine precibus persolvere promitto. Insuper ne aliquos errores Missam festi cadentis celebrando committam, hanc gratiam expostulo, ut quotidie non [445v] obstante Festo Sabaoth 1mae vel 2dae classis duplici etc. Missam qualibet die recitare possim votivam de Beata, quae habetur in Missali a Pentecoste ad Adventum sine ulla Commemoratione, eousque quousque (si placuerit Altissimo) convalescam. Petitionem meam hanc cum itero, maneo cum osculo sacrae Fimbriae. Quam Gratiam Deus etc.

Eminentissimae Dominationis V.rae Servus humillimus

<sup>a</sup>Thomas Szczefanowicz

Com.[mendatorius] Zam.[uscensis] Dioecesis Sam[ogitiensis]-<sup>a</sup>

Datt. Zamusis<sup>1</sup> seu Gruzdzus<sup>2</sup>, Anno 1776 die 8 Iulii. Directo Postae tali modo: per Grodnam, Caunam<sup>3</sup>, Kieydanos<sup>4</sup>, Szawlos<sup>5</sup>, Gruzdis.

[446r] Nos infra scripti attestamus R.D. Thomam Szczefanowicz commendarium Zamuscensem seu Gruzdzensem Dioecesis Samogitiensis vere graviter laborare debilitate oculorum, ac proinde iustas verasque petitiones suas exposuisse in litteris directis ad Eminentissimum Dominum Nuntium Apostolicum pro dispensatione a divino officio et Missa diei cadentis celebranda. Datt. Zamusis seu Gruzdis anno 1776 die 8 Iulii.

<sup>a-x</sup>. Andreas Tyszkiewicz Parochus Zamusensis

x. Laurentius Ławrynowicz<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

<sup>1</sup> Zamusze in dioecesi Samogitiensi, cf. Litak, p. 322.

<sup>2</sup> Gruzdzie – ecclesia filialis parochiae Zamusze, cf. Litak, p. 322.

<sup>3</sup> Cauna, cf. SGKP IV, p. 522sqq.

<sup>4</sup> Cajodunum, cf. SGKP XI, p. 17sqq.

<sup>5</sup> Szawle, cf. SGKP. 11, p. 811.

## N. 382

*Ioannes Andreas Archetti ad Stanislaum Malachowski**Varsaviae, 8 VII 1776*

*Nuntius non permittit parochi, ut legibus ecclesiasticis neglectis duas parochias retineat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 215r.*

A dì 8 Luglio 1776.

Excellentissimo Stanislao Malachowski Capitaneo Vevolnicensi.

Unicae litterae quae ab Excellentia V.ra ad me pervenerunt datae sunt die 23 Iunii 1776<sup>1</sup>. Si bene Excellentiae V.rae mentem assequutus sum Excellentia V.ra optare mihi videtur ut Parochus qui novam animarum curam nuper suscepit, veteram etiam administret donec templi reparatio perfecta sit. Mihi vehementer displicet quod suae postulationis satis facere nequeam. Ecclesiastici enim canones apertissime repugnant, vetantque ut unus idemque parochus duas parochias uno eodemque tempore obtineat. Caeterum maximopere laudo, commendoque egregium Excellentiae V.rae studium quo decoris domus Dei curam gerit, atque fore sperans ut alias sinceram meam de Excellentiae V.rae benemerendi voluntatem expromere possim singulari etc.

## N. 383

*Felix Turski ad Ioannem Andream Archetti**Widawae, 10 VII 1776*

*Rogat, ut gratiis anni iubilaei extra ecclesiam cathedralem quoque uti sibi liceat, quia dioecesis magna est.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 560r-561v. Ascriptum in f. 560r: recepta die 12 Iulii 1776.*

Ill.me Excell.me et Rev.me D.ne D.ne Patrone Colendissime

Ex benignitate Sanctitatis Suae annum gratia pro Regno Poloniae extensum publicavi in mea Cathedrali Ecclesia Luceoriensi ipsa dominica in albis. Spectavi cum ingenti gaudio confluentem populum, et catervatim

---

<sup>1</sup> Cf. N. 327.

ad gratias Iubilaei lucrandas festinantem. Verum eiusmodi et meo et populi gaudio deest desiderata plenitudo. Cum enim ob vastitatem dioecesis meae ultra centum milliaria sese protendentis, plurimi locorum distantia, paupertate status, praecipue rudis populus rei aeconomicae pro se suisque Dominis contintua cura distractus Ecclesiam meam Cathedralem adire arceantur. Bulla vero [560v] Suae Sanctitatis Sacrum Thesaurum Iubilaei intra limites unius civitatis Luceoriensis patere voluerit. Hinc maiorem partem populi dioecesis meae tam salutari dono privari eveniret, si Sua Sanctitas eundem Annum Sanctum ad omnes dioecesis meae ecclesias extendere dignata non fuerit. Huius gratiae obtinendae a Sua Sanctitate, magnam spem fecit mihi Ill.mus Antecessor Excellentiae V.rae, cuius effectu, ut quanto citius potiri valeam imploro interventum Ill.mae Excellentiae V.rae ad Sanctitatem Suam [561r] ut tam ardentibus votis fidelis populi dioecesis meae annuere gratiose dignetur.

Praesens enixae petitionis literas etiam debiti cultus et reverentiae erga Ill.mam Excellentiam V.ram testes esse volo, cum quibus constanter maneo. Datt. in Widawa<sup>1</sup>, die 10 Iulii 1776.

Ill.mae Excellentiae V.rae

<sup>a</sup>-Devotissimus et humillimus Servus

F.[elix] Turski Episcopus Luc.[eoriensis] et Brest.[ensis] mpp<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu propria

## N. 384

### *Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

[Varsaviae, 10 VII 1776]<sup>1</sup>

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 10 VII (N. 393-394) Romae confectum.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 372r.*

---

<sup>1</sup> Widavia in decanatu Schadcoviensi archidioecesis Gnesnensis, cf. Litak, p. 236. Cf. SGKP XIII, p. 286.

<sup>1</sup> Cf. N. 162 cum adnotatione.

## N. 385

*Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opatium Pallavicini**Varsaviae, 10 VII 1776*

*Colloquia habentur de terris, quas Prussia vindicat. Sermo est de candidato, qui legatus Varsaviensis creari possit et de magno duce Russico Paulo Romanow uxorem ducere cogitante. Nuntius cum cancellario magno colloqui vult, sed ille morbo affectus rure commoratur.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 375r-376r.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 28v-29r.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 35r-v.*

*Cop.: BOss. 6846, p. 209-210.*

Eminentissimo etc.

Il dispaccio di V.ra Eminenza de' 15 scorso<sup>1</sup> mi è giunto intero in quest'ordinario. Le trasmetto la copia di due altre conferenze, tenutesi tra Mr Benoit Ministro di Prussia, e il Dipartimento degli Affari Stranieri<sup>2</sup>. Per quanto grande sia l'insistenza di questa Corte per ottenere la restituzione dell'usurato oltre gli stabiliti confini, e la moderazione della dogane Prussiane, enormemente accresciutesi contro le già stipulate convenzioni, tuttavia da progetti non accettabili, che propone il Ministro di Prussia, e dalle involupate e imbarazzanti risposte che sempre ritrova, ben si vede, che il Suo Sovrano abbia di già risoluto di non restituire che poco o nulla, e di mantener le sue dogane in su quel piede in cui già sono. Sicché queste

<sup>1</sup> Cf. N. 280-281.

<sup>2</sup> Adiuncta: [1] Note. [*Incipit*: Les Propositions que le Département des Affaires Etrangères...]. Extraits des paroles du traité à l'art. 2 où son convenues les cessions. [*Incipit*: Toute la Pomerellie, la ville de Dantzig...]. Paroles du Traité. [*Incipit*: S.M. le Roi et la République Lui cèdent en équivalent...]. AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 377r-v. [2] Troisième Conférence entre S.E. Mr de Benoit Ministre Plénipot. de S.M. le Roi de Prusse, et le Département des Affaires Etrangères. 21 VI 1776. [*Incipit*: A l'ouverture de la conférence le Département s'est aquité des ordres de S.M. le Roi...]. AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 379r; AV, Arch. Nunz. Varsavia 19 f. 229r. [3] Quatrième Conférence entre S.E. Mr de Benoat Ministre Plénipot. de S.M. le Roi de Prusse, et le Département des Affaires Etrangères. 27 VI 1776. [*Incipit*: S.E. le Ministre a commencé par dire que le Département...]. AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 380r; AV, Arch. Nunz. Varsavia f. 223r-v. [4] Annexe au Protocole de la Conférence du 27 Juin en réponse à l'Annexe a de celle qui s'est tenue le 21 du même mois. [*Incipit*: Les Propositions, que le Département des Affaires Etrangères a faites au Ministre de Prusse...]. AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 381r. Eadem documentatio iterata in registris: AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 35v-37v; AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 29r-30v.

conferenze potranno ben durar molto, ma finiran sempre [375v] come finir sogliono tutti i contrasti e differenze, che nascono tra il debole e il forte.

Ieri Sua Maestà disavventuratamente ribaltò, ma non si fece altro male che una leggiera e superficial graffiatura sul naso. Va per qualche giorno a diporto insieme col Fratello Vescovo di Plock<sup>3</sup> ad una casa di campagna della Principessa Sangusko<sup>4</sup>, e si restituirà a Varsavia avanti il fine della settimana. Si dà già per istabilito e conchiuso il matrimonio del Gran Duca di Moscovia colla Principessa di Wittenberg Stutgard<sup>5</sup>, pronipote del Sovrano di Prussia. Qui colla maggiore tranquillità e quiete si prepara la dietina di questo distretto, a cui si darà principio li 15 del corrente. Se l'elezione cadrà, come si preten[376r]de da più politici, sul Generale Mokronowski<sup>6</sup>, persona di singolare abilità e prudenza, non se ne può sperare che bene. Sempre più cerco di stringerla con Mons. Gran Cancelliere, e oltre le frequenti visite che gli ho fatte fuori di Varsavia alla sua casa di campagna, ove tuttavia dimora<sup>a</sup>, sapendo di farli cosa assai grata, parto su questo punto del più cocente e più che Romano meriggio dopo spedita la posta per ritrovarmi da lui a pranzo. Implorando ora il valevole patrocinio dell'Eminenza V.ra col più profondo rispetto mi rassegnò. Varsavia, 10 Luglio 1776.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>b</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ndrea] Arcivescovo di Calcedone<sup>b</sup>

<sup>a</sup>Reg. addit: in tempo della sua mallatia, e convalescenza    <sup>b-b</sup>manu propria

## N. 386

### *Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Varsaviae, 10 VII 1776*

*In dioecesi Gnesnensi primas deest, sine quo presbyteri cessant de rebus magnis constituere. Nuntius operam multam dedit, ne protestans legatus crearetur. Residens Austriacus affirmat de legibus heterodoxorum ampliandis in comitiis actum non iri.*

*Or.:* AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 373r-374v. Dificrata li 31 detto [Luglio].

*Reg.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 60 f. 30v-31r. Praescriptio: In proprie.

*Reg.:* AV, Segr. Stato, Polonia 331 f. 37v-38r. Praescriptio: In proprie.

<sup>3</sup> Michaël Georgius Poniatowski.

<sup>4</sup> Barbara Ursula Sanguszko (1718-1791), uxor mareschalli magni Magni Ducatus Lithuaniae, principis Pauli Caroli Sanguszko.

<sup>5</sup> Sophia Dorothea Vitembergensis.

<sup>6</sup> Andreas Mokronowski.

Di Varsavia. Da M. Nunzio Archetti.

10 Luglio 1776.

Intorno a quello che V.ra Eminenza si compiace accennarmi colla venerata sua lettera in proprie e co' suoi numeri in data 15 del passato mese<sup>1</sup>, dirò brevemente che avendomi quest'Uditore di Mons. Primate<sup>2</sup> promesso che avrebbe egli, stante l'assenza del suo Principale, dato eccitamento al suo Vicario Generale<sup>3</sup> per rinovare, e se fosse di mestieri, per promuovere l'istanza a Sua Beatitudine, relativa al conseguimento del breve occorrente alla riduzione delle feste nei domini Prussiani, sono stato in appresso sollecito d'interrogarlo se ciò fosse stato effettuato. Non ho mai potuto avere categorica risposta, or una ragione adducendomi, ed ora [373v] un'altra. L'ultima volta mi disse che il Vicario Generale trovavasi gravemente infermo, e che anzi temeva di perderlo irreparabilmente. Ma il vero motivo è, senza fallo, che non si vuol far nulla senza sentire il Primate, il quale continuando la sua dimora in Dresda ed infastidito per gl'incomodi di sua salute, rare volte risponde a suoi Ministri.

Dagli antecedenti miei numeri avrà compreso V.ra Eminenza ciò che si è potuto fare nelle presenti critiche circostanze per escludere del tutto i dissidenti dalla classe de' nunzi. Altro non mi occorre di aggiungere, se non che ho misurati tutti i miei passi in tal maniera, che possano esser utili all'intento, ma non mai pregiudicare a qualsivoglia altro prudente e necessario riflesso. [374r]

Sua Maestà mi ha più volte confortato e assicurato, che nella prossima dieta è punto stabilito di non ammettere neppur discorso di ulteriori ampliamenti ed estensioni di prerogative agli acattolici in discapito della religione dominante. Non più tardi di ieri tenni conferenza con il Barone Rewiski<sup>4</sup>. Questi deve essere il mio naturale sostegno e appoggio contro le intraprese dei due potenti Ministri, di Moscovia e di Prussia. Le istruzioni della sua Corte sono, mi disse egli, sempre le stesse, assolute e forti in favore della religione cattolica, che lo sono state in addietro, durante il ministero del degnissimo mio Antecessore, quantunque abbia per un dato fisso e costante il mantenere la buona intelligenza ed armonia colle due Corti, utile eziandio alla [374v] religione. Mi confermò quello che più volte il Re mi ha detto, che nella dieta nulla si accorderà di più ai dissidenti, aggiungendomi, che in questo sentimento era venuta la stessa Corte di Pietroburgo, e Stackelberg gliene aveva data positiva sicurezza. <sup>a</sup>-Io per altro non mi reputo mai sicuro abbastanza-<sup>a</sup>. Raccolgo tutti gli oggetti, ai quali il bene della religione, i diritti della Sede Apostolica e il vantaggio di

---

<sup>1</sup> Cf. N. 280, N. 281.

<sup>2</sup> Gabriel Podoski.

<sup>3</sup> Leo Morawski

<sup>4</sup> Reviczky.

queste chiese mi portano di vegliare attentamente, e mi preparo alla difesa mediante l'opera de' Vescovi e di quei nunzi secolari, che crederò bene intenzionati.

<sup>a-a</sup> *deest in Reg.*

## N. 387

### *Ioannes Andreas Archetti ad Carolum Archetti*

*Varsaviae, 10 VII 1776*

*Nuntius in epistularum commercio occupatissimus est. Res oeconomicae Poloniae pessime se habent. Polonia tribus civitatibus vicinis subiecta est. Contra voluntatem earum civitatum in comitiis nihil fieri potest.*

*Autogr.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Archetti, Lettere, Scatola 4, fasc. 31/Lettere dell'anno 1776, s.f.*

Carissimo Fratello

Dalla mattina alla sera non si fa che scrivere Italiano, Latino, Francese; tra poco io credo che non solo scriverò Polacco ma ancora Turco, onde se qualche volta non arrivo a tutto, perdonatemi. Mi è stata cara la lettera del Quadagni per il mio medico affinché abbia notizie del mio temperamento e non mi ammazzi. Del resto mi trovo nello stato medesimo e non risento da questo clima alcun novo incomodo. Dell'abbazia ancora non saranno forse spedite le bolle in Roma, ho avviso che l'affitto fu rinnovato nel 1773 e dura sino all'82. Fu fatto all'asta e col consenso e secondo le ordinanze della Giunta Economale, per il che non vi è rimedio a discioglierlo. Mi dispiacerebbe se così fosse, e ho preso delle misure in Milano stesso per saperlo. Non dubitate che io mi accorgo di fare una assai meschina figura in via di trattamento e pur troppo sono mancante di tutto, con tutto ciò tiro avanti come posso. Questi Polacchi sono più spiantati di me. Se avessi credito da trovar danaro in Italia ad un discreto pro', vorrei che qui mi servisse per cavarne una meta e, secondo alla somma anche tutto il mio largo mantenimento. Ben presto la Polonia mancherà d'effettivo. Si fa conto che in sei mesi l'uscita è stata del doppio dell'entrata. Le saline perdute, le dogane Prussiane, ed i generi forestieri necessari, ed il lusso che vol continuarsi, ridurranno in breve questo Regno all'ultima rovina. Tra pochi giorni sentiremo l'esito delle dietine.

Il Gran Duca di Moscovia<sup>1</sup> sarà li 22 a Berlino; e vi si celebreranno le nozze con una Principessa di Wittemberg Stutgard<sup>2</sup>, pronipote del Re,

<sup>1</sup> Paulus Romanow.

<sup>2</sup> Sophia Dorothea Vitembergensis.

che per politica si mostrerà magnifico e splendido. L'unione delle tre Corti è sempre più intima, così succede quando rimane ancora molta preda da dividersi; forse al tirar de' conti qualcuno intimerà all'altra qualche avogaresca. La dieta si aprirà per li 25 di Agosto, tempo assai doloroso e critico per me, non si farà che quello che le 3 Corti vorranno. Addio.

Vostro Affettuosissimo Fratello  
G[iovanni] Andrea

**N. 388**

*Stanislaus Lubomirski ad Ioannem Andream Archetti*

*Lancutiae, 12 VII 1776*

*Rogat, ut priori Ostrowski faveat.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 130 f. 338r. Ascriptum: recepta die 15 Augusti 1776.*

Monseigneur

Je m'adresse avec confiance a V.E. persuadé combien Vous aimez à secourir les opprimés. Le bon Ostrowski prieur et [...] <sup>a</sup> de Konstantinow<sup>1</sup>, terre à moi, est de ce nombre, il se présentera à V.E. lui dira ses peines et Vous demandera appui et protection. Je m'intéresse son sort, comme témoin oculaire de sa conduite jamais reprochable.

Je Vous supplie Monseigneur de lui accorder Votre protection et de me continuer Vos bontés, comme celui qui [...] <sup>a</sup> le respect le plus distingué.

De Votre Excellence très humble et très obéissant serviteur

Stanislas Pr.[ince] Lubomirski  
G[rand] M[aréchal] de Pologne mpp

Lancut<sup>2</sup>, ce 12 Juliet 1776.

<sup>a</sup>*verbum illegibile*

<sup>1</sup> Constantinovia Antiqua, ubi fuit monasterium dominicanorum et capucinatorum, cf. Litak, p. 405, 413.

<sup>2</sup> Lancutia, cf. SGKP V, p. 579sqq.

## N. 389

**Card. Lazarus Opatius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 13 VII 1776

*Notum facit epistulas die 19 mensis Iunii datas sibi allatas esse et responsum mittit.*

**Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 105r.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 11r. Praescriptio:* Lettera, che da per ricevuto il Dispaccio de 13 Giugno. [sic!]

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 274v.*

**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. Ascriptum:* Due lettere, un piego in proprie, un memoriale. *Mutationes stilisticae.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Esige il dispaccio di V.ra Signoria Ill.ma dei 13<sup>a</sup> dello scaduto mese ch'io corrisponda alla di lei diligente attenzione coll'opportuno riscontro di essere il medesimo puntualmente nei giorni scorsi alle mie mani pervenuto. Dalla compiegata lettera vedrà V.ra Signoria Ill.ma il di più che coll'odierna posta debbo significarle, e con pienezza di stima le auguro ogni vera prosperità. Roma, 13 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma.

<sup>b</sup>Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>b</sup>

<sup>a</sup>*debet esse:* 19 VI, cf. N. 300-302

<sup>b-b</sup>*manu propria*

## N. 390

**Card. Lazarus Opatius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 13 VII 1776

*Archetti laudandus est, quia operam dat, ne protestans legatus creetur. Officii episcoporum piorum et laicorum amicorum utendum est. Animum regis et magni cancellarii commovebit breve papale, quo potissimum tractatur de aetate ad vota monasterialia profitenda idonea. Ex eis, quae in Ucraina fiunt, conici potest provocatores orthodoxos diu impunitos esse.*

**Or. decifr.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 106r-108v.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 11v-12v. Praescriptio:* Foglio a colonna 13 Luglio 1776.

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 282r-283v, 294r-v.*

Roma, 13 Luglio 1776.

Trova molto a proposito Sua Santità ch'ella non rallenti punto del suo zelo per procurare, che venga escluso dalla dieta il nunzio dissidente, che sebbene solo e unico, farebbe troppo mostruosa comparsa in un consesso cattolico, ed è poi della superlativa importanza l'impedire l'apertura di una gran porta agli acattolici d'ingerirsi nella legislazione. È così interessante per la religione questo articolo, che se a precluder l'adito ai dissidenti, convenisse anche di scemare il numero de' nunzi, crede il Santo Padre che ciò debba tollerarsi non solo, ma tentarsi, anziché arrendersi ad una innovazione tanto umiliante e pericolosa al Cattolicismo. [106v] Se per esempio, dai distretti di Danzica<sup>1</sup> e Thorn<sup>2</sup>, deboli avanzi della Prussia Pollacca, si volesse inviare alla dieta quella quantità di nunzi, che già era permesso alla intera provincia prima del partaggio, e che di questa turba di nunzi si allarmassero i dissidenti o i loro fautori, dovrà ella destramente maneggiarsi, affinché il numero ne venga adeguatamente ristretto, e che sia invece supplito dalla religiosità ed abilità de' soggetti da destinarsi alla dieta.

La difficoltà e indole della negoziazione non deve arrestar V.ra Signoria Ill.ma dall'intromettersi e dall'agire coerentemente alle istruzioni pontificie, giacché la rettitudine dello scopo giustificherà bastantemente la di lei condotta, e diverrà per lei un gran [107r] merito presso codesta nazione l'aver dal canto suo cooperato a impedire una novità e per se stessa, e per le conseguenze pregiudizialissima alla religione dominante. Non mancheranno certamente secolari bene intenzionati, e Vescovi zelanti, de' quali possa ella utilmente valersi, e in questo incontro e in ogni altro consimile, durante la dieta. Procuri ella pertanto di eccitarveli, mettendo loro in vista tutti i riflessi di religione, di ecclesiasticità, e i doveri, che più si confanno al rispettivo loro stato e professione; e se a scuotere l'indolenza e la tolleranza di alcuni dell'ordine Episcopale tutto ciò non bastasse, faccia ben loro comprendere la critica loro situazione, e quanto sia da temere che nel [107v] totale avvilito dell'uno e dell'altro clero vengano aggregati i beni delle mense vescovili al pubblico erario, ed essi ridotti allo stato di semplici <sup>a</sup>penzionari della Corte<sup>a</sup>, dichiarando inoltre, che se per disavventura succedesse un tale infortunio, niun presidio potrebbero ripromettersi dalla Santità Sua, pienamente informata della loro pusillanimità e freddezza nel sostenere gl'interessi della religione, e della Chiesa.

Ad eccitar poi Sua Maestà Polacca dovrà non poco contribuire il breve qui compiegato<sup>3</sup>, che quantunque diretto principalmente a frastornare

---

<sup>1</sup> Gedania.

<sup>2</sup> Torunia.

<sup>3</sup> Cf. A. 11.

l'esecuzione o conferma della costituzione dell'anno 1768 sulla età delle professioni regolari, non lascia però di ricla[108r]mare genericamente tutti i pregiudizi e aggravii erogati alla religione nelle due ultime diete. Dalla precedente lettura della copia del breve annessa le verrà fornita materia, onde animarlo nell'atto di farne direttamente la presentazione al Re, facendo eco ai pontifici sentimenti in tutto ciò che concerne l'ottima intenzione della Maestà Sua, e l'effetto corrispondente che se ne ripromette il Santo Padre.

In termini pure molto affettuosi e di fiducia è concepito l'altro breve qui accluso<sup>4</sup> e diretto a Mons. Gran Cancelliere riguarda gli oggetti medesimi. Vedrà V.ra Signoria Ill.ma dalla copia consimile, che non si è ommesso alcun motivo atto ad accalorirlo alla difesa della buona causa. Attenderà il Santo Padre di sentire [108v] da lei come corrisponda il ridotto Prelato ai pontifici impulsi e ai doveri del proprio carattere.

Del funesto accidente occorso in Ukraina descritto in uno de' fogli annessi al di lei dispaccio dei 19 dello scaduto<sup>5</sup>, mi riporto a quanto le verrà suggerito dalla Propaganda, non lasciando intanto di commendare la di lei vigilanza nel sollecito richiamo fattone al Re, cui non dovrebbe certamente piacere la frequenza di simili eccessi, originati forse dalla lunga impunità accordata ai scismatici.

<sup>a-a</sup>*fragmenta notis arcanis scripta, decifrata in margine*

## N. 391

**Card. Lazarus Opius Pallavicini ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 13 VII 1776

*Commendat nuntio rem cisterciensium Suleioviensium.*

**Or.:** *AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 109r-v.*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 12v. Praescriptio: Lettera in folgio 13 Luglio 1781 [sic!].*

**Reg.:** *AV, Segr. Stato, Polonia 240A f. 274v-275r.*

**Min.:** *AV, Segr. Stato, Polonia Add. XV s.f. Ascriptum: Dalla Segreteria Concistoriale per la Segreteria di Stato. A Mons. Archetti Nunzio in Varsavia. Li 13 Luglio 1776. Con Memoriale.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Essendosi presentato alla Santità di Nostro Signore l'annesso memoriale per parte de' religiosi di monastero di Sulejow dell'Ordine Cister-

<sup>4</sup> Cf. A. 12.

<sup>5</sup> Cf. N. 301.

ciense, diocesi di Gnesna, per i quali ha interposte le sue più vive premure il Sig. Card. Giovanni Francesco Albani Decano del Sacro Collegio<sup>1</sup> anche in nome di Sua Maestà il Re di Polonia, ed essendo stato riferito alla Santità Sua dal Segretario della Congregazione Concistoriale<sup>2</sup>, Sua Beatitudine prima di prendere alcuna sovrana determinazione, si è degnata di rimmetterlo<sup>3</sup> a V.ra Signoria Ill.ma affinché l'informi sopra l'esposto e comunichi il suo parere. Avute quindi ch'ella avrà le più accertate notizie e li necessari schiarimenti sull'istanza, si contenterà di trasmetterle uniti al [109v] memoriale sudetto per farne l'uso opportuno, e perfine le auguro vere prosperità. Roma, 13 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma

<sup>a</sup>-Affettuosissimo per servirla  
L[azzaro] Card. Pallavicini<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>manu propria

## N. 392

### *Card. Iosephus Maria Castelli ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 13 VII 1776

*Rogat nuntium, ut prohibeat, ne basiliani Bytinenses bonis priventur. Bullae papales de ea re tractantes regi et episcopo Plocensi tradentur.*

*Or.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 69 f. 37r-v.

*Reg.:* APF, Lettere 228 f. 341v-342r.

*Ed.:* Welykyj, Litterae V, p. 321-322. Transcriptio secundum registrum, APF Lettere 228 f. 341v-342r.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Avendo i Monaci Basiliiani Ruteni rappresentato a questa S. Congregazione la grave lite mossa al loro Ordine da alcuni potenti, che mirano a spogliarlo de' beni posseduti dal monistero [sic!] Bitinese<sup>1</sup>, e riputandosi di somma importanza la conservazione di questo monistero per essere in esso il noviziato e per il sostentamento, che dal medesimo ricevono tanti monaci, si è creduto opportuno di supplicare Sua Santità per due brevi of-

<sup>1</sup> Card. Albani ordinis Cisterciensium quoque protector fuit.

<sup>2</sup> Petrus Negroni, canonicus Sanctae Mariae Maioris. Cf. Notizie 1776, p. 293.

<sup>3</sup> Cf. Carte e documenti riguardanti l'elezione del priore [Sulejovia] AV, Arch. Nunz. Varsavia 126 [Regolari – Materie] f. 227r-256v.

<sup>1</sup> Byteń.

ficiosi, uno alla Maestà del Re, e l'altro a Mons. Vescovo di Plocko<sup>2</sup>. Dalle minute, che le accludo, V.ra Signoria ne vedrà il tenore per averlo presente all'occasione di presentarli e di accompagnarli con la sua efficacia. <sup>a</sup>Il Monastero Bitinense crede avere buone ragioni del suo possesso, ma teme della potenza de' pretensori<sup>a</sup>. A questa si desidera che la Maestà Sua provveda, né se ne dubita, dopo che sarà prevenuta da V.ra Signoria, nella cui attività e buon zelo si riposa su questo grave emergente. A migliore schiarimento [37v] delle cose i superiori dell'Ordine faranno capo da lei per informarnela, né altro avendo a suggerirle sul proposito, di vero cuore me le offro, e resto. Roma, 13 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria

Come Fratello Affettuosissimo  
<sup>b</sup>G[iuseppe] M[aria] Card. Castelli Prefetto  
 Stef[ano] Borgia Segretario<sup>b</sup>

<sup>a-a</sup>tantum in Reg.    <sup>b-b</sup>manu propria

### N. 393

#### *Card. Ioannes Franciscus Albani ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 13 VII 1776

*Aduvat cistercienses Suleiovienses, qui abbate mortuo rogant, ut sibi liceat priorem in triennium creare.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 130 f. 180r-v. Ascriptum in 180r: recepta die 17 Iulii 1776.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Essendo da Nostro Signore rimessa a V.ra Signoria Ill.ma l'istanza de' Monaci di Sulejow<sup>1</sup>, i quali chiedono, che alla prima mancanza dell'Abbate Regolare sia sostituito in perpetuo un prior triennale, ed avendo io un vero impegno pel buon esito di questa istanza, non ho potuto prescindere dal significarle questa mia premura, per impegnarla quanto può permetterlo l'equità a favorire la supplica degli oratori. Secondo quello che viene esposto apparisce, che questa sostituzione riuscirebbe molto vantaggiosa al decoro della chiesa di Sulejow e alla regolar disciplina del monastero, oltre l'essere ancora in parte necessaria al conveniente mantenimento

<sup>2</sup> Michaël Georgius Poniatowski.

<sup>1</sup> Cf. N. 391.

dei monaci. L'informazione favorevole di V.ra Signoria Ill.ma potrebbe fin d'ora assicurare questa grazia, che di sua natura non solo non è contraria a i sacri canoni, ma è anche conforme al noto concordato tra Santa [180v] Sede e la Repubblica di Polonia<sup>2</sup>; onde tanto più mi lusingo, ch'ella propenderà a favorirla, siccome io ne la prego, e intanto raffermandole la costante mia disposizione a servirla, resto co' soliti sentimenti di distinta stima e parzialità etc. Roma, 13 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria Ill.ma

<sup>a</sup>-Servitore vero di tutto cuore  
G[iovanni] F[rancesco] Card. Albani<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

### N. 394

#### *Ioannes Rotterding ad Ioannem Andream Archetti*

*Eseris*<sup>1</sup>, 13 VII 1776

*Cum a nuntio certior factus esset de re pertinente ad poenas ecclesiasticas tollendas, quae in epistulae auctorem constitutae sunt, Rotterding statim eum rogabit, ut venia a nuntio declarata sibi detur.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146.f. 438r. Ascriptum: Rec. 24 Iulii 1776.*

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne D.ne Gratosissime

In datis ab Ill.ma Excellentia V.ra ad me die 20 Iunii anni currentis<sup>2</sup> iubeor scribere ad Ill.mum Dominum Episcopum Livoniae<sup>3</sup> meum loci ordinarium, ac potiri absolute a suspensione casura, tandem subsequitur absolute ab irregularitate.

Fateor conscientiose me dedisse libellum supplicem eodem die et eodem cum cursore 26 Maii ad memoratum Ill.mum Dominum Patrem et Pastorem, seu meum Rev.mum loci ordinarium, humillimeque absolute humillimeque praecabar, dum ad Rev.mum Antecessorem V.rae Excellentiae scripseram, neque Ill.mus Dominus Comes<sup>4</sup> in hoc mihi contrariebatur, quinimo adhuc duas epistolas instantiales pro me, unam ad Excellentissimum Dominum Antecessorem V.rae Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae, alteram ad Rev.mum

<sup>2</sup> Concordatum Vschoviense 1737. Cf. Ostrowski.

<sup>1</sup> Essern (Ezere).

<sup>2</sup> Cf. N. 311.

<sup>3</sup> Ioannes Stephanus Giedroyć.

<sup>4</sup> Franciscus Seraphinus comes Kettler.

Dominum loci huius addidit, ac omnes expedit. Monitus epistolariter nunc denuo secundum libellum supplicem ad alte praefatum Rev.mum meum Episcopum expedito hodierno cum cursore, insistendo demississime petitis meis antecedentibus, prout provolutus ad pedes V.rae Excellentiae absolutionem ab irregularitate humillime supplico.

Credideram ambas epistolas nupernas periisse, quocirca iterum alios binos. Libellos supplices iam habui paratos, cum monitio a V.ra Excellentia ad me venerat. Pro obtinenda gratia perseverabo perpetuus precator apud DEUM pro V.ra Excellentia profundissima cum reverentia.

Excellentiae V.rae

Servus humillimus  
J[oannes] Rotterding

Eseris die 13 Iulii 1776.

### N. 395

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Iosephum Zamorski*

*Varsaviae, 13 VII 1776*

*Cum canonici questi essent de ratione, qua pecunia ad ecclesiam restituendam pararetur, nuntius docet auctoritati ecclesiasticae idoneae oboediendum esse.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 215r-v.*

A dì 13 Luglio 1776.

Admodum Rev.do Domino Iosepho Plaęski [sic!]<sup>1</sup> Ecclesiae P[aroch]-h[ia]lis Posn[ani]ae Canonicus

Quae a venerabili isto Officio Posnaniensi adhibita fuerunt media, ut parochialis, et collegiatae ecclesiae aedificatio ad finem perducatur me omnino non latebant. Iam enim relatum mihi fuerat quod pro parandis poecuniis adeo gravi sumptui necessaris [215v] oportuerat argentum ecclesiasticum dividere, ac insuper altaristis iniungere ut et ipsi argentum superfluum in hanc piam, et necessariam causam conferrant. Si res ista se habet, si vere de argento superfluo agitur, non possum admodum Rev.dam Dominationem V.ram aliosque eius collegas non hortari, ut Venerabilis Officii Ordinarii praeceptis oboedientes se praebeant. Agitur porro de constructione Ecclesiae quae praecipue ad Episcopalem sollici-

---

<sup>1</sup> Epistula die 4 VII 1776 scripta, ad quam respondet nuntius, subscripsit Iosephus Zamorski.

tudinem spectat, quaeque longe est utilior argendorum copia, quae absque materiali Ecclesia supervacanea prorsus evaderent. Turpe autem esset assertam promissionem a moderno praeposito pro obtinenda praesentatione emissam proponer, cum ea quatenus etiam subsisteret, utpote a sacris canonibus irreprobata nullam habeat efficaciam. Haec litteris admodum Rev. dae Dominationis V. rae diei 4 currentis mensis respondenda habui<sup>2</sup>, et interim etc.

## N. 396

### *Ioannes Andreas Archetti ad Felicianum Wołodkowicz*

*Varsaviae, 13 VII 1776*

*Respondet metropolitae querenti et hortatur eum, ut controversiam cum coadiutoribus ortam componat. Quod ad alumnum collegii Vilnesis pertinet, metropolita debet collegii rectores rogare, utrum alumnus satis praeparatus sit, ut scholam relinquat, an non.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 215v.*

A di 13 Luglio 1776.

Ill. mo et Rev. mo Metropolita totius Russiae.

Si Dominatio V. ra Ill. ma semel induxerit animum ut credat me nihil malle quam ut suae tranquillitati ac dignitati quamprimum consulatur; facile etiam sibi persuadabit me omnia circumspexisse, atque proposuisse consilium quod in hoc rerum statu, atque in hac misera temporum conditione maxime consentaneum mihi visum est, reliqua vero consilia omnia abiecisse quod multo gravioribus difficultatibus circumsepta sint. Quod autem Dominatio V. ra Ill. ma veretur ne locatarii suo muneri desint, ac neque conditiones, neque fidem servent, obsecro, ut hac de re timorem omnem abiiciat. Cum enim huiusmodi locatio huius nunciaturae auctoritate constituenda, ac confirmanda sit, ita etiam sancte polliceor, atque recipio me diligentissime curaturum ut locatarii constitutam pecuniam praescriptis temporibus adamassim, ac sine ulla cunctatione persolvant. Quin imo si quas habet contra Coadiutores<sup>1</sup> suos iustas querelarum causas quod anteactō tempore promissis non steterint ad me deferet, atque omni cura contendam ut reparetur iniuria, ac Dominationi V. rae Ill. mae satisfiat. Ad alumnum Vilnensem quod attinet quam primum scribam, ac si illius Pon-

---

<sup>2</sup> Cf. N. 365.

<sup>1</sup> Antoninus Młodowski, Ludovicus Leo Szeptycki.

tificii Collegii Constitutiones id sinunt, si hunc alumnum doctrina satis instructum sciam curato ut Dominationis V.rae Ill.mae voluntati mos generatur<sup>2</sup>. Interea etc.

N. 397

*Ioannes Andreas Archetti ad Florianum Janowski*

*Varsaviae, 13 VII 1776*

*Abbas Trocensis rogavit, ut capitulum provinciale Tinecii habendum in annum proximum differretur. Nuntius rogat, utrum id fieri possit, an non.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 216r.*

A dì 13 Luglio 1776.

Rev.mo Patri Abbati Tynecensi<sup>1</sup> Ordinis S. Benedicti.

Rev.mus Abbas Trocensis vehementer optaret<sup>2</sup> ut particulare capitulum quod hoc anno in Tynecensi Monasterio haberi oporteret ad annum proximum protrahatur. Ita enim maximum faceret incomodorum, et impensarum compendium, atque monasterii rationibus multo melius consuleret, quae ex diuturna abbatis absentia magnum plerumque detrimentum ferunt. Mihi profecto aequissima huiusmodi postulatio visa est, ac maximopere cuperem ut hic mos apud vos induceretur caelebrandi uno eodemque tempore tum generalis, tum particularis capituli. Sed quoniam vereor ne cum spectabilissimae V.rae familiae prodesse maxime velim, aliqua ratione obesse possim antequam quidquam statuam, a Paternitate V.ra Rev.ma diligenter edoceri velim an ob hoc novo more incomodum aliquod consequeretur, aut aliqua ordinis perturbatio oriri posset. Itaque Paternitatem V.ram rogo ut me certiozem quam primum faciat quae sit hac de re sua, ac suorum sententia, ut id consilii capere possim quod istius Benedictino Polonae familiae incolumitati, comodisque maxime inservire videatur. Interea etc.

---

<sup>2</sup> Cf. N. 347.

<sup>1</sup> Florianus Amandus Janowski.

<sup>2</sup> B. Fałęcki. Cf. N. 332.

## N. 398

***Ioannes Andreas Archetti ad B. Falęcki****Varsaviae, 13 VII 1776*

*Scribit postulationem ad capitula ordinis benedictinorum habenda pertinentem iustam esse. Si abbas Tynecensis postulationem approbaverit, nuntius quoque eam approbabit.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 216r.*

A dì 13 Luglio 1776

Rev.mo Patri B. Falęski<sup>1</sup> Abbati Trocensi Ordinis S. Benedicti.

Utraque Paternitatis V.rae postulatio mihi vehementer placet, ut scilicet particulare capitulum ad annum proximum protra[h]atur, ac celebrandi uno eodemque tempore utriusque capituli mos inducatur. Itaque non solum ad Rev.mum Abbatum Tynecensem<sup>2</sup> scribo quam veris, gravibusque de causis haec a Paternitate V.ra postulatur, sed etiam quae mea sit de re utraque sententia. Quodsi Tynecensis Abbas rescripserit nihil damni ex hac mutatione aut regulari disciplinae, aut ordinis tranquillitati eventurum, Paternitatis V.rae voluntati libentissime obsequar, daboque etiam operam ut idem mos celebrandi uno, eodemque tempore utriusque capituli apud vos in omne futurum tempus obtineat. Interea etc.

## N. 399

***Ioannes Andreas Archetti ad Paschasium Leszyński****Varsaviae, 13 VII 1776*

*Rogat, utrum alumnus, quem metropolita Kioviensis adiuvat, brevior tempore studia absolvere possit, an non. Alius alumnus rogat, ut diutius domi manere sibi liceat. Quam rem nuntius rectori diiudicandam tradit.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 216r-v.*

A dì 13 Luglio 1776

Admodum Rev.do Patri Ignatio Rossetti [sic!]<sup>1</sup> Rectori Collegii Pont. Vilmensis

Ill.mus Russiae Metropolita<sup>2</sup> vehementer optaret ut Dominus Malieniewski<sup>3</sup> Vilmensis Collegii alumnus cuius opera maxime indiget, ab

<sup>1</sup> B. Falęcki, cf. N. 332.

<sup>2</sup> Florianus Amandus Janowski, cf. N. 397.

<sup>1</sup> Sine dubio secretarius erravit, quia Rossetti rector fuit collegii theatinorum Leopoliensis. Cf. N. 219, N. 284.

<sup>2</sup> Felicianus Philippus Wołodkowicz, cf. N. 347.

<sup>3</sup> Recte: Michaël Meleniewski, alumnus collegii basilianorum Vilmensis.

alumnatu dimitteretur [216v] etiamsi suorum studiorum cursum nondum perfecerit. Itaque Dominatio V.ra me statim certiolem faciat num istius Collegii Constitutiones id patiantur, ac recentia huius rei exempla presto sint; quibus denique moribus, quaque doctrina alumnus idem praedictus sit: alius praeterea Alumnus, Thomas Wokczałłowicz<sup>4</sup> rogat ut sibi praestitutum tempus domi suae commorandi aliquando longius protrahatur. Huius rei arbitrium sit penes Dominationem V.ram, cuius perspectae diligentiae, atque prudentiae acquiesco. Haec habui quae in praesens ad Dominationem V.ram scriberem, atque etc.

### N. 400

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Thomam Woszczelłowicz*

*Varsaviae, 13 VII 1776*

*Alumnus, qui domi diutius manere vult, ad rectorem suum scribere debet.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 216v.*

A di 13 Luglio 1776

Rev.do Thomae Wokczałłowicz (Grodnum).

Dominus Pontificii Vilnensi Collegii Rector<sup>1</sup> optime voluntatem meam interpretatus est cum tibi facultatem fecerit eundi domum ut decumbenti patri, atque in extremis vitae periodis constituto extrema obsequia, atque officia praestares. Nunc vero cum postules ut tempus illud quod tibi ad Collegium repetendum praestitum fuerat aliquando longius protractur, ad eundem Rectorem scribas oportet. Quidquid enim ipse hac de re constituerit optime factum putabo. Interea etc.

### N. 401

#### *Ioannes Andreas Archetti ad Felicem Turcki*

*Varsaviae, 14 VII 1776*

*Permittit, ut pluribus ecclesiis annum iubilaei celebrare liceat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 214r-v. Cf. N. 377, N. 383.*

---

<sup>4</sup> Recte: Thomas Woszczelłowicz, cf. N. 364.

<sup>1</sup> Paschasius Leszyński.

## N. 402

*Franciscus Kettler ad Ioannem Andream Archetti**Eseris, 15 VII 1776*

*Tractat de poenis ecclesiasticis, quibus presbyter affectus est. Docet de initio et cursu rei, in qua maximi momenti fuit animus alienus vicarii episcopi Livonici erga ducem et eius familiam.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 440r-441v. Ascriptum in 440r: R. 24 Iulii 1776.*

Eseris, 15ta Iulii 1776.

Ill.me Excellentissime ac Rev.me D.ne Longe Observantissime

Acceptis litteris<sup>1</sup> Excellentiae V.rae tamquam certum testimonium benevolentiae erga me, ac curae ob negotium meum ab Antecessore reverendissimo in optimas manus translatae non possum praetermittere Dominationi possibilem reddere gratiarum actionem.

Dubitans ob retardationem longam responsi gratiosi scripseram Viennam ad Reverendissimum Nuntium<sup>2</sup>, hoc qui supra negotium<sup>a</sup> pro casu perditarum mearum literarum de novo recomandavi.

His ergo superest ut imo unitis precibus cum reverendo capellaneo meo cuius supplices libellos iungo, adhuc semel petam<sup>a</sup> humillime absolutionis ab irregularitate beneficium in personam mei Reverendi Capellanei<sup>3</sup> quam gratiam studebo demereri apud V.ram Excellentiam.

Sed simul liceat mihi rogare ab Excellentia V.ra informationem, quomodo censurae ecclesiasticae non ligant dum incurruntur sed post triennium. Nam [440v] anno 1773 in Septembri post [...]<sup>b</sup> petitam per extraordinarios cursores (in scriptis propria manu a me datis ad Perillustrem Officialem Curoniae Golberger) facultatem sed non obtentam imo praetermissam plane responsionem a vicino ex Samogitia decano<sup>6</sup> curavi benedicere recentem a me, ut notum erit pro viribus sat splendidam capellam erectam: remisso post factum cursorio alio Perillustris Officialis dedit indultum celebrandi ad triennium in ea meo reverendo capellaneo, imo Decano qui benedicat ipse sat officiosas litteras dedit, tandem in eodem

<sup>1</sup> Cf. N. 310.

<sup>2</sup> Iosephus Garampi nuntius Vindobonensis fuit inde a die 5 VI 1776 usque ad diem 24 VII 1785. Cf. Dell'Orto, p. 46, 514.

<sup>3</sup> Ioannes Rotterding, cf. N. 181.

<sup>4</sup> Samogitia, dioecesis Samogitiensis. Proxima sedes decanatus dioecesis Samogitiensis fuit Wieksznie, cf. Litak, p. 325.

anno in persona in Decembri adfuit Reverendus Officialis Goldberger dominica 2da Adventus devotioni, eam approbans permisit continuationem. Pro tunc nec in suspensione nec irregularitate fuit Rev.dus meus Rotterding alias Officiales interdicere officiose debuisset Sacra. Quin imo per tres annos continuos approbationem scripto anuatim concessit capellaneo meo, nunc tandem anno currente ob litem ratione<sup>a</sup> ordinis equitis erratae militiae capellaneo meo ab Antecessore Excellentiae V.rae concesso, inter officialem et me ortam exinde quod ille concessionem eam portare quam ego postulaveram dare noluerit. Ego qui supra<sup>a</sup> ob denegatos [441r] titulos convenientes epistolas illi [...]<sup>b</sup> non apertas remisim, postquam eundam nimis et inhumanissimam idem Rev.dus Goldberger ad me dedisset quam in originali Rev.mi Antecessoris Excellentiae V.rae Iudicio ac Episcopi Curlandiae<sup>7</sup> submisi, a quibus ambobus inreprobata fuit, omnes possibilem modum tentavit vindicare se erga me ac totam domum meam. Sed quoniam vanae sine viribus [...]<sup>b</sup> ideo a latere coepit agere pungens continuo, ac hostili Christianum magis sacerdotem ac Vicarium Episcopi indecenti odio Rev.mum Cappellaneum meum persequens, ut puto me in ultimis satis clare detectis mendaciis ac falsis accusationibus ostendisse. His malitioso induxit Rev.mum Episcopum, ut resolvat contra sua canonica nota incurrisse nunc suspensionis censuram imo irregularitatem postquam nota causa, per triennium non incurserat Rev.dus Capellaneus meus. Sed nimium iam me his detineo, ego repetita supplicatione in prioribus data, ut tanta honori meo ac innocentiae capellanei mei, quam nequaquam ab [...]<sup>b</sup> suo detineo satisfiat, modo quem in prioribus ostendi ut nempe officialis ad me veniat, ordinem Capellaneo meo [441v] propria manu conferat, privilegia, quae iuribus ecclesiasticis quae conformia [...]<sup>a</sup> capellae meae insinuat. Promitto quod oblita plane tota re ac offensione eum ac honore, in gratiam Excellentiae V.rae ac Rev.mi Episcopi Exceptum. Imo foundationem quam iam ante 3 annos in mente habui, <sup>c</sup>[...]<sup>b</sup> nota fuit officiali qui ipse Instrumenti formam ad hoc mihi dederat<sup>c</sup> cum 300 aureos annum redditus firmabo, nisi ergo V.rae Excellentiae Autoritas prout Rev.mi Antecessori intervernerit, retraham manus ab incepto opere, ac quod orbus viribus incubi augmento eae Eccle[...]es<sup>d</sup> pro conversione haereticorum tot mille<sup>a</sup> meorum subditorum labora[...]<sup>d</sup> per impudentes vexationes tum meae personae tum domui meae factas. Aut plane cessare aut per Sanctissimum Patrem ipsum levandas. Exemplo aularum Viennensis, Galliciae, ac Venetiae, etsi multo minori hac negotio, coactus ero. Suppleant deinde viribus suis augere animas in Ecclesia, et qui in culpa [...]<sup>a</sup> mei defectus praesentum superbus

---

<sup>5</sup> Ioannes Stephanus Giedroyć.

ac imprudens Vicarius Episcopi. Confidens in gratia promissa sum praevia humillima comendatione.

Excellentiae V.rae

Servus obsequentissimus  
Fr.[anciscus] S.[eraphinus] Imp.[erialis] Comes Kettler<sup>6</sup>

Finita iam haec epistola recepi unam ab amico carissimo comite Sagramoso ibi rescribit mihi novum suffraganeum Samogitiae<sup>7</sup> rem compositam. Pro qua gratia summa quidem gratiam actiones reddo, sed nisi per eum petita mea concedi [...] <sup>a</sup> rogo ut quam celerrime ad eum recubatum [...] <sup>d</sup> optarem ad comitia eam posse Varsaviae sed nisi intervenient et id procurabit altissima Princeps *Czatorijska*<sup>8</sup> dubito me hoc honore Excellentiam V.ram indere gaudere posse.

<sup>a</sup>transcriptio incerta    <sup>b</sup>verbum illegibile    <sup>c-c</sup>suprascriptum sub textu    <sup>d</sup>cum tomus consueretur, verbum corruptum est

## N. 403

### *Gabriel Podoski ad card. Lazarum Opitium Pallavicini*

*Dresdae, 15 VII 1776*

*Gratias agit pro brevi papali et epistula secretarii status, qua de novo nuntio narravit. Notum facit se auxilium ferre paratum esse, sed nunc peregre ibit, quia valetudo primatis id postulat.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 397r.*

*Cop.: BOss. 6846, p. 211-212.*

Eminentissimo etc.

Col divoto profondo rispetto, che perpetuamente nutrisco verso del Santissimo Padre e della Santa Sede, e con particolar mia consolazione ho accolto il breve affettuosissimo di Sua Santità, ed anche il foglio pregiatissimo, col quale V.ra Eminenza ha favorita di accompagnarlo<sup>1</sup>. Siccome niente può essermi più grato dei comandamenti di Sua Beatitudine

<sup>6</sup> Franciscus Seraphinus Kettler.

<sup>7</sup> Iosephus Leo Łopaciński.

<sup>8</sup> Fortasse Isabella Czartoryska (1746-1835), uxor principis Adami Casimiri Czartoryski.

<sup>1</sup> Cf. N. 70, N. 83.

e degl'uffici gentilissimi dell'Eminenza V.ra a favore di Mons. Archetti, degnissimo nuovo Nunzio Apostolico, certamente mi farò sempre un lieto dovere di render giustizia al suo merito ed alla sua rappresentanza, e di autenticargli in tutte le occasioni e circostanze di poterlo servire, quanto io sommamente pregio gl'adorabili comandamenti Pontifici e i di lei cenni riguardevolissimi; solo spiacendomi che le vicende di mia salute mi oblighino ora, sotto nome d'Abate di Tynie<sup>2</sup>, al viaggio di Montpellier, e non mi lascino il contento di sodisfar subito da vicino a questi miei doveri. Intanto supplico V.ra Eminenza di umiliarmi al bacio de' piedi di Sua Santità, e di tenermi ben raccomandato col mio grege alle Sue Benedizioni, mentre pieno di zelo, d'ossequio e desiderio di frequenti di lei comandi, mi rassego immutabilmente.

Di V.ra Eminenza

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

Gabriele Podoski Primate di Polonia mpp<sup>a</sup>

Dresda, 15 Luglio 1776.

<sup>a</sup>-*manu propria*

#### N. 404

#### *Franciscus Rogaliński ad Ioannem Andream Archetti*

*Bledzoviae, 16 VII 1776*

*Abbas monasterii cisterciensium Bledzeviensium tractat de difficultatibus, quibus provincia sua afficitur. Cum provinciae vicarius monasteria cisterciensium de bulla papali ad annum iubilaei pertinente celavisset, rogat, ut sibi liceat bullam illam monasterio suo enuntiare.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 130 f. 14r-15v. Ascriptum in 14r: Ric. 24 Luglio 1776.*

Eccellentissimo Ill.mo e Rev.mo Sig. Sig. Padrone Coll.mo

Anzioso di meritare da V.ra Eccellenza quella graziosa protezione, che mi fu in ogni tempo accordata da suoi lodevolissimi predecessori, non manco d'istantemente implorarla; le rassego fratanto la mia servitù con gli auguri li più sinceri d'ogni prospero successo nel suo degnissimo ministero. Suppono poi V.ra Eccellenza bastantemente informata dello scompiglio che regna nella nostra Provincia Cisterciense, la quale tutt'ora

---

<sup>2</sup> Tynecium, cf. SGKP XII, p. 711sq. Gabriel Podoski abbas commendatarius Tyne-ciensis fuit.

avulsa dal suo legittimo capo erra nell'indipendenza, onde non sto a farle un lungo raguaglio di tutti li abusi che la desolano, cagionati dall'anarchia; dico soltanto che il disordine apparisce sempre più grave, qual'ora il moderno Vicario<sup>1</sup> non intima fin a questo punto il Santo Giubileo da guadagnarsi nei rispettivi monasteri per le [14v] persone religiose; in altri tempi li nostri Superiori Provinciali lo facevano quasi contemporaneamente colla pubblicazione dei Vescovi, ma ciò succedeva allor quando li Vicari Generali erano uniti e dipendenti dal Reverendissimo Capo e per conseguenza partecipavano per commissione di tutti quei privilegi e prerogative d'esenzone attaccate all'autorità generalizia. Ora però pare che il Rev. mo Vicario medesimo, provisto soltanto per breve apostolico pro hac sola vice non goda di tutte quelle grazie rilevanti dal Reverendissimo Capo, o pure trascura di farne quel bon uso, che il suo officio esige. So bene che qualche Abbate del nostro Ordine ha avuto ricorso al Vicario Foraneo per ottenere una simil grazia, ma ciò essendo opposto e pregiudizievole ai nostri privilegi d'esenzone, non intendo di seguire il [15r] suo esempio, anzi le mie intenzioni sono sempre intente a sostenerli, come pure di vivere inviolabilmente unito e dipendente al mio Reverendissimo Capo. In tal caso ricorro alla Suprema Autorità Apostolica, di cui V.ra Eccellenza è il solo distributore e custode, perché si degni graziosamente concedermi la grazia del S. Giubileo, tanto [per] li miei monaci quanto per le persone adette e necessarie al loro servizio. Il zelo ed il fervore, ch'accompagna la mia preghiera da una parte, e l'impegno dell'Eccellenza V.ra per la salute delle anime dall'altra, mi fanno sperare questa grazia, per la quale in ogni tempo le professerò infinite obbligazioni. Implorando frattanto l'Apostolica benedizione [15v] con la più profonda venerazione me la professo.

Di Vostra Eccellenza

<sup>a</sup>L'Umilissimo Obligatissimo et Obsequentissimo Servo Vero  
 Francesco Rogaliński<sup>2</sup> Abate di Bledzovia dell'Ordine Cistercense mpp<sup>a</sup>

Bledzovia<sup>3</sup>, li 16 Luglio 1776

<sup>a-a</sup>*manu propria*

---

<sup>1</sup> Vicarius vel visitator congregationis Polonae cisterciensium. Qui annis 1772-1778 fuit Florianus Andreas Gotartowski.

<sup>2</sup> Franciscus Rogaliński, cisterciensis, abbas Bledzoviensis annis 1762-1777.

<sup>3</sup> Bledzovia – abbatia Sancti Laurentii Martyris provinciae Polonae cisterciensium, cf. Litak, p. 403.

## N. 405

*Guillelmus de Wincza ad Ioannem Andream Archetti*Rigae, 17/6<sup>1</sup> VII 1776

*Rogat dispensationes. Rogat quoque, ut sibi liceat missam celebrare et confessionem excipere in capella privata gubernatoris Livonici.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 105 f. 270r-v. Ascriptum in 270r: recepta die 26 Iulii 1776.*

Rev.me et Ill.me D.ne D.ne Archiepiscopo, Nuntie Apostolice, ac Patrone Colendissime!

Cum Reverendissimus et Ill.mus Dominus Iosephus Comes Garampi Archi Episcopus Berytensis, dum per Regnum Poloniae, ac Magnum Lithuaniae Ducatum Nuntium Apostolicum ageret, sequentes mihi facultates concedere clementissime dignatus sit, uti

1mo Celebrandi S. Missae Sacrificium in altari portatili iam dudum ab Antecessoribus meis erecto in usum Ill.mi Excell.mi D.ni Generalis Gubernatoris Comitum de Browne<sup>2</sup>, Viri multis in Ecclesiam ac Regnum Meritis gravis, quique universae Livoniae summa cum potestate praeest.

2do excipiendi fidelium confessiones, eoque a peccatis suis absolvendi.

3tio ob intensos aurium, capitisque dolores portandi etiam ad aram fictos capillitios; [270v]

Nunc quoque Rev.mam et Ill.mam Dominationem Suam humillime peto, ut easdem facultates confirmare et mihi impertire gratiosissime velit; simulque humillime peto, ut et mihi, Ill.mo Domino Gubernatore, ut absente, aut, dum alio proficisci contigit, ubi nulla sacerdotis et ecclesiae copia, in meum ac aliorum Catholicorum ibi degentium solatium in eodem altari portatili S. Missae sacrificium celebrare liceat;

Quam gratiam, si impetravero, eam in meis ad Deum precibus demereri nunquam intermittam.

Reverendissimae et Ill.mae Dominationis Suae

Servus humillimus  
Guillelmus de Wińcza

Theol. Aul. Ill.mi D.ni Generalis Gub. Livoniae

Rigae, 6 Iulii St. Vet. 1776.

<sup>1</sup> Epistula inscripta die 6 mensis Iulii veteris stili.

<sup>2</sup> Georgius comes von Browne.

## N. 406

*Franciscus Potkański ad Ioannem Andream Archetti**Cracoviae, 17 VII 1776**Narrat de primo conatu visitationis canonicae monasterii et ecclesiae Sanctae Hedvigis deque impedimentis legitimis, quae orta sunt.**Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 134r-135r. Ascriptum in 134r: Recepta 27 Iulii 1776.*

Ill.me Excellentissime Rev.me D.ne Patrone Colendissime

Vigore specialis ab Ill.mo Excellentissimo Domino in Personas Perillustri Primicerii Sołtyk<sup>1</sup> et meam subdelegationis ad peragendam visitationem Ecclesiae Hospitalis S. Hedvigis<sup>2</sup>, praemissis literis innotescentialibus cui intererat intimato pro executione nobis praecomissorum ad dictam ecclesiam et conventum condescendimus. Una cum assumpto per nos Notario Apostolico Ill.mo Clarissimo Ioanne Cantio Torigani U[triusque] I[uris] in Universitate Cracoviensi Professore. Ibi perlecto nostrae subdelegationis instrumento ex mutuo consensu iurisdictionem nostram fundavimus. Hac fundata dum ulterius nobis procedendum erat Rev.dus Żuchowski Praepositus Ecclesiae S. Hedvigis, exceptiones contra Breve Pontificium, quasi subreptione et obreptione laborans opposuit. Sed istae oppositiones [134v] uti vera diffugia et quaesita media ad obfuscandam veritatem iuxta praescriptum subalterni instrumenti certe [...]a fuissent reiectae. Sed uti fiscalis curiae episcopalis in scheda porrecta per dictum Breve Apostolicum, laesam esse iurisdictionem episcopalem intulit et ab ulteriori processu supersederi petiit. Nos non tam libenter quam reverenter cum iurisdictione episcopali procedendo, actum limitavimus, et quid ulterius agere debeamus pro resolutione ad Ill.mum Excellentissimum D.num remisimus. Perillustri Primicerius Sołtyk assumpserat in se provinciam in authentico extractu acum fundatae a nobis iurisdictionis, oppositiones tam per fiscalem quam reverendum Żuchowski, et tandem nostram remissionem ad decisionem delegantis proxima cursoria id est die 13tia Iulii Ill.mo Excellentissimo Domino remittere [135r] quod cum non fecerit per tranlapsas binas cursorias, et appositionem manus suae cum stemmate gentilitio extractui authentico hic adiuncto propter rationes sibi bene visas

---

<sup>1</sup> Michaël Sołtyk.

<sup>2</sup> Conventus Sanctae Hedvigis in Cracovia-Stradomia provinciae Polonae Minoris Templariorum, cf. Litak, p. 403.

denegaverit. Ego pro obsequio meo erga S. Sedem vices supplende actum nostrae subdelegationis remitto.

Hac facta genuina actus nostri relatione porrigo Ill.mae Excellentissime Domino hanc supplicem libellum enixissime petens ut ab hac subdelegatione libertari possim, nolo etenim alicui ressentimento mei Episcopi<sup>3</sup> negotio huic se immiscentis fieri obnoxius.

His expressis singulari gratiae et benevolentiae me insinuando cum respectuosa veneratione maneo. 17 Iulii 1776to, Cracoviae.

Ill.mi Excellentissimi Rev.mi D.ni

Humilissimus et Obsequentissimus Servus  
F[ranciscus] Potkański<sup>4</sup> Suff. Cr.

<sup>a</sup>*cum tomus consuereetur, verbum corruptum est*

#### N. 407

### ***Summarium litterarum Ioannis Andreae Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini***

[Varsaviae, 17 VII 1776]<sup>1</sup>

*Summarium litterarum Nuntii Varsaviensis die 17 VII (N. 416-418, 421) Romae confectum.*

*Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 317 f. 382r.*

#### N. 408

### ***Ioannes Andreas Archetti ad card. Lazarum Opitium Pallavicini***

Varsaviae, 17 VII 1776

Sua Santità è informata dell'affare di Vigri per modo, che commiserando alla calamitosa situazione degli Eremiti Camaldolesi alla piena relazione del di lei Antecessore, condiscese benignamente ad approvare l'accomodamento colla Corte, convalidare le condizioni e tollerare il modo di adempirle. Di tutto ciò ne fu trasmesso da me a V.ra Signoria Ill.ma l'occorrente documento fin sotto li 9 scorso<sup>1</sup>, di cui porrà ella perciò far uso a tempo debito. Converrà bensì sollecitare i monaci al compimento dello sforzo convenuto, affinché [118r] durante la dieta possano premunirsi di una costituzione atta a legittimare e a confermare la loro fondazione Vigrense, a tenore di quanto si è ripromesso il Re nelle precedenti convenzioni, delle quali con provvido accorgimento ha ella saputo far menzione nel secondo de' suoi biglietti ministeriali, acclusomi in copia al dispaccio de' 26 andato<sup>2</sup>, d'onde è poi risultata quella generale ratifica, enunciata nel biglietto risponsivo della Maestà Sua.

Da quanto le scrissi nel precedente ordinario delle premurose Pontificie sollecitudini rapporto al procurare <sup>a</sup>l'esclusione dalla dieta del nunzio dis-sidente<sup>a</sup>, potrà facilmente argomentare V.ra Signoria Ill.ma quanto abbia il Santo Padre gradito il ragguaglio di tutto il di lei operato a uniformità delle Apostoliche [118v] di Lui intenzioni. Dovendo a quest'ora esser già accaduta l'elezione, resta solo a bramare alla Santità Sua, che a seconda dei di lui voti, e dell'assidua di lei cooperazione, prevalendo nell'animo <sup>a</sup>del Lipski<sup>3</sup> il motivo di<sup>a</sup> religione, e il decoro nazionale a qualunque particolare interesse, abbia egli preferito <sup>a</sup>il distretto di Fraustat<sup>4</sup> <sup>a</sup>a qualunque altro. Di ciò ne attende il Santo Padre ansiosamente il riscontro. Prima dell'arrivo di questa, non dubito che sarà pervenuto costì al Cavalier Sagramoso il Beneplacito Apostolico autorizzativo della Concordia di Ostrog, speditogli per diligenza dal Sig. Ambasciatore di Malta<sup>5</sup> sul principio della settimana cadente.

<sup>a</sup>*fragmenta notis arcanis scripta, decifrata explicata in margine*

---

<sup>1</sup> Cf. N. 258.

<sup>2</sup> Cf. N. 335.

<sup>3</sup> Ignatius Lipski, cf. N. 288.

<sup>4</sup> Vschovia.

<sup>5</sup> Jacobus Laurus le Tonnelier de Breteuil.

**Card. Iosephus Maria Castelli ad Ioannem Andream Archetti**

Romae, 20 VII 1776

*Gratias agit nuntio, quod operam dedit violentiae in Ucraina factae et missioni Saratoviensi et Iamburgensi. Rogat, ut basilianos Dermanenses ab iniuria episcopi Chelmensis protegat.*

**Or.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 69 f. 38r-v. *Ascriptum:* Ricevuta 9 Agosto 1776.

**Reg.:** APF, Lettere 228 f. 354v-355r. A Mons. Arcivescovo di Calcedone Nunzio Apostolico in Varsavia.

**Ed.:** *Welykyj, Litterae V*, p. 322. *Transcriptio secundum registrum, APF, Lettere 228 f. 354v-355r.*

Ill.mo e Rev.mo Signore

Gratissime sono state a questa S. Congregazione le diligenze da V.ra Signoria praticate rispetto al nuovo omicidio accaduto a Berezianka e alle Missioni di Saratow e Iamburgo<sup>1</sup>, per le quali prudentemente ha ordinato che si prendano gli olii sagri da Mons. Vescovo di Mallo<sup>2</sup>. Nell'atto di singolarmente ringraziarla, come faccio per la molta attenzione, che presta a tutto ciò che interessa la cattolica religione, non tralascio di renderla intesa che i Superiori dell'Ordine Basiliano molto si lagnano della durezza con cui Mons. Vescovo di Chelma<sup>3</sup>, dopo d'essersi messo in possesso del Monastero Dermanense<sup>4</sup>, tratta quei religiosi che ivi dimorano, permettendo fino che manchi loro il necessario sostentamento, ed inoltre ingerendosi nel governo interiore de' medesimi che non gli appartiene per verun modo, ma spetta soltanto ai predetti Superiori dell'Ordine. Desidera pertanto l'istessa S. Congregazione, che V.ra Signoria rappresenti a quel Prelato il dispiacere, che si ha di sentire così fatte doglian[38v]ze della sua persona, e quanto si brami che egli usi tutto il dovuto riguardo, ed ogni maggior dolcezza e carità verso de' monaci sopramentovati. Né altro rimanendomi da soggiungerle, di tutto cuore mi confermo, e resto. Roma, 20 Luglio 1776.

Di V.ra Signoria

Come Fratello Affettuosissimo

<sup>a</sup>G[iuseppe] M[aria] Card. Castelli Prefetto  
Stef[ano] Borgia Segretario<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup>*manu propria*

<sup>1</sup> Jamburg, oppidum circiter 130 chilometra a Petropoli situm. Quod oppidi nomen annis 1703-1922 in usu fuit, nunc Kingisepp.

<sup>2</sup> Stanislaus Boguslaus Siestrzeńcewicz (1731-1826).

<sup>3</sup> Maximilianus Ryłó.

<sup>4</sup> Dermań, cf. SGKP II, p. 8.

## N. 426

*Sacra Congregatio Consistorialis ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 20 VII 1776

*Ea, quae de praepositura Krzyzanovicensi constituta sunt, nondum ad effectum adducta sunt. Qua de praepositura monachi Vitovienses et Hebdovienses controversiam habent. Secretariatus Congregationis mittit nuntio copiam decreti prioris atque hortatur, ut ad effectum adducatur. Tradit instructionem quoque, qua edocetur, quomodo ei agendum sit. Talis instructio iam mense Martio anni 1776 praecessori eius missa est.*

*Cop.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 124r-v, 125r-v. Cf. epistolam secretarii status die 27 VII 1776 datam.*

*Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 17v-18v.*

Dalla Segreteria Concistoriale per la Segreteria di Stato a Mons. Archetti Nunzio in Varsavia, li 20 Luglio 1776, con copie.

Discussa più volte e decisa nella piena Congregazione Concistoriale dei 22 Agosto dell'anno 1774 e dei 26 Marzo dell'anno corrente, anche coll'intelligenza de' Nunzi pro tempore di Polonia, "la Causa Cracoviensis Praepositurae", sorprende ora la notizia, che V.ra Signoria Ill.ma non le abbia data la dovuta esecuzione. Questa stessa causa è stata esaminata con tanta maturità e saviezza, che presentemente non vi può esser luogo a ritrattarne la risoluzione, anzi debb'essere eseguita in tutte le sue parti, giusta l'istruzione trasmessa col decreto al suo Antecessore, come potrà ella osservare dall'annesse copie. Né può ella stessa essere in istato di sentire e ricevere nuovi progetti su tal proposito, giacché tutti li Sig.ri Cardinali e Prelati, che compongono la Sacra Congregazione medesima, hanno giudicato, sentite le parti, che non potesse prendere per l'ultima[124v]zione di quest'affare temperamento migliore di quello, ch'è stato preso ed approvato ancora da Nostro Signore. Se le trasmette perciò l'ingionto memoriale, coll'obbligo del moderno Abbate Commendatario di stare alla decisione della Sacra Congregazione<sup>1</sup>, affinché si compiaccia di eseguire colla mag-

---

<sup>1</sup> Cf. adiuncta: [I] Alla Santità di Nostro Signore Papa Pio VI per il monastero, e monaci di Vitovia dell'Ordine Premostratense. [*Incipit*: Beatissimo Padre. Quella incorporazione, ed unione della Prepositura Krzyzanowicense posta nella diocesi di Cracovia, che negli anni scorsi a viva forza pretesero fare i Monaci del Monastero di Ebdovia, sotto li 22 Agosto 1774 fu meritamente circoscritta dalla Sagra Congregazione Concistoriale, la quale nel tempo stesso ordinò, che ne fosse reintegrato il Monastero di Vitovia...]. Ubi narratur controversia praepositurae Crizanovicensis, quae orta est inter monasterium Vitoviense et monasterium Hebdoviense. Narratur etiam de querimonia decreti ultimi a congregazione

giore prontezza tutto ciò, che per quiete comune è stato prescritto tanto nel decreto, quanto nell'istruzione, e mentre attendo dalla di lei diligenza il rincontro d'aver soddisfatto ai voleri della detta Sacra Congregazione e di Sua Beatitudine, le bacio etc.

[125r] Copia d'istruzione trasmessa a Mons. Nunzio in Varsavia li 30 Marzo 1776<sup>2</sup>

Dopo la risoluzione presa dalla Sacra Congregazione Concistoriale li 22 Agosto 1774 nella causa Cracoviensis Praepositurae Krzyzanovicensis, come a V.ra Signoria Ill.ma è ben noto, essendo stata dalla Santità di Nostro Signore felicemente regnante accordata a Mons. Vescovo di Posnania<sup>3</sup> come Abbate Commendatario, ed ai religiosi del monastero di Ebdovia la nuova udienza, la Sacra Congregazione medesima che si tenne li 26 dello spirante, avendo nuovamente esaminate le ragioni tanto dell'Abbate Commendatario e de' monaci di Ebdovia, quanto dei religiosi di Vitovia, ha giudicato con unanime sentimento di non dover recedere dalla sentenza allora emanata, ma di rescrivere "In decisis, et amplius", come potrà osservare dall'annessa copia di decreto. Sua Beatitudine quindi si è degnata di benignamente approvare una tal risoluzione, e perciò volendo che se le dia una pronta [125v] esecuzione, senza replicare inutilmente ciò, che le fu scritto nel Settembre dell'anno suddetto 1774<sup>4</sup> su tal emergente, sarà di lei pensiero di far restituire la prepositura Krzyzanovicense ai religiosi di Vitovia senza strepito e figura di giudizio, detratto preventivamente quello che si troverà proprio degli Ebdoviesi, e senzacché si abbia a parlare del passato, tanto rispetto ai suoi frutti presi e percetti dai detti Ebdoviesi, cosicché li religiosi di Vitovia, restituita che sarà loro la prepositura, non possano né debbano suscitare la minima pretensione contro li monaci di

---

Romana die 26 mensis Martii anni 1776 lati, cui decreto non est statum. Copiae: AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 127r-128r; AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 12v-13v [*in 12v scriptum est: va alla pag. 32. Quod est f. 18v, ubi revera de initio causae narratur*]. Adiuncta additicia: [2] Decretum Congregationis Consistorialis die 26 mensis Martii anni 1776 latum. [*Incipit: Gnesnen seu Cracovien unionis. In Sacra Congregatione Rebus Consistorialibus Praeposita, habita die 22 Augusti Anni 1774...*]. Copiae: AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 129r-v; AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 13v-14r. [3] Carolus Wyrwicz [1717-1793], abbas monasterii Hebdoviensis, die 30 mensis Octobris anni 1775 coram nuntio Iosepho Garampi pollicitus est se obtemperatum esse decreto Congregationis Consistorialis die 22 mensis Augusti anni 1774 lato, AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 130r. [*Incipit: Ego infrascriptus polliceor firmissime...*].

<sup>2</sup> Quamquam copia est instructionis nuntio Garampi datae, in epistula ad nuntium scripta non habetur pro adiuncto assueto, sed nuntio observanda est. Qua re factum est, ut in textu principali describeretur.

<sup>3</sup> Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski.

<sup>4</sup> AV, Arch. Nunz. Varsavia 123 f. 470r-472v. Epistula secretarii status die 3 IX 1774 scripta.

Ebdovia. È stata poi mente della Sacra Congregazione e di Sua Santità, che fintantocché l'Abbate Commendatario non corrisponderà ai monaci di Ebdovia la nota pensione, per cui dovrà ella insistere con tutta l'efficacia a seconda dell'istruzione trasmessale fin dal mese di Settembre del 1774, li religiosi di Vitovia siano obbligati, e si obblighino di pagare in [126r] subsidium sopra li frutti della prepositura medesima ai monaci di Ebdovia l'annua somma di mille fiorini Polacchi, in una o più rate, com'ella stimerà più a proposito e la pensione medesima dovrà incominciare a decorrere dal tempo, in cui gli Ebdoviesi si dimetteranno dalla detta prepositura. Si compiacerà di render poi conto alla Sacra Congregazione di quanto avrà operato per l'ultimazione di questa pendenza.

N. 427

*Card. Leonardus Antonelli ad Ioannem Andream Archetti*

Romae, 20 VII 1776

*Mos antiquus erat, ut aula regis Polonorum nuntio equos dono daret. In actis secretariae status annotandum est hunc morem omissum esse. Processus episcopi Bardini Romae habitus est. Docet de certis controversiis, quae Romae ortae sunt circa tributum, quod a regno Neapolitano papae tradi solitum est.*

*Or.: Bergamo, Bib. Civica, Arch. Gamba, Scatola 4, fasc. 197, s.f.*

L'ultima vostra che ricevo è in data de' 26 scorso. Mi consolo che stiate bene di salute; e sebben senta rammarico che siasi cominciato da voi ad interromper l'uso della Corte di passare al nuovo Nunzio in regalo una muta di cavalli, contuttociò spero che per conto dell'economia Iddio vi assisterà e questo incidente non farà gran divario nella vostra economia, la quale in vista del regio risparmio con voi praticato, io vorrei restringere all'ultimo confine. Probabilmente avrete dato conto di questo alla Segreteria di Stato, non in vista di piangere la spesa che avete dovuto fare, ma per informare il Papa di una preterizione d'un costume che onorava la sua rappresentanza. Mi ricordo che qui tra noi hanno fatte i ministri esteri altissime querele se non hanno avuto quelle tali corone, quegl'agnus etc. ed altre cose simili che si sogliono qui regalare.

Di Venezia niente di nuovo, perché il tempo della villeggiatura fa cessare gl'affari nel Senato. Tenete per certo quello che vi scrissi non ostante qualunque nuova che vi giunga da Venezia, che l'abazie di Savorgnano<sup>1</sup> non sono vendute, né si venderanno, almen per ora.

<sup>1</sup> San Vito al Tagliamento.

Ieri mattina fu proposta in Congregazione de' Vescovi la famosa causa del Vescovo d'Acquapendente<sup>2</sup>. Furono otto Cardinali votanti. La pluralità e quasi uniformità decise che non si dovesse procedere alla di lui deposizione, ma bensì che si consigliasse il Papa a trovar un compenso per cui non ritornasse più alla sua diocesi, e molto meno ne governasse altre. Le scritture di questa causa saranno forse penetrate fino in Polonia. Ci sta troppo male la nostra povera Roma. [v]

Il Sig. Avvocato Fei<sup>3</sup>, il quale ha difeso il Vescovo colla luminosa sottoscritta di Avvocato di Toscana, non ha risparmiato né la memoria del Pontefice defonto<sup>4</sup>, né di tutti i Ministri della Congregazione de' Vesovi. Ha scritto con impudenza intollerabile. La sua causa era buona, perché il suo cliente non è veramente reo di delitti degni di deposizione, ma non è neppur innocente da cento e più capi d'accuse, che gli si oppongono. In somma, noi facciamo la comparsa e di esser precipitosi nel processare i Vescovi, e di non sapergli eleggere degni di quel ministero a cui sono destinati.

Alla cavalcata, che fa il Contestabile nella vigilia di S. Pietro, sogliono mandare i propri gentiluomini a cavallo il Governatore di Roma<sup>5</sup> e il Ministro di Spagna<sup>6</sup>. In tempo di Potenziani<sup>7</sup> avevano preso la mano i gentiluomini del Ministro sudetto, ma in quest'anno la cosa non è passata senza contrasto. Io non so se pescanti dal proprio Padrone, o per mera causalità e discordia, nata sul fatto, quei di Mons. Cornaro non vollero cedere a quelli del Conte Monnino. Furono dunque obbligati i secondi a partirsene ed a non seguitare il corteggio. Niuno aveva fatto querela di quest'incontro, e l'istesso Conte comprendeva che non essendo egli Ambasciatore né avendo carattere, non poteva pretendere la mano sopra il Governatore. Con tutto ciò sotto mano si è doluto che non gli sia stata fatta almeno una parte officiosa per il disgustoso incontro de' suoi gentiluomini, obbligati a partire ed a ricevere un pubblico smacco. Noi ciò non ostante siamo [r] stati sempre in silenzio, e inoperosi. All'improvviso è giunto al Ministro di Napoli un dispaccio bizzarro e capriccioso. Scrive il Mons Tanucci in nome del Re<sup>8</sup>, che essendo stata Sua Maestà Siciliana informata dell'accaduto nella vigilia di S. Pietro, e riconoscendo che dalla solennità della pompa

---

<sup>2</sup> Aquaependen(tis) (Acquapendente) in Italia media. Clemens Maria Bardini OSB (1718-1790). Cf. Ritzler-Sefrin, HC VI, p. 92.

<sup>3</sup> Fei, vicesecretarius legationis Magni Ducis Tusci.

<sup>4</sup> Clemens XIV.

<sup>5</sup> Anno 1776: Ioannes Cornaro.

<sup>6</sup> Anno 1776: Josephus Moniño, comes Floridablanca (1728-1808), legatus Hispanicus Romae annis 1772-1776.

<sup>7</sup> Ioannes Potenziani (obiit a. 1775), gubernator Romae annis 1774-1775.

<sup>8</sup> Ferdinandus IV Burbon (1751-1825).

con cui si presenta la China<sup>9</sup>, nascono degl'incidenti che possono alterare la buona armonia che Sua Maestà vuole ad ogni costa coltivare con Sua Santità, perciò ordina che negl'anni avvenire si ometta ogni pubblicità, ogni pompa, ogni ambasciata, prendendosi cura di far pagare ai ministri camerali la stessa somma, che per divozione suo verso S. Pietro ha esso pagato altre volte, e i Re suoi predecessori. Io non faccio commenti alla fine malizia di questo dispettosissimo ritrovamento. Non so cosa faremo, ma il tempo ci darà consiglio.

L'incoronamento della Corilla<sup>10</sup> e le discordie degl'Arcadi<sup>11</sup> paiono oggetti da riso, ma non lo sono. La prima prostituisce l'onore della corona capitolina, i secondi distruggono l'unione d'un cetto che coltiva l'ingegno, ed apprende l'arte di scrivere e di parlare, tanto necessaria a Roma. E di tutto cuore mi rassegno. Addio.

#### N. 428

#### *Ioannes Lubiński ad Ioannem Andream Archetti*

Vinnicae, 20 VII 1776

*Narrat de militibus Russicis erga unitos crudelibus. Ipse vix mortem effugit. Quae res fiunt propter orthodoxum a paucis presbyteris unitis interfectum. Officialis legatos conventiculi Vinnicensis rogavit, ut unionem defenderent et adflictam condicionem presbyterum unitorum meliorem facerent. Nobiles protectionem unionis susceperunt et instructioni legatis datae intulerunt. Alterum postulatum non est approbatum.*

*Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 57r-58r.*

Excellentissime Ill.me Rev.me D.ne Domine Clementissime

Qumavis in anterioribus literis meis<sup>1</sup>, quae erant recognitionis et salutationis Excellentiae V.rae Ill.mae et Rev.mae a-primo exsolutivae<sup>a</sup> retulisse de speciali Ill.mi et Rev.mi D. Coadiutoris Metropolitanus Pastoris mei<sup>2</sup> dispositione, qua demandavit ut me conferrem ad Tractum Humanensem pro cognitione causae respectu subiectae mortis antesignani schiz-

<sup>9</sup> Equus albus, in quo quotannis tributum regni Neapolitani episcopo Romano tradebatur. Ipsa caerimonia tributi tradendi sic appellabatur. Qui mos, ad sollemnia SS. Petri et Pauli pertinens, anno 1788 omissus est et numquam postea restitutus.

<sup>10</sup> Maria Maddalena Morelli (1727-1800), poetria Italarum. Cf. *Atti della solenne coronazione fatta in Campidoglio della insigne poetessa D.na Maria Maddalena Morelli Fernandez Pistoiese tra gli Arcadi Corilla Olimpica*, Parma 1779, p. 10sqq.

<sup>11</sup> Accademia dell'Arcadia – academia litteraria Romana anno 1690 condita.

<sup>1</sup> Cf. N. 298.

<sup>2</sup> Ludovicus Leo Szeptycki.

maticorum apostatae, cum tamen multae obstarent difficultates, quarum aliae deterrebant ab itinerando, aliae prohibebant, aliae pronus non suadebant, propterea coactus eram licet impatientissime huiusque subsidere, donec aut per petita consilia, aut per mutandas circumstantias mitior obveniret ratio difficultatum. Nam primo, ea ipsa die, qua reversus fui ex Palatinatu Kijoviensi ad residentiam meam, inveni in eodem oppido fixae residentiae meae triginta milites Russicos, quorum primus nempe officialista illico venit ad me cum requisitione super reddenda Ecclesia mea non-unitis, alias minando quod habuerit in mandatis tractare me hostili modo: nihilo minus expositis ipsi per me rationibus, ac praesertim monstrato et explicato Mandato Sacrae Regis Maiestatis super eiusmodi negotio amanato mitius se gessit, recessitque et a sua pretensione et de domo mea; elapsis dein aliquot horis, milites sub regimine dicti officialistae existentes elevato clamore invaserunt residentiam meam, coeperuntque foris famulos meos concutere et habitum ex iisdem depilare: ad clamorem eiusmodi sedandum quum e domo mea exirem, et quatenus desisterent iidem milites a violentiis, rogarem, unus ex ipsis arrepto praegrandi baculo, tam periculose direxit ad caput meum, ut nisi unus ex adstantibus famulis meis eundem militem pro manibus arreptum contineret, defacto me [57v] exanimem relinqueret. Secundo, sequenti exposit die delatum mihi fuit, quod schismaticorum antesignani obtulerint acris castrensibus Vinnicensibus<sup>3</sup> copiam manifestationis respectu trucidationis antesignani schismaticorum Humanensis, acti per unitos presbyteros tyrannice effectuatam: quae copia quamvis non fuerint ad acra suscepta, quum tamen publice fuerit lectae, variisque personis exoticis et quidem insignibus ac ad negotium Religionis seu verius contra Religionem sese implicantibus, praesentata, praesertim demum cum eadem plena infernalis artiis et malitiae copia, me pro criminis motore insimularet et incusaret, dedit omnino cogitationi et timori locum, ne scilicet processus meus in tali negotio condiciendus, ac per manus Ill.mi D. Pastoris mei Varsaviam transmittendus imbecilli personae meae, aut conniventiae, aut saltim exceptibilitatis iudiciis, conati malevolorum inureret. Tertio, advenientes ad me hic inde presbyteri uniti referebant mihi procavebantque de coniuratione antesignanorum schismatis in vitam meam. Quatro demum deterrebant me a supra relatio itinere latronum turbae per hanc infelicem plagam dispersorum. Divina tamen gratia, alii sunt capti, alii vero propulsi. Ubi itaque praedictae circumstantiae difficultates, atque incutientes metum rationes (quas ad remanifestationem contra non unitos curavi inserere) tum per opposita anterioribus Generalis Russici de Szyrkow mandata, tum cura Magnatum praesentis Palatinatus fuerint immutatae, praecipue vero fultus consilio Magnatum sub tempus comitiorum die non pridem elapsa 15 praesentis Vinnicae celebratorum, illico me confero ad oppidum Humani pro cognitione toties enarrate causae.

---

<sup>3</sup> Winnica.

Sub actu comitiolorum, ex mandato Ill.mi D. Pa[58r]storis mei, qui per manus meas dedit literas ad Proceres huius Palatinatus, curavi quatenus insererentur puncta ad Instructionem Palatinatus pro Dominis Nuntiis ad Comitium Generalia electis, et quidem primo: ut scilicet manuteneant negotium S. Unionis. Secundo, ut curent contra apostatas a S. Unione effectuari paenalitates praesertim per Tractatum 1768 anni contra eosdem determinatas. Tertio respectu manutendorum praesbyterorum unitorum circa libertates et immunitates Ecclesiasticas, praesertim cum multi sint DD. Patroni Ecclesiarum, qui opprimunt miserum clerum unitum de proprio alioquin manuum labore vitae rationem quaerentem: nam et decimas apiarias extorquent, et alias inferunt molestias, de quibus tam Ill.mum D. Pastorem meum quam D. Lewinski<sup>4</sup> negotiis cleri invigilantem, abunde informavi. Prima itaque duo puncta libenter acceptavit integer Palatinatus, contra vero tertium, multi erant, qui suas opposuerunt rationes. Eapropter nomine totius miseri cleri uniti audeo invocare Protectionalem Auctoritatem Excellentiae V.rae Ill.mae Rev.mae, ac interim provolutus ad plantas maneo cum profundissima veneratione.

Excell.mae Ill.mae et Rev.mae Dominationis V.rae

infimus servus

I.[oannes] Lubinski Officialis Braclaviensis mpp

20 Iulii 1776, Vinnicae.

<sup>a-a</sup>transcriptio incerta

## N. 429

*Ioannes Andreas Archetti ad Gabrielem Podoski*

*Varsaviae, 20 VII 1776*

*Gratias agit pro epistula, rogat, ut saepius ad se scribat, bonam valetudinem optat.*

*Reg.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 83 f. 217r-v.*

A dì 20 Luglio 1776.

A Mons. Primate di Polonia.

Vostra Altezza vien di recarmi un contento incredibile co' suoi pregiatissimi caratteri<sup>1</sup>, ne' quali principalmente confesso di aver letto con particolar piacere la [217v] bona opinione che per sua somma bontà si com-

<sup>4</sup> Stephanus Lewiński.

<sup>1</sup> N. 373.

piace di aver di me, e l'ottima disposizione d'animo che sempre mantiene e conserva verso la Santa Sede e gl'immediati rappresentanti di Sua Santità. Col mettere il primo piede in questo Regno io mi ero lusingato di potere in ogni tempo godere della sua presenza, ed avere da Vostra Altezza in ogni scabroso incontro pronto consiglio e forte sostegno. Vostra Altezza ben vede in quale discapito si trovano queste mie speranze, ma se oltre la sua lontananza Vostra Altezza non si degnerà di tanto in tanto di onorarmi di qualche suo comando, mi dorrò altamente che Vostra Altezza non si curi di ricompensarmi di quella perfetta stima e di quel sincero cordialissimo impegno che le professo. Desidero che Vostra Altezza diligentemente attenda a ristabilirsi e rimettersi in forze per poterle poi impiegare a pro dell'afflitta sua Patria, e maggior vantaggio e difesa della Cattolica Religione, e pregandole incessantemente da Dio che gli piaccia di renderla e conservarla per longhissimo tempo una prospera e stabil salute, col più profondo etc.

#### N. 430

#### *Florianus Amandus Janowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Tynecii, 20 VII 1776*

*Tractat de vicissitudine capitulorum provincialium et generalium in ordine benedictinorum.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 128 f. 306r-v. Ascriptum in 306r: recepta die 23 Iulii 1776.*

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Protector Gratosissime

Prima haec se offert occasio, qua et erga mandata Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae me obsequentissimum exhibere cupio et circa Initia Apostolicae in Regno Poloniae et M.D. Lithuaniae Legationis (quae a Deo Ter Optimo Maximo quam faustissima apprecor) me gratus ac amplissimae Protectioni Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae insinuando peropto.

Idecirco pro debita erga mandata Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae observantia, ad literam Illius ad me gratosissime directam reverentissime respondeo.

Rev.mus Abbas Trocensis<sup>1</sup>, iuxtam quidem petitionem suam Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae exposuit, quatenus Capitulum Nostrum particulare Tynecense simul eodem anno cum Capitulo Generali totius Con-

<sup>1</sup> B. Fałęcki, abbas benedictinus in Trocis Antiquis. Cf. N. 332.

gregationis coincadat, propter evitanda illa tam viarum quam negotiorum incommoda, quae in sua petitione aperuit, nec ex tali prorogatione Capituli, quidquam praeiudicii Monasterio meo oriri potest, quinimo maior subsequeretur [306v] facilitas tam Rev.mo dicto Abbati quam et Monachis uti Filiis Monasterii Tynecensis perveniendi ad Capitula Nostra triennalia, sed quia sero nimis hanc suam petitionem Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae exposuit, cum iam bene inchoatum fuerit Nostrum Capitulum, antequam literae Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae ad me pervenerint, nec visum fuit post subsecutos resignationes officiorum discontinuare huic Capitulum, idcirco saltem pro futuris temporibus non incongruum erit, ut interveniente autoritate Ill.mae et Rev.mae Excellentiae V.rae tempus Capitulis Nostris Triennalibus idem cum Capitulo Generali praefigatur, ita enim et iustae petitioni dicti Reverendissimi Abbatis Trocensis satisfiet, et omnibus inde emergentibus incommodis obviabitur. Iam gratiosissime una cum meo Coenobio insinuando me benevolentiae ac protectioni, maneo cum profundissima veneratione. Ill.mae et Reverendissimae Excellentiae V.rae Domini Protectoris Gratosissimi

<sup>a</sup>Tynecii, 1776, die 20 Iulii

Humillimus et Obedientissimus Servus  
 Flor.[ianus] Amandus Janowski O.[rdinis] S.[ancti] Ben.[edicti]  
 Abbas Tyn.[ecensis] mpp<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *manu propria*

## N. 431

### *Michaël Soltyk ad Ioannem Andream Archetti*

*Cracoviae, 21 VII 1776*

*Tractat de visitatione monasterii Cracoviensis Sanctae Hedvigis quibusdam difficultatibus impedita.*

*Autogr.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 129r-v. Ascriptum in 129r: ricevuta die 23 Iulii 1776.

Eccellenza,

Prima di incominciar a parlar del affare, credo che è del mio dovere di rivocare la memoria del honore, che ho avuto d'esser conosciuto e trattato da V.ra Eccellenze in tempo del mio soggiorno a Roma, spero che anche in queste parti non mi ricuserà la sua bontà.

Volevo soddisfare le intenzioni di V.ra Eccellenze nella visita di Santa Hedvige<sup>1</sup> e per questo fine ho sottoscritto le innotescenziali, mi suono [sic!] portato nel luogo, e nel atto d'incominciar la visita suono intervenute le opposizioni, tanto della parte della giurisdizione ordinaria come della parte del Preposito del luogo<sup>2</sup>, ambe due le parti hanno provato, che la chiesa di S.ta Hedvige è un hospedale e non il convento, ed in quel caso devo credere che non è intenzione della Santa Sede di voler visitare la chiesa Hospedale, secondo il tenore del Breve Pontificio, nel quale si prescrive che si deve visitare il convento e la comunità, ed in questo luogo non si trova né uno né l'altro.

Questi dunque motivi m'anno obbligato di non ritornar [129v] più nel detto luogo ed informare V.ra Eccellenze della realtà del fatto, il quale meterà [sic!] in chiaro il foglio separato con altre scritture qui aggiunte.

Pieno del dovuto rispetto mi rassegno.

Di V.ra Eccellenza

Humilissimo e devotissimo Servo  
M.[ichael] Sołtyk Primicerio di Cracovia

Cracovia, 21 Luglio 1776.

#### N. 432

#### *Petrus Laschi ad Ioannem Andream Archetti*

*Brunsberegae, 22 VII 1776*

*Tractat de collegii rebus nummariis. Rogat dispensationem ab aetate ad sacra sacerdotalia accipienda idonea.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 25r-26r. Ascriptum manu Archetti in 25r: R. 30 Iulii 1776.*

Ill.me, Excellentissime, ac Rev.me D.ne, D.ne Protector Clementissime  
Siquidem via Amstelodamiensis, de qua nuper scripsi<sup>1</sup> Suae Excellentiae, ad permutandam methodum pecuniarum, pro sustentandis alumnis Brunsberegensibus<sup>2</sup> periculosa apparet, et S. Congregatio, ut Sua Excellentia existimat, non tam facile ad illam amplectendam descendet, saniori eius

---

<sup>1</sup> Conventus Sanctae Hedvigis in Cracovia-Stradomia provinciae Poloniae Minoris Templariorum, cf. Litak, p. 403.

<sup>2</sup> Martinus Żuchowski.

<sup>1</sup> Cf. N. 270.

<sup>2</sup> Brausberga (Braniewo).

iudicio totum hocce negotium pertractandum relinquo. Mihi quidem nihil optatius accidisset, quam si illud ex animi mei sententia expediri potuisset. Putabam enim plurimas pecuniarum summas, quae Roma mittuntur pro alendis alumnis, per Holandiam deportari in has oras septentrionales. Quod si ita esset, posset Camera Apostolica consueta stipendia alumnatui Brunsbergensi provide assignata, per quempiam deponere Amstelodami apud Dominum Ioannem Karsseboom (nomen hoc est mercatori Amstelodamiensis, de quo Sua Excellentia scire desideravit) quocum Domino Oestreich Mercatori Brunsbergensi commercium intercedit. Repeteret hic D. Oestreich pro locatis a Camera Apostolica pecuniis a suprposito mercatore merces sibi necessarias ex Holandia, mihi vero pensionem cuiuslibet trimestris, quocumque placeret tempore, Brunsbergae redderet. Unum dumtaxat scutum Romanum exigit a centenario ducatorum aureorum. Multum sane emolumentum oeconomia Collegii Pontificii hoc pacto accederet, nam cum illud nullos agros, nullos fundos possideat, sed ex solitis pensionibus sustentetur, domi praesto semper essent paratae pecuniae, quibus provisiones necessariae opportune, priusquam pretium annonae ingravescat, comparari possent, ne ascendente dico pretio, ad maiora dispendia cogatur. [25v] Utinam pro consuetis pensionibus certa methodus constituitur. Con-sueverat Excellentissimus Dominus Antecessor Suae Excellentiae certam pecuniae summam reddere Domino Le Blanc<sup>3</sup> Mercatori Varsaviensi, qui literas cambii dirigere solitus erat Regiomontum<sup>4</sup> ad Mercatorem Cabrit, ut mihi totidem persolvat. Sed quoniam solito plus is exigit in usuram cambii (exemplo enim esse potest summa 132, quam reduxit ad summam 129  $\frac{1}{2}$ , retentis 2 et 369 florenis pruteniis) paciscendum potius foret cum Domino Tepper Varsaviensi Campsore, qui ut arbitror centesimam dumtaxat partem detrahet a centenario. Pro trimestri tertio, quod modo decurrit, percepi a Sua Excellentia 97, restant ad complementum integrae pensionis, ut videlicet summa 218 absolvatur, mittendi a Sua Excellentia 121 et scutum unum. Hos, enixissime oro, velit Sua Excellentia suprposito Domino Tepper compensare, is vero literas cambii sui diriget Elbingam<sup>5</sup> ad Dominum Roofs et Praetonus Mercatores Elbingenses, a quibus praedictam summam aureorum 121 – 1 scuti reperta, si nihil datum fuerit in usuram cambii Varsaviae, solvam Elbingae. Quaenam opportunior ratio, ac via tutior sit, qua consueta stipendia ad me perferantur, haud video. Longe compendiosior est via Elbingensis quam Regiomontana, cum Elbinga nonnisi 5 milliariibus distet Brunsberga Regiomontum vero 10, quocirca opus non erit tot impensas facere in viam. Iterum iterque oro Sua Excellentiam,

---

<sup>3</sup> Petrus Blank.

<sup>4</sup> Regiomontium Borussiae, Królewiec.

<sup>5</sup> Elbinga, cf. SGKP II, p. 326sq.

ut mature dictae summae apocha aut ad me Brunsbergam, aut ad supra-positos mercatores Roofs et Praetorius Elbingam dingatur, etenim finita messe, cum in horrea consueverint fruges, longe meliori pretio frumentum et aliae segetes in his partibus coemuntur. [26r] Supplicat Suae Excellentiae Ecclesia Gemlicensis<sup>6</sup> in Dioecesi Cuiavieni<sup>7</sup> destituta operariis, adiutor ut quantocius ei designetur, determinavi Rev.dum Petrum Kielman qui iam theologicos cursus absolvit. Sed quoniam is annum aetatis 23tium, die 10 Augusti 1776, primum decurret, gratiae erit Suae Excellentiae cum ipso super aetate dispensare in ordine ad suscipiendum Sacrum Presbyteratus ordinem, ad quem ei deest unus annus cum aliquot diebus.

Eodem tempore, quo hanc epistolam ad Suam Excellentiam scribo, Rev.dus Dominus Cichowski<sup>8</sup> obtulit Alumnatus 8 1/2, est is Secretarius Rev.mi Capituli Varmiensis, petitque, ut totidem Romae compensetur a Camera Apostolica Domino Cioffani Serenissimi Regis Borussiae Agenti. Praedictos aureos 8 1/2 nondum recepi a R.D. Cichowski, donec mihi constet de voluntate Suae Excellentiae. Si id concedit Sua Excellentia, ut concessit aliquoties Excellentissimus Antecessor, mittenda erit apocha a Domino Tepper pro aureis dumtaxat 113, dico centum et tredecim.

Commendo me supplicissime gratiae, benevolentiae, et protectioni.

Ill.mi etc. Protectoris Clementissimi Servus deditissimus

Petrus Laschki mpp.

Brunsberegae 1776, die 22 Iulii.

### N. 433

#### *Euthymius Müller ad Ioannem Andream Archetti*

*Petropoli, 22 VII 1776*

*Tractat de fortuna catholicorum Rigensium et laudat patrem Pozorski. Negat eum lingua Polona loqui non posse. Defendit patrem Quednau, qui iniuste accusatus est.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 105 f. 123r-v. Ascriptum in 123r: recepta die 14 Augusti 1776.*

Rev.me, Ill.me ac Excellentissime D.ne D.ne Gratosissime

Gratosissimas Excell.mae Dnationis V.rae de dato 3 Iulii anni currentis<sup>1</sup> rite quidem sed sero accepi, et quidem postquam iam Pater Andreas

<sup>6</sup> Giealice, cf. SGKP II, p. 556.

<sup>7</sup> Cuiavien(sis) seu Vladislavien(sis) (Vladislavia), cf. Ritzler-Sefrin, HC VI, p. 188, 444.

<sup>8</sup> Ioannes Nepomucenus Cichowski (1745-1816), canonicus Varmiensis.

<sup>1</sup> Cf. N. 357.

Posorskij<sup>2</sup> Rigam versus praecurrierat, hinc gratiose mandata ratione huius patris exequi haud potui, ab isto Patre iam Riga habui litteras quaerelis plenas contra confratres quos ibi invenit, omnes volunt fieri superiores scire illorum meritis, de qualitatibus nil mihi constat, hoc solum rescio Patrum Andream, qui per septem annos in deserto Astracano<sup>3</sup> meus subditus fuit, esse virum per omnia probatum meritis plenum, et superioratu dignissimum, ipsum habere omnes qualitates pro subeundo hoc munere, <sup>a</sup>in tantum etiam calet linguam Polonicam, ut confessiones Polonorum excipere valeat, sicuti et multorum iam exceptit<sup>a</sup>. Scripsi etiam iam hodie desuper ad sacram congregationem ut et ipsa respiciat merita, certo virtus requiritur satis magna in homine qui diu die noctuque in periculis maximis laboravit in vinea Domini, et dein videt, quod neophyti<sup>b</sup> ipsis posthabitis ad honores assumantur. Prius seminandum in lachrymis, dein in exultatione metendum. Commendo ergo hunc virum apostolicum gratiose patrocinio Excell.mae Dominationis V.rae.

Adhuc unum est, quod humillime notifico, nempe R.P. Adalbertum Quednau<sup>4</sup> Petropolim ad me venisse. Referens, quod iniuste accusatus fuerit apud Excellentissimum Antecessorem V.rum, et quod inauditus nunquam quaesitus aut examinatus fuerit dimissus a Missione Rigensi, et cum fama fit altioris<sup>b</sup> ordinis, quam perdere non velit, hinc recursum fecit ad me tanquam ad superiorem suum immediatum, coram quo se defendere velit, <sup>a</sup>hunc ergo hominem, ne aliquid deterius contingat, benigne ac fraterne recepi, et promisi, quod illum, quantum vires meae se extendunt, iuvare velim<sup>a</sup>, hinc et hunc pauperem derelictum recomendo gratis receptis ne desperat, et ne pereat, nam sibi timet, si taliter ad Provinciam Suam [123v] reverterit. Haec sunt, quae Excell.mae Dominationis V.rae humillime notificare volui. Me interim et nostram domum missionis gratiosissimis patrociniiis comendo, ut pro nobis eandem gratiam habere non dedignetur, qua frui licuit sub Antecessore V.ro qratiosissimo, ego vero<sup>b</sup> sum et emorior.

V.rae Rev.mae, Ill.mae ac Excel.mae Dominationis

Devotissimus Subditus  
Fr Euthymius Müller, Superior

Petropoli, 22 Iulii 1776.

<sup>a</sup>*fragmentum allatum in:* Reinhold, [1] p. 181, 190

<sup>b</sup>*transcriptio verisimilis*

<sup>2</sup> Andreas Pozorski.

<sup>3</sup> Astracania, oppidum in Russia ad Volga flumen situm.

<sup>4</sup> Adalbertus Quednau (Provincia Reformatorem Prussiae), missionarius in Russia annis 1772-1777, cf. Reinhold, [1] p. 189-190.

*Paschasius Leszyński ad Ioannem Andream Archetti**Vilnae, 22 VII 1776**Gratias agit pro epistulis nuntii, qui dispensationes varias alumnis dedit. Tractat de variis rebus ad collegium alumnosque pertinentibus.**Autogr.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 9 f. 373r-v. Ascriptum manu Archetti in 373r: R. 2 Augusti 1776.*

Ill.me Excellentissime et Rev.me D.ne D.ne Padrone et Protector Amplissime

Quemadmodum iucundissima mihi sunt mandata Ill.mae Excellentiae V.rae, ita exequi eadem primae obligationis meae esse, semper existimo. Eapropter, quam pervenit ad me Sua Benignissima de duobus Alumnis, Szulakiewicz et Bahrynowski dispositio<sup>1</sup>, quatenus iisdem egredi ad visitandos consanguineosmitterem, illico idipsum illis annuntiavi, et quemadmodum leges huius collegii patiuntur, ac longa retro consuetudo adprobavit, veniam impertitus sum, iis dumtaxat adiectis conditionibus, quas Excellentia V.ra Ill.ma apponi, litteris suis demandavit.

Simili promptitudine novis Excellentiae V.rae Ill.mae mandatis respondeo, cum de Alumno Meleniewski pro Dioecesi Kioviensi iurato, quem Excellentissimus Russiae Metropolita<sup>2</sup> ad obsequia sua adaptare optat, haec defero, quod aequae et Constitutiones Collegii istius, alumnos, etiam non absolutis totaliter studiis, dimitti posse patiantur, et recentissima, ut plura alia omittam, in duobus Alumnis, Sawicz nimirum, et Bohdanowicz, ambobus pro Dioecesi Metropolitana Lithuana iuratis, exempla probant. Alter enim illorum ante biennium, cum studii theologici annum primum ageret, alter vero, cum secundum inchoasset, consentiente ad preces pro dimissione Excellentissime Predecessore Suo, e Collegio abscesserunt. Unica dumtaxat ex parte dimittendorum non consummatis studiis obligatio est, ut ad id veniam ab Excellentissimis [373v] Nuntiis Apostolicis obtineant; ex parte vero Collegii praescripta consuetudo, quod ita dimittendis, expeditionis vestes non subministret, quemadmodum id a PP. Societatis olim Iesu intra consuetudines notatum, continuaque praxi observatum legere est.

Iam, quod ad mores et Profectum in Doctrinis dicti D. Meleniewski atinet, diffiteri neques eundem in studiis optime profecisse, atque etiamnum

---

<sup>1</sup> Cf. N. 358.

<sup>2</sup> Felicianus Wołodkowicz.

alacrem ad eadem animum gerere; quamvis in moribus id notaverim, quod erga Rectores semper asper fuerit, et in quaerendis delicatioribus commoditatibus ultra, quam sumptus ferre possunt, etiam cum molestia Rectoris saepe exarserit. Caeterum nihil illi deesse videtur, quod non bonam de eodem spem polliceatur.

D. Woszczełowicz ulteriorem moram penes parentem suum, lethaliter, prout ad me quoque scribit, decumbentem concedere possum eousque, quo usque non reassumentur studia, a quibus utique continuandis non defuturum eundem, diligentia illius mihi perspecta sperare iubet.

Et haec sunt, penes quae commendans me Praestantissimae Benevolentiae Suae, cum devotissimo Sacrae Dexteræ osculo maneo.

Ill.mae Excellentiae V.rae

Humillimus et obsequentissimus Servus  
P.[aschasius] Leszyński <sup>a</sup>-O.S.B.M. R.C.V.<sup>a</sup>

Vilnae, 22 Iulii 1776.

<sup>a-a</sup>Ordinis Sancti Basilii Magni Rector Collegii Vilnensis

#### N. 435

#### *Ignatius Massalski ad Ioannem Andream Archetti*

Vilnae, 22 VII 1776

*Gratias agit nuntio pro epistula. Commorationem in Polonia fructuosam optat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 147 f. 501r. Ascriptum manu Archetti: Rc. 30 Iulii.*

Die 22 Iulii 1776. Vilnae.

Ill.me ac Rev.me D.ne P.ne Obs.me

Literas Dominationis V.rae Ill.mae ac Rev.mae die 6ta Mai anni currentis ad me directas<sup>1</sup> nuper primum recepi. Longiquum iter quo detinebar morae causa fuit quominus meam erga Ill.mam ac Rev.mam Dominationem V.ram observantiam atque ad obsequia promptitudinem exhiberem. Id praesentibus expleo tanto lubentius quod et meam de Ill.ma ac Rev.ma Dominatione V.ra optimam existimationem manifestare, et eius me singulari benevolentiae committere, et Mihi atque Ecclesiae Polonae tantum virum gratulari simul contingat. Facit Deus O.M. ut Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae nostrum in Regnum adventus optatos publicae felicitatis producat fructus quos pro eius eximia sapientia, prudentia, ac pietate

<sup>1</sup> Cf. N. 159.

sperare licet. Interim nihil pretermittam quod ad exequenda Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae sapientissima concilia opportunum esse iudicabo, prout decet eum qui cum singulari estimatione se esse profitetur.

<sup>a</sup>-Ill.mae Excell.mae Rev.mae Dominationis V.rae

Addictissimus et humillimus servus  
Ignatius Princeps Massalski  
Episcopus Vilmensis<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> manu propria

### N. 436

#### *Paulus ad Ioannem Andream Archetti*

Vigri, 24 VII 1776

*Pecunia ad debitum a camedulis Vigrensibus solvendum necessaria non est collecta. Itaque prior tempore iusto Varsaviam non veniet. Comitia proxima monachis inimica futura esse videntur.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 125 f. 344r-v.*

Ill.me ac Rev.me D.ne D.ne Clementissime

Quamvis in praefixo et iam appropinquante termino nullatenus personaliter sistere me possum Varsaviae, idcirco saltem per literas terminum huiusmodi praevengo, notumque negotium Vigrense gratiosissime eius curae et sollicitudini (quam bene perspectam habeo) recomendo. Attamen ne retardationem adventus mei Varsaviam Ill.ma et R.ma Dominatio vertat mihi in culpam, causam huius morae exponere non praetermitto. Notum est optime Ill.mae et Rev.mae Dominatione V.rae quod tota res negotii Vigrensis pendeat a pecunia, eius vero acquisitio seu accommodatio, adeo est mihi his temporibus difficillima, ut percursis huc illuc circiter centum leucis, vix aliquam partem necessariae summae non sine magnis cautionibus acquisiverim, omnes enim magnates a quibus mutuo pecuniam accipere tentavi excusabant se nolle suas summas pecuniarias periculo exponere, ex eo: quod publice asseritur fere ab omnibus in futuris comitiis generalibus Regni statuendam bonis, et pensione pro iis assignanda. Rumor hic, quam maxime nobis est metuendus, et cum summa Serenissimo Regi tradenda, quam cautissime procedendum, ne tandem (quod deus avertat) impensa tam notabili summa, negotium Vigrense suo defraudetur effectu, nec exinde tum Eremus Vigrensis tum eius creditores suum perperam amissum deplorent peculium. Non esset quidem mihi necessarium tam longum insumere tempus in accomodationem summae, si Illustris

Magnificus Referendarius Magni Ducati Lithuaniae<sup>1</sup> stetisset verbo, nam antequam discesseram Varsavia [344v] oretenus appromiserat mihi acomodare ultionis Iulii summam 2000 m. aureorum Hungaricalium, sed quoniam R.P. Procurator Eremi Varsaviensis notificavit A.R. Patri Vicario Generali in Eremo Vigrensi commoranti, quod idem Illustris Magnificus Referendarius revocavit verbum mihi datum, nunc maiori indigens summa, longiore ad procurandam eam indigeo tempore, non aliam tamen huius irrealitatis in praedicto Illustri Magnifico Referendario infero mihi causam, quam illum metum, quo caeteri omnes afficiuntur, videlicet de fatali lege futura contra spirituales. Verumtamen non attentis his omnibus, omni possibili modo reliquam summam curabo, eamque primis diebus augusti Varsaviam mecum adferam, totumque negotium una cum illa, perspicacissimae prudentiae Excellentissimi Domini Nuntii, ac gratiosissimae cooperationi Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae commendabo, prout et modo humillime commendo, meque ipsum ad Plantas reponens maneo cum profundissimo venerationis cultu.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae

Domini mei Clementissimi humillimum scabellum  
D. Paulus <sup>a</sup>ECMC P.V.<sup>-a</sup> mpp

Ex Eremo Vigrensi, die 24 Iulii 1776.

<sup>a-a</sup>Eremita Camaldolense Montis Coronae Prior Vigrensis

## N. 437

### *Innocentius Mszanecki ad Ioannem Andream Archetti*

*Luceoriae, 24 VII 1776*

*Rogat, ut dispensetur a regulis monasterialibus atque ut munus secretarii generalis basilianorum ante tempus iustum intermittere sibi liceat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 128 f. 39r-v. Manu Archetti ascriptum in 39r: R. 31 Iulii 1776.*

Ill.me Excell.me et Rev.me D.ne Patrone Colend.me

Cum lege in capitulo nostro generali novissime cautum sit, ne officialibus ordinis ante lapsum turni suis officiis renuntiare liceat, ego vero munus secretarii generalis quo fungor, ob infirmam valetudinem multum

---

<sup>1</sup> Fridericus Iosephus Moszyński (1738-1817), referendarius laicus annis 1773-1781.

mihi esse grave sentiam. Ill.mam Excellentiam et Rev.mam Dominationem V.ram supplex exoro, quatenus de potestate sibi facta a S. Congregatione de Propaganda Fide cui alias supplicavi, huius modi obligatione, ut integrum mihi sit officium deponere dispensare mecum dignetur, idque antequam Capitulum Provinciae Lituanae die 27 Septembris inchoandum peractum fuerit, ubi dispositiones personales formabuntur aliusque in locum mei secretarius eligendus erit. [39v] In cuius gratiae ab Excellentia V.ra mihi prestanda expectatione cum ea quae S. Sedis Ministro debetur observantia circa osculum S. Eius Dexteræ maneo.

Ill.mae Excell.mae et Rev.mae Dominationis V.rae

humillimus servus

Innocentius Mszanecki Ord. S. Basilii Magni  
Congr.[egationis] Ruthenae Secretarius

Dat. Luceoriae 24 Iulii 1776.

#### N. 438

*Nicolaus Wybranowski ad Ioannem Andream Archetti*

*Lublino, 24 VII 1776*

*Rogat, ut Melchiori Mężeński, cognato suo, franciscanis observantibus provinciae Poloniae Minoris discordi ad aliam ordinis provinciam transire liceat.*

*Or.: AV, Arch. Nunz. Varsavia 146 f. 130r-131r. Ascriptum in 130r: ricevuta 27 luglio 1776.*

JMJ. Lublino 24 Luglio 1776.

Eccellenza,

In risparmio o più tosto in difetto dell'espressioni le più sincere d'una riconoscenza la più squisita, dimostrar la quale alla bontà del cuore di V.ra Eccellenza Rev.ma mi sarebbe duopo, supplica lo stesso confessar quella pienamente ricevuta sodisfazione, della quale mi lusingavo, mentre che ella à preso le parti non solamente della authorità di S. Nonziatura, contro la quale attentarono insolentemente i Riformati, ma proteggendo anche l'innocenza e la pace del mio cugino il P. Melchiore Mezenski.

Non dubito punto che quei frati s'affatigassero nel scusar i loro falli davanti a V.ra Eccellenza Rev.ma, ma son certo anche di ciò, che lungi di quella verità evangelica, professando al suo solito più tosto una goffa politica, adoperassero le bugie e falsità nere in pruova della loro causa, e delle accuse contro il P. Melchiore. Ciò che V.ra Eccellenza potrà facilmente discernere dal modo loro di procedere ultimamente con detto Padre, il quale

Per la prima proporrei, che in ogni caso di controversie di tal genere si facesse una commissione mista di pari numero di ecclesiastici e secolari, quelli da nominarsi dal Nunzio, e questi dal Re. Nello stesso concordato è prescritto, che per la divisione delle mense nelle badie, dichiarate di regia nomina, convengano insieme i commissari deputati dal Re con quelli nominati dal Nunzio, e in casu discordiae, Nunzio Apostolico facultas reservatur decidendi easdem controversias. [3v] Per la seconda poi, quantunque i conventi, che non hanno prelati o superiori perpetui, non possano giammai cadere nella categoria del gius praesentandi o nominandi, ciò non ostante rimangono tuttavia molti monasteri Basiliani che non sono attualmente badie e che si vuol pretendere che lo fossero in tempo antico, volendosi così risuscitarne il titolo e aggiudicarle con un nuovo e ulteriore supposto alla nomina del Re. La dieta del 1768 dichiarò tali cinque monasteri Basiliani, e alcuni benefici regolari ch'erano sempre stati a libera elezione o a collazione pontificia. Attualmente pende la causa del monastero Basiliano di Vilna, che è di gran conseguenza per l'Ordine, onde sarebbe bene che ogni controversia sui monasteri Basiliani venisse sopita e recisa in occasione di un nuovo indulto, che la Santità di Nostro Signore sia per accordare al Re.

In qualunque modo però, se riuscisse di stabilire per ogni controversia di tal genere una commissione mista, potremmo almeno assicurarlo che la Repubblica non si arrogasse più da se stessa un giudizio definitivo ad ogni suggestione e sorpresa, che dagli ecclesiastici ambiziosi siano per farlesi alla sordina in ogni dieta avvenire.

## A. 8

*Pius VI Pontifex Maximus ad Stanislaum Augustum Poniatowski**Romae, 6 VII 1776*

*Rogat, ut ordo basilianorum protegatur, praecipue autem monasterium Bytinnense. Rogat, ut omnes ordines curet.*

*Reg.:* AV, Ep. ad Princ. 176 f. 102v-104r.

*Cop.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 19 f. 507r-v. *Nomen subscriptum:* Benedictus Stay.

*Cop.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 19 f. 3r-5r.

*Ed.:* Documenta, p. 247-248.

Carissimo in Christo Filio Nostro Stanislaio Augusto Poloniae Regi Illustri

Pius Papa VI

Carissime in Christo Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. Inter plurima detrimenta, quae rebus Catholicorum in istis regionibus quotidie pene inferri Nobis renunciatur, singularem sane molestiam nobis attulit calamitosus status, in quo versari istam Congregationem Ruthenorum Ordinis Basilii Magni, et praesertim Monasterium Bitinnense<sup>1</sup> scimus. Nam ob plures controversias a nonunitiorum potentia hoc tempore excitatas eandem Congregationem, et insigne hoc Lithuanae Provinciae monasterium periclitari de antiquissimis suis iuribus amittendis intelligimus, ac nisi valide atque opportune iisdem subventum fuerit, omnibus fere fundis, ac [103r] plurimis monasterii brevi privatum iri magnopere veremur. In metu, ac dolore hoc Nostro maxime quidem Nos sublevat egregia Nobisque perspectissima Tua virtus, Carissime in Christo Fili Noster, neque enim dubitamus pro summo tuo in religionem studio proque eo patrocinii erga Ecclesiam munere, quod una cum regia dignitate assumpsisti, quin in hoc illius Congregationis ac monasterii discrimine iisdem spe ac praesidio Tuo sis omnino affuturus. Tamen Apostolici Nostri officii esse duximus, ut signa studii huius Tui atque alacritatis in subsidio afferendo. precibus etiam nostris fieri possit accessio, easdem enixe, uti facimus, adiungeremus, et Maiestatem Tuam sua sponte egregie animatam ac flagrantem Nostra etiam flagitatione excitaremus. Quapropter quam maxime possumus a Te petimus, Teque obsecramus, ut optime meritum de Catholica Religione Ordinem, eiusque iura Tua potestate ac patrocimotuearis, neque sinere velis, ut in oppugnanda Congregatione Basiliana sub peculiari tutela Tua posita, cuiuspiam vis plus possit, [103v] quam

---

<sup>1</sup> Byteń.

Tua regia auctoritas in defendenda. Statim ac in fide, et clientela Tua esse illum Ordinem, Teque illius defensorem ac patronum (quod a Te valde exposcimus) declaraveris, reque ipsa praestiteris non solum incolumem hunc ipsum Ordinem, eiusque iura sarta ac tecta Te redditurum, sed etiam aliorum Sacrorum Ordinum, ac templorum incolumitati mirifice esse consulturum confidimus. Ut enim impetus nunc in Basilianos suscepti, si semel adversariis procederent alacriores eosdem efficerent ad alios pari spe invadendos suisque possessionibus evertendos Ordines, ita cum validissime reprimi suos conatus sentient a ceteris Ordinibus aggrediendis, ac templis Catholicorum adoriendis fient tardiores. Quare unius Congregationis S. Basilii ac monasterii Bitinensis defensione, et Ordinem Tibi addictissimum, et bonos omnes ad meliorem rerum suarum spem, ac tranquillitatem adduxeris, ac proinde singulari beneficio, ac laetitia affeceris. Hos etiam mirum in modum, Carissime in Christo [104r] Fili noster, una devinxis. Quidquid enim commodi atque utilitatis ex Regio patrocínio Tuo in Congregationem Basilianorum et in reliquos Ordines redundaverit, id omne tamquam in Nos ipsos a Te esse collatum reputaturos profiteamur. Interim Pontificii ac paterni in Te amoris pignus, et celestis gratiae auspiciem Apostolicam Benedictionem Regiae Maiestati Tuae amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem. Sub Annulo Piscatoris, die VI Iulii MDCCLXXVI. Pontificatus Nostri Anno secundo.

## A. 9

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Michaellem Georgium Poniatowski*

*Romae, 6 VII 1776*

*Rogat, ut ordo basilianorum protegatur, praecipue autem monasterium Bytinense. Rogat, ut omnes ordines curet. Rogat quoque, ut in ea re agenda a rege Polonorum adiuvetur.*

*Reg.:* AV, Ep. ad Princ. 176 f. 104r-105v.

*Cop.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 19 f. 7r-8v.

*Cop.:* AV, Arch. Nunz. Varsavia 125 f. 63r. *Nomen subscriptum:* Benedictus Stay.

*Ed.:* Documenta, p. 248-249.

Venerabili Fratri Michaeli Episcopo Plocensi

Pius Papa VI

Venerabilis Frater salutem et Apostolicam Benedictionem. Molestiam ac metum a nobis perceptum ex controversiis ac litibus a nonunitorum potentia in istam Congregationem Ruthenorum Ordinis S. Basilii Magni, ac praesertim in insigne [104v] eiusdem Bitinense monasterium illatis, fere

omnem Nobis ademit spes patrocini, ac tutelae, quam eidem Congregationi minime defuturam scimus nec a carissimo in Christo Filio Nostro Stanislao Augusto, Poloniae Regi Illustri, germano Fratre Tuo, nec a Te ipso, Venerabilis Frater, in quorum praecipua fide et clientela est posita et tutissimam proinde fore confidimus. Nihilominus ad Maiestatem Suam Nostras litteras dedimus<sup>1</sup>, eique defensionem ac incolumitatem illius Congregationis ac monasterii, quam maxime potuimus, commendavimus. Ad Fraternitatem Tuam has dare item litteras propterea voluimus, neque solum ut Tibi ipsi hunc praeclare de Ecclesia meritum Ordinem commendaremus, verum etiam, ut Tua apud Fratrem Regem gratia Nostram apud illum commendationem validiorem redderemus. Quare id a Te, Venerabilis Frater, quantum possumus flagitamus, ac petimus, ut et Tua omni opera, industria, [105r] auctoritate enitare, et contendas, ut sarta tecta iura, ac possessiones Basilianorum Congregationi in hoc gravissimo discrimine praestes, et Maiestatem Suam ad parem auxilii ferendi voluntatem impellas. Nulla sane Episcopali Tuo ministerio convenientior res esse possit, nulla perspectissimae Tuae pietati, Tuoque singulari in Ecclesiam studio accommodatior. Defensione hac suscepta non-unitorum impetus sumopere retardabis et repelles, et ne alios Ordines ac ecclesiarum possessiones adoriri conentur, facile comprimes. Quo egregio facto Tuo pacem ac tranquillitatem, et Basilianorum Congregationi, et ceteris item Sacris Ordinibus ac templis ab Te restitutam esse laetari, ac in Domino gloriari poteris. De Nobis certe singularem in modum Te bene esse meritum hac eximia Tua opera existimato, et nullam rem esse, quae a Nobis proficisci in Te possit, qua gratissimum Nostrum animum non libentissime declaraturi simus. Demum in Pontificiae caritatis manifestius argumentum Apostolicam Benedictionem Fraternalitati Tuae peramanter impertimur. Datum Romae [105v] apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die VI Iulii MDCCLXXVI. Pontificatus Nostri Anno secundo.

## A. 10

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Alexandrum Sapiaha*

Romae, 6 VII 1776

*Commendat ordinem basilianorum, praecipue monasterium Bytinense.*

*Reg.:* AV, Ep. ad Princ. 176.f. 105v-106v.

*Ed.:* Documenta, p. 249-250.

---

<sup>1</sup> Cf. A. 8.

Dilecto Filio Nobili Viro Principi Alexander Sapieha  
 Supremo Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario  
 Pius Papa VI

Dilecte Fili Nobilis Vir salutem et Apostolicam Benedictionem. Congregationem istam Ruthenorum Ordinis S. Basili Magni singulari caritate ob illius praeclara de Ecclesia et Catholica Religione merita prosequimur. Cumque eandem Congregationem, ac praesertim insigne illius Bitinense Monasterium versari intelligamus in gravissimo iurium, ac rerum suarum discrimine ob controversias ac lites a non-unitorum potentia, ac plerisque aliis in Regio isto Magni Ducatus Lithuaniae Tribunali contra illam excitationes magnopere [106r] cupimus, ut eidem in sartis ac tectis rebus servandis opitulari ac praesto esse possimus. Nullam qua id praestemus paratiorem rationem habemus, quam si Nobilitatem Tuam ad has Nostrae in antiquissimum hunc Ordinem voluntatis ac patrocinii partes sustinendas advocemus, a Teque prout enixe facimus postulemus, ut loco Nostri eidem adsis, et illius iura aequitate Tua et auctoritate, qua polles, tueare. Quae Tua singularis est pietas, ac in eximio Tuo munere optime gerendo integritas, persuasissimum est Nobis Te, Dilecte Fili, Nobilis Vir, Tua sponte id ipsum esse facturum, neque commissurum, ut post tot damna, atque incommoda sacris rebus hactenus illata haec nova illa detrimenta accedant, quarum successu adversariorum conatus ad alios religiosos Ordines et Catholicorum templa adorienda alacriores fierent. Nihilominus speramus Nostra etiam causa Nostraque hac flagitatione non mediocriter excitatum<sup>a</sup> iri egregium Tuum erga Basilianos studium, et praesidio Tuo illorum incolunitate brevi Nos esse potissimum debituros. <sup>b</sup>Quam ob re<sup>b</sup> [106v] cum Basilianos, et istius Regni sacros Ordines, et bonos omnes demereberis, tum Sanctam hanc Sedem ac Nos mire devincies, Nobisque iucundissimas futuras profitebimur opportunitates omnes, quibus paternum Nostrum Tibi propterea gratum animum re ipsa declarare possimus. In cuius Nostrae eximiae erga Te voluntatis argumentum interea Nobilitati Tuae Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem. Sub Annulo Piscatoris, die VI Iulii MDCCLXXVI. Pontificatus Nostri Anno secundo.

<sup>a</sup> Ed.: hortatum      <sup>b-b</sup> Ed.: quamquam

## A. 11

*Pius VI Pontifex Maximus ad Stanislaum Augustum Poniatowski*

Romae, 13 VII 1776

*Docet multa esse, quae religioni catholicae in Polonia immineant. Exempli gratia legibus, quae in proximis comitiis latae sunt, factum est, ut dissidentes et*

*schismatici (orthodoxi) melius se habeant quam catholici ritus Latini et Graeci. Praeterea lex lata est de aetate idonea ad vota monasterialia profitenda. Quae lex nocet, quia necesse est, ut Polonia plurimos monachos habeat, qui iuvenes in scholis doceant et parochias curent. Papa sperat comitiis adventantibus regem sapientem et religiosum futurum esse atque adhortatur eum, ut iura Ecclesiae catholicae defendat.*

**Reg.:** AV, Ep. ad Princ. 176 f. 109v-113r.

**Cop.:** AV, Arch. Nunz. Varsavia 46 f. 111r-115v. Copia ascripta est dies 10 VII 1776.

**Cop.:** AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 288r-293r.

**Cop.:** AV, Segr. Stato, Polonia 337 f. 14r-16r. Copia ascripta est dies 10 VII 1776.

**Ed.:** Documenta, p. 250-252.

Carissimo in Christo Filio Nostro Stanislao Augusto Poloniae Regi Illustri

Pius Papa VI

Carissime in Christo Fili Noster salutem et Apostolicam Benedictionem. Incredibile est, Carissime in Christo Fili Noster, quantam, quamque in dies maiorem ex rerum Vrarum cogitatione animi aegritudinem capiamus. Assidue Nobis observatur ante oculos, quae istius Incliti Regni laus antea in tuenda ornandaque [110r] Catholica Religione fuerit, et quae nuper facta sit tristissima rerum omnium, ut publicarum, ita ad Ecclesiae rationes pertinentium inclinatio. Ex Vostri illis anni 1768 Comitii, ac ex alteris anni 1773 ea decreta manarunt, e quibus plurima Catholicae Ecclesiae rebusque sacris illata sunt detrimenta: inde data dissidentibus sui cultus libertas, abrogatae contra apostatas poenae, inde promiscua matrimonia, ad indigenarum ius, civiliaque Reipublicae munera dissidentes admissi ipsorumque et Catholicorum novum Tribunal erectum, erepta bona, spoliataeque a schismaticorum Graecorum Unitorum ecclesiae, mixtaque itidem quam dicunt Commissio pro examinandis horum in Ukraina Poloniae damnis instituta, inde alia etiam, quae magis deflenda universim sunt, quam sigillatim commemorando retracranda Ecclesiae vulnera. Sed nos ipsum hoc tempus harum rerum admonet, ac plurimum auget sollicitudinem Nostram, cum enim proxime habenda esse Vrae Reipublicae Comitii intelligamus, maiorem in modum excitamur, ut [110v] his ipsis quoad fieri potest remedia aliqua comparari afferique flagitemus. Qua Nos huc inducit qua maxime nitimur, Carissime in Christo Fili Noster, Regii animi religio, Tua Nos in Ecclesiam studia nunc erigunt, animumque Nostrum sustentant, ut post Deum Tua ope, opera praesidio auctoritate confidamus. Igitur damus has ad Te litteras eximiae Nostrae cum caritatis, tum fiduciae testes, quibus virtutem Tuam magis magisque inflammemus, ne modo commemorata detrimenta perennia esse sinas, ipsaque diuturnitate confir-

mari. Id a Te maiorem in modum petimus, Teque summa Pontifici Animi Nostri contentione rogamus, atque obsecramus, et ad haec consilia, atque opera pro Ecclesia suscipienda, et urgenda, quae religiosissimae Nationi utilissima, Tibique [112v] gloriosissima sint, Apostolica paternaque voce advocamus, atque hortamur. Sed cum in hoc sollicitudinum Nostrarum argumento versemur, praeterire etiam silentio non [111r] possumus illam superiorum comitiorum constitutionem qua sancitum est, ne iuvenes nisi post vigesimum quartum annum, virgines post decimum sextum ingredi religiosum ordinem, eiusque habitum induere possint. Scimus quidem nullam adhuc istic, quod ad executionem spectat, habitam eiusdem esse rationem, planeque percipi, quae inde si vim suam illa habeat, derivanda essent in universam Nationem incommoda. Tu ipse certe pro Tua sapientia optime vides, atque intelligis, quantum id adversaretur decretis Sacrosancti Tridentini Concilii, quod iam a primis temporibus apud istam religiosissimam Nationem in maxima semper veneratione fuit, quantum ab Ecclesiae disciplina dissentiret, quantum cuiusque naturali iuri, ac libertati officeret, ne ut in ceteris in maximo etiam aeternae salutis negotio mature sibi consulere possint. Quibus quidem rationibus apud Maiestatem Tuam nec validius nec efficacius esse quidquam potest. Sed aliae praeterea ad has accedunt propriae ac peculiare causae, quae a publica istius Regni utilitate [111v] praesertim repetuntur. Exiguus certe istic est universim pro Regni amplitudine regularium numerus, quibus maxime nunc pro educatione iuventutis indiget Polona Natio. Itaque dilata ad ingressum in Sacros Ordines et ad Professionem Religiosam aetate, necesse omnino erit, ut ad maiorem adhuc, ac ad immensam pene paucitatem, et regularium una, et educantium numerus cum summo Nationis detrimentum redigatur. Post abolitum Societatis Iesu Ordinem in ceteros isthic regulares recidit scholarum publicarum munus, quod iisdem commissum fuit Auctoritate Pontificia, vehementerque postulante istius Litterariae, quam vocant, Commissionis magistratus. Novo huic imposito oneri quo modo sufficere illi poterunt, nisi assidue, abundeque suppleantur? Huic autem tam necessario supplemento illa constitutio quantum difficultatis, ac impedimenti afferat, quis non videt? Quare fatendum omnino est pugnare illam cum publico [112r] ipsius Nationis bono, scholas ipsas quodammodo evertere, viam omnem ad educandam iuventutem obstruere. Viderunt id iampridem illi ipsi legislatores V.ri, ac ceteris consiliis suis praefereendam esse publicam educationem censentes, ab illa constitutionis lege exceptum esse iam tum Societatis Iesu, et Scholarum Piarum Institutum edixerunt. Cum nunc eadem ratio in regulares omnes extensa sit, quare non eadem etiam in eos omnes extendi debeat exceptio? Si hoc ad bonarum artium, ac disciplinarum retinendam instructionem valere adeo potest, quid de ipsa morum, Catholicaeque fidei instructione sentiendum? Optime Tibi [114v] qui in re praesenti

es, perspectum esse debet, quanta sit in Polonia parochiarum amplitudo ac vastitas. Universus qui isthic est cum secularis tum regularis clerus satis esse non potest, ut quibuscumque locis praesto sint, qui fideles de Christi Lege, divinoque cultu rite informare, eidemque sacramenta ministrare valeant. At multo adhuc pauciores ea vigente constitutione [112v] sacerdotes extituri essent, qui in posterum cum episcopis tum parochis in colenda Domini vinea subsidiariam operam praestent, unaque in spirituali populorum cura, ac aedificatione laborent. Haec nos omnia paterna plenaque caritatis cogitatione recensentes non possumus non vereri, ne qua nova vis ex proximorum Comitiorum decretis illi constitutioni accedat, unde et in Ecclesiae iura et in istius Nationis rationes plurimum detrimenti redundare possit, proindeque haec etiam Nostra ad Te accurate deferimus pro amantissima Natione studia Teque etsi Tua sponte, Tuaque virtute optime animo comparatum, tamen pro Nostra etiam parte ad illa aggredienda, et enixissime promovenda accendimus. Demum universa quae commemoravimus intima paterni animi sollicitudine complectentes, Maiestati Tuae commendamus, Carissime in Christo Fili Noster, in Te post Deum spes Nostras conicimus, Tua virtute religione sapientia nitimur, contra Catholicorum hostes, legumque ac libertatis Ecclesiae oppugna[113r]tores Te, fidemque Tuam implo-ramus. Nullum maius habere, atque illustrius argumentum potes, ad animi Tui fortitudinem exercendam, ad perennem Tuo Nomini comparandam gloriam, ad divinae benignitatis, in qua omnis est verae felicitatis sita ratio, fructus magis, magisque consequendos. Ac illius auspiciem Apostolicam Benedictionem in Nostrae etiam singularis benevolentiae pignus Regis Maiestati Tuae amantissime impertimur. Dat. Romae sub Annulo Piscatoris die XIII Iulii MDCCLXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

## A. 12

### *Pius VI Pontifex Maximus ad Andream Stanislaum Młodziejowski*

Romae, 13 VII 1776

*Papa dignitatem episcopalem magni cancellarii testans hortatur eum, ut in comitiis proximis iura Ecclesiae catholicae defendat. Imprimis opera est danda, ne feratur lex de aetate idonea ad vota monasterialia profitenda, qua fieri potest, ut numerus monachorum admodum minuatur, quae res Ecclesiae et civitati nocebit.*

*Reg.:* AV, Ep. ad Princ. 176 f. 113r-115v.

*Cop.:* AV, Segr. Stato, Polonia 242 f. 284r-287r.

Venerabili Fratri Andreae Stanislao Episcopo Posnaniensi  
 Supremo Regni Poloniae Cancellario  
 Pius Papa VI

Venerabilis Frater salutem et Apostolicam Benedictionem. Quae in postremis duobus V.rae Reipublicae Comitibus decreta, atque acta sunt quaeque inde consecuta luctuosa Ecclesiae rerum, ac ratio[113v]num inclinatio, maxime Pontificium animum Nostrum hoc tempore sollicitant, atque angunt, quo iam appropinquare nova istic Comitibus intelligimus. Accuratissimas idcirco damus litteras ad Carissimum in Christo Filium Nostrum Poloniae Regem Illustrem eumque ad hanc curam atque operam excitare, ac inflammare conamur, ut pro Sua religione, sapientia, atque auctoritate illatis medeatur, sanatisque tot vulneribus pristinum Catholicae isti Nationi, ac religiosissimo Regno splendorem restituat. Sed post hanc gravissimam ipsi propositam curam Nostram illum etiam cum ipso communicavimus metum, ne quid praeterea damni ex proxime habendis Comitibus in sacra iura inferatur. Ea enim Nobis precipue observatur ante oculos Superiorum Comitiorum Constitutio, qua sancitum est, ne iuvenes nisi post 24 annum, virgines post 16 ingredi religiosum aliquem ordinem, [114r] in eoque sacrum habitum induere possint. Scimus, quantae istic obstiterint publicae praesertim utilitatis rationes, ne illa hactenus ad executionem deducta sit. Praeter Tridentinae Synodi iam pridem in isto Regno solemniter receptam, ac diligentissime observatam legem, praeter Ecclesiae ipsius disciplinam, praeter inditum omnibus a natura ius, atque arbitrium, quo in maximo salutis aeternae negotio mature consulere cuique liceat, ipsa publicae educationis in isto Regno ratio visa est illi constitutioni vehementer adversari. Commissa iam apud Vos est iuventutis instructio regularibus, qui si ad multo pauciores, quam nunc est, numerum eius constitutionis vi redigantur, neque prout opus est, abunde suppleantur, necesse omnino erit, ut ipsa publica educatio languescat, impediatur, deficiat. Quod etsi grave tam amplae tamque illustri Nationi fuerit, illud tamen esse multo gravius existimandum est, defuturos nimirum, qui populos ad mores, ad honestatem, ad religionem informare valeant. Cum enim hactenus in ista Poloni Regni vastitate universi, qui in utroque clero sunt, satis ad eam [114v] rem non fuerint, imminutis regularibus, ad multo maiorem paucitatem recidant, necesse erit, planeque desint, qui Episcopis, ac Parochis pro tanta dioecesium, ac parochiarum amplitudine in sacro ministerio subsidia, ac in Domini colenda vinea operam praestent. Haec apud Maiestatem Suam maximum habitura pondus iudicamus, atque idcirco vehementer apud eam instamus, ut nedum illi constitutioni ullum accedere ex novorum Comitiorum decretis pondus sinat, sed etiam efficiat, ut obesse illa nunquam possit atque omnino abrogetur. Haec ad Te omnia perscribimus Venerabilis Frater, ut cum Nostri hisce, quae pro amatissima Natione suscipimus, Tua

studia, et apud ipsum Regem, et apud Comitia coniungamus. Ad Te praecipue spectare officia haec novimus cum ob Episcopalem Personam Tuam, tum ob amplissima, quae geris in Republica munera illa maximum Tibi imponit onus, ut Ecclesiam eiusque iura omnia tuearis, haec vero egregium ius auctoritatemque conferunt, ut in [115r] medium, quae publicae utilitati conducant, afferas, ac propugnes. In Te praeterea accedunt summum ingenium, acris in agendo industria, ac efficax ad permovendos animos facundia. His veluti armis Tu is efficere facile poteris, ut prout firmissimae sunt, ita sint etiam efficacissimae, quae ex rebus ipsis petuntur rationes ad persuadendum, nequid Ecclesiae, nequid Reipublicae detrimenti inferatur. Iam hinc vides, Venerabilis Frater, quanta Nostra sit de Tua virtute fiducia, quantumque in Te, Tuoque consilio, atque opera spei praesidiique ponamus. Quapropter Te quantum possumus in Domino hortamur ac precamur, ut quam maximam hoc tempore a Te religio, ac Respublica opem efflagitat, eandem utrique praestes, Teque una et egregium Ecclesiae Episcopum, et optimum Patriae Civem, Senatorem, Consilii Praesidem vigilando, persuadendo agendo, omnique ratione contendendo exhibeas. Eum in modum mirifice eximiaque Tua cum laude confirmabis expectationem de Te Nostram, singularemque, qua Te complectimur benevolentiam. Ac ut uberiores Tibi divinam gratiam ad praeclara quaeque efficienda comparemus, Apostolicam [115v] Benedictionem Tibi, Venerabilis Frater, in Nostrae etiam Pontificiae caritatis pignus peramanter impetrimur. Dat. sub Annulo Piscatoris die XIII Iulii MDCCLXXVI Pontificatis Nostri Anno Secundo.

## INDEX nominum, institutorum et locorum

Haec nomina omissa sunt: Ioannes Andreas Archetti, Lazzarus Opitius  
Pallavicini, Lithuania, Pius VI, Polonia, Roma, Stanislaus Augustus Poniatowski,  
Varsavia

- Accumoli, oppidum: XVIII  
Adam Georgius → Maximus  
Adige → Athesis  
Adriatico, mare: 150  
Albani Alexander, cardinalis, delegatus et protector Austriae apud Sedem Apostolicam: 44, 153  
Albani Carolus Franciscus, maiordomus Ferdinandi Habsburgi archiducis: 133, 134, 141  
Albani domus: 121  
Albani Ioannes Franciscus, cardinalis, protector Regni Poloniae, epus Ostiensis: IX, XXV, 7, 8, 88, 121, 276, 277, 285, 286, 316, 467-469, 555, 581, 589, 594, 602, 604  
Albanum (Albano) prope Romam, locus: 345  
Albertus Casimirus Saxonico-Tessinensis, filius Augusti III Poloniae regis et Mariae Iosephae: 159  
Alexander I, imperator Russiae: 420  
Alexander VII (Fabius Chigi), papa: 564, 565, 573  
Aliphan(a) dioecesis (Alife in Italia): 123  
– epus v. Sanseverino Franciscus Ferdinandus  
Allesberga vel Heilisberga → Lidzbark Warmiński  
Alpes, montes: 131-134, 136, 144, 145, 148, 149, 158, 160  
Altieri, domus: 121  
Altieri, principissa: 286  
Amstelodamum (Amsterdam), urbs: 10, 330, 514, 515  
Ancona, urbs: XVIII, 39, 61, 131  
Ancyran(a) (Ancyra) in Galatia Prima, dioecesis in partibus infidelium: 528  
– epus v. Durini Angelo Maria  
Andreas Apostolus: 24  
Andreovia (Jędrzejów), locus – abbatia OCist: 500  
Andrzejewski Basilius, decanus Bohuslaviensis: 325  
Andrzejewski Macarius, parochus Mikolajoviensis, commendarius Mikalicensis: 325  
Antici Thomas, legatus Romanus regis Poloniae, cardinalis annis 1789-1798: 3, 5, 7-9, 13, 15, 16, 18, 92, 140, 141, 169, 174, 176, 201, 321, 551, 584, 604  
Antiochia, urbs  
– patriarchatus: 543

- Antonelli Leonardus, cardinalis, praefectus Congregationis de Propaganda Fide annis 1780-1795: XI, XIX, XXII, XXIII, XXVII, 3, 22, 23, 110, 114, 118, 120-123, 127, 135, 140, 145, 158-160, 163, 169, 174-176, 207, 228, 249, 320, 344, 415, 444, 445, 507
- Aprutinae seu Theramensis (Teramo in Italia), dioecesis: 127  
– epus v. Pirelli Ludovicus Maria
- Aquaependen(tis) (Acquapendente), dioecesis in Italia media: 508  
– epus v. Bardini Clemens Maria OSB
- Archetti Carolus, Ioannis Andreae avus: VII
- Archetti Carolus, Ioannis Andreae frater: XXII, XXIII, XXVII, 3-6, 12, 13, 15, 16, 18, 19, 21, 24, 25, 26, 34, 36, 38-41, 43-45, 61, 78, 81, 82, 108, 109, 111, 116, 117, 120, 126, 130, 131, 143, 144, 149, 156-158, 162, 167, 168, 176, 192, 193, 207, 222, 223, 275, 371-373, 462, 463
- Archetti (deinde Vertova) Clara, soror Ioannis Andreae: XXIII, 143, 206
- Archetti Franciscus, presbyter, patruus Ioannis Andreae: VII, 4, 5, 25, 37
- Archetti Ioannes Antonius, marchio Formigariae, frater Ioannis Andreae: VII, 4, 12, 19, 26, 39, 43, 157, 162, 223
- Archetti Ioannes Baptista, frater Ioannis Andreae: 4, 13, 25, 26, 35-37, 40, 45, 61, 81, 82, 157, 222, 372,
- Archetti Petrus, pater Ioannis Andreae: VII
- Archettiorum familia: XIX, 3, 4, 5, 6, 12, 13, 18, 22, 32, 34, 43, 44, 45, 122, 125, 167, 275
- Archinto Albericus, nuntius in Polonia, cardinalis: 85, 170, 175, 176, 207, 546, 550, 557, 559, 570, 578, 579, 580, 581
- Archinto Ioannes, cardinalis: 124
- Arici: 111
- Armenii: 62, 65, 183, 264, 541, 542, 560, 573, 583, 584
- Artecki Silvester OSBM, provincialis provinciae Lithuaniae: 352, 432
- Asculum (Ascoli Piceno), urbs: XVIII, XXXVII  
– dioecesis Asculan(a) in Piceno (epus Ioannes Andreas Archetti): XVII, XVIII, XIX, XXIV
- Astracania (Astrachan), oppidum: 517
- Athanasius (Peterski) OFM Ref, diaconus: 208, 209
- Athesis (Adige), flumen: 145, 150
- Augustus II Robustus, rex Poloniae: 90, 561, 596-599
- Augustus III Saxonicus, rex Poloniae: 159, 560, 561, 597
- Augustynowicz Iacobus Stephanus, Armenius aepus Leopoltitanus: 583
- Aurelianum (Orléans), urbs: 321
- Austria (casa d'Austria, corte di Austria, imperial corte): X, XI, XV, XX, 19, 32, 34, 44, 62, 65, 83-85, 91, 93, 94, 105-108, 137, 145, 146, 176, 187, 190, 191, 200, 201-202, 204, 206, 208, 225, 243, 246, 270, 271, 330, 335, 343, 380, 420, 421, 461, 463, 485, 533, 542, 574, 583
- Auximan(a) (Auximum, Osimo) et Cingulan(a) Cinguli dioeceses in Italia media, insimul unitae: 207  
– epus v. Calcagnini Guido

- Avennio (Avinionum, Avignon), urbs: 49, 127, 128  
 Avinionum → Avennio  
 Axt, legatus regis Prussiae in Polonia: XI  
 Azymopolis (Przasnysz), oppidum: 525
- Baban** prope Umana (Humań), locus: 423  
**Bacovia** (Baków) in Moldavia, Baccovien(sis) dioecesis in partibus Moldaviae et Vallachiae: 183, 580  
 – epus v. Jezierski Stanislaus Rajmundus  
**Baday Franciscus**, officialis Minscensis ritus Rutheni: 299  
**Badeni Sebastianus**, iudex gubernii Cracoviensis: 190  
**Badeni Stanislaus**, tabellio Regni, camerarius: 190  
**Bahrynowski** (Blewenowski) **Basilius**, alumnus Pontificii Collegii Vilnensis: 285, 396, 429, 430, 518  
**Baier Andreas Ignatius**, epus Culmensis: 84, 99, 110, 242  
**Balta**, locus: 423  
**Bar**, oppidum: X  
 – confederatio: 484, 551  
**Barachty** (Baracti), locus: 560  
**Barasze**, locus: 325  
 – decanus v. Kondratowicz Andreas  
**Barberini Antonius**, cardinalis: 573  
**Bardini Clemens Maria** OSB, epus Aquaependentis: 507, 508  
**Barlamo** OSBM, administrator ordinis basilianorum: 563  
**Baronius Caesar**, cardinalis et historicus SRE: 544  
**Basiliani** → Ordo Sancti Basilii Magni  
**Baudict**, nobilis vir: 309  
**Bauzanum** (Bolzano), urbs: XXIX, 143, 144  
**Bazyliewicz Job**, epus orthodoxus: 304  
*Bednarski Stanisław: 251*  
**Bellisomi Carolus**, nuntius Coloniensis, cardinalis: 5, 31  
**Belostokium** (Białystok), oppidum: XI, XXXI, XXXII, 301  
**Bełz** (Belsensis), urbs  
 – palatinidus v. Potocki Nicolaus Basilius  
**Bełżyce** (Bełzyce), locus: 395  
**Benavides**, advocatus: 43, 315, 424  
**Benedictus XIII** (Petrus Franciscus Orsini), papa: 545, 570  
**Benedictus XIV** (Prosper Laurentius Lambertini), papa: VIII, 76, 84, 91, 250, 297, 545, 546, 550, 555, 556, 561, 568, 571, 572, 578, 592  
**Beneventanus Placidus**, prior generalis Congregationis Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae: 601  
**Benisławski Ioannes**, suffraganus Mohiloviensis: XV  
**Benoît** (Benoit, de Benoit) **Gedeon**, legatus regis Prussiae in Polonia: XI, 35, 192, 200, 201, 205, 206, 225, 241, 242, 275, 292, 342, 382, 459, 461, 489  
**Berdyczów**, locus: 325

- decanus v. Skulski Iosephus
- Berendt Dionysius OFM Ref, missionarius: 447
- Berezianka (Bereziantka), locus: 364, 366, 385, 504
  - parochus v. Krzyżanowski Michaël
- Bergomum (Bergamo), urbs: X, XX, XXII, XXIII, XXVIII, XXIX, XXXV, XXXVIII, 78, 130-132, 134, 135, 140
- Berito → Beryten(sis)
- Bernardini → Ordo Fratrum Minorum de Observantia
- Bernis Petrus Franciscus-Ioachimus de, cardinalis: 159, 321
- Berolinum (Berlino, Berlin), urbs: 85, 187, 205, 241, 335, 336, 420, 421, 527
- Berta, femina in causa matrimoniale commemorata: 283, 358
- Berthold (Bertkold) Joannes-Cantius OFM Ref, missionarius: 537
- Beryten(sis) seu Baruten(sis) (Berytus, Beirut, Berito) in Phoenicia Prima, dioecesis in partibus infidelium: 29, 64, 68, 76, 171, 180, 188, 191, 198-199, 201, 202, 213, 218, 224-227, 239, 241, 257, 261, 263, 265, 293, 332, 356-358, 371, 391-393, 411, 480, 485, 585, 589
  - epus v. Garampi Iosephus
- Bialoquerca (Białocerkiew, Bialocerkiew), locus: 386, 423
- Białystok → Belostokium
- Bianchi, maiordomus Iosephi Garampi Vindobonae: 147, 154
- Bielany (Bilani), locus prope Varsaviam: XXX
  - eremus ECMC: 405, 521
- Bielawski Ioannes, decanus Korsunensis: 325
- Bielawski Theodorus, decanus Pawołoczensis: 324
- Bieliński (Bilinski) Franciscus, capitaneus Garvolinensis, Osiecensis et Cerscensis, scriba magnus (laicus): 484
- Bieliński Petrus, vir nobilis Poloniae Maioris: 532
- Bietkowski, presbyter: 306
- Biliński (Bilynski) Hypatius, protoarchimandrita OSBM: 303, 572
- Blanchot Fridericus (Friedrich), legatus regis Prussiae in Polonia: XI
- Blank Petrus, mercator et nummularius Varsaviensis: 330, 331, 515
- Blażejowskyj Dmytro: 264*
- Bledzovia (Bledzew), locus
  - abbatia OCist: 478, 479
- Błoń, locus: 299
  - decanus v. Dylewski Thomas
- Bochotnica, locus v. Nałęczów
- Bogumilus → Deocharus
- Bohdanowicz Leo (Lew), alumnus Pontificii Collegii Vilnensi: 518
- Bohemia: 31, 41
- Bohusław, locus: 325
  - decanatus: 364, 366
    - – decanus v. Andrzejewski Basilius
- Bohusławski Alexius, parochus Worobiensis: 325
- Bolakowka, locus: 423

- Bolognetti (?) Iacobus: 119  
 Bolognetti, familia: 119, 121  
 Bonaccorsi, minister Curiae Romanae: 207  
 Boncompagni-Ludovisi Ignatius Caietanus, cardinalis, legatus Bononiensis: 119  
 Bonfabio (Bonfabi): 167, 222  
 Bonifacius VIII (Benedictus Gaetani), papa: 53  
 Bononia (Bologna), urbs: VIII, XVII, XXIV, XXIX, 39, 82, 109, 111, 112, 114, 116-119, 121, 124  
 – archidioecesis Bononien(sis): 119  
 – – aepus v. Gioannetti Andreas OSB, Malvezzi Bonfioli Vincentius  
 – legatus v. Boncompagni-Ludovisi Ignatius Caietanus  
 Borch Ioannes Andreas, subcancellarius, postea cancellarius magnus Regni Poloniae: 87, 161  
 Borghese V Marcantonius III (?) (1730-1800), princeps, filius Agnetis Colonnae: 123  
 Borghese, familia: 123  
 Borgia Stephanus, secretarius, deinde praefectus Congregationis de Propaganda Fide et cardinalis: 63-65, 66, 74-78, 172, 220, 318-320, 383, 389, 415, 443, 444, 468, 504  
*Borkowska-Bagieńska Ewa: XII*  
 Borowski, canonicus Varmiensis: 330, 331  
 Borromeo (Boromeo) Vitalianus, nuntius Vindobonae, cardinalis ab anno 1766: 12, 45  
 Bortymowski, praepositus Pokoviensis: 387  
 Borysthenes (Dniepr), flumen: 259, 554  
 Borzymowski Paulus: 330, 389  
 Boschi Ioannes Carolus, cardinalis, paenitentiarium maior: 409  
 Bosman Gerrit, praepositus ecclesiae missionis Rigae: 448  
 Bourgnogne, regio: 10  
*Boutigny Levayer de: 218, 313*  
 Bożogrobcy → Canonici Regulares Custodes Sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani  
 Bracciano (Castrum Brachiani), locus: 159  
 Brachianensis gens: 159, 175  
 Braclavia (Braclaw, Bracklaw, Breslaw), urbs: 325  
 – castellanus v. Grochowski  
 – decanus v. Rozworywicz Ioannes  
 – officialis v. Lubiński Ioannes  
 – palatinatus: 280, 386, 440, 449, 547, 548  
 Brahilovia (Brahilów, Brailów), locus: 325  
 – conventus OSSt: 261  
 – decanus v. Lewicki Rola Basilius  
 Brahin, locus: 324  
 – decanus v. Rubanowicz Michaël  
 Brandenburg (gens Brandenburgensis): 125, 205, 206, 420, 485

- Brandenburg-Schwedt Sophia Dorothea, cognata Friderici II, Prussiae regis, uxor  
Vitembergensis Friderici Eugenii: 420
- Branicki (Braniski) Franciscus Xaverius, hetmanus magnus Regni Poloniae: 19,  
101, 102, 218, 219, 265, 266, 403, 407, 421, 423, 524, 527, 533
- Branicki Ioannes Clemens, hetmanus magnus Regni Poloniae: 19
- Braniewo → Brausberga
- Brausberga (Brunsberga, Braniewo), urbs  
– Collegium Pontificium: XIV, 61, 63, 69, 72, 186, 220, 236, 237, 260, 329-  
331, 339, 340, 343, 388, 389, 444, 514-516, 542  
– – rector v. Laschi Petrus, Schorn Iosephus
- Brescia → Brixia
- Brestia (Brześć, Bresta) ad Bug flumen sita: 300, 301, 410, 411, 526, 544  
– capitulum Berestense: 565, 566, 570, 571  
– dioecesis v. Vladimiriensis et Brestensis rithus Rutheni  
– synodus Berestensis anni 1596: 544
- Breteuil Iacobus Laurus le Tonnelier de, legatus Melitensis Romae: 282, 291, 315,  
342, 413, 442, 503
- Brixia (Brescia), urbs: VII, X, XVI, XVII, XVIII, XIX, XXIII, XXIV, XXIX,  
XXXVIII, 22, 36, 39-41, 110, 111, 115, 118, 119, 121, 122, 126, 127, 131, 132-  
134, 136-143, 148, 153, 167, 372  
– dioecesis Brixien(sis): XVIII, XIX
- Brixino (Bressanone), locus: 143, 144
- Brogliano, urbs  
– OFM Ref “zoccolanti”: 328
- Bronikowski (Brunikoski) Adamus, nobilis polonus, calvinista: 272, 381, 531
- Browne (Braun) Georgius comes von, generalis-gubernator Livonicus: 447, 448,  
480
- Brunati Ioannes Franciscus: IX
- Brunopolis, Bruneck, Brunico (Bruneken), locus: XXIX, 144
- Brunsberga → Brausberga
- Bruxellae, urbs: VIII, 5, 25, 250
- Brzostowski Michël (1722-1784), thesaurarius supremus Magni Ducatus Lithu-  
aniae: 101
- Buchholtz Ludovicus (Ludwig), legatus regis Prussiae in Polonia: XI
- Buczacz, locus  
– monasterium OSBM: 568, 569
- Bulacchii: 10
- Bułhak Georgius, epus Pinscensis: 558
- Buonaccorsi Simon, cardinalis: 163, 164, 175
- Buonvisi Franciscus, nuntius in Polonia, cardinalis: 565
- Burboni (Gens Burbonia): 122, v. Ferdinandus IV Burbon, Ludovica Maria Ade-  
lais de Burbon, Maria Ludovica Burbon, Philippus V Burbon
- Busca Ignatius, nuntius Bruxellensis, ab anno 1789 cardinalis: 5
- Bussi de Pretis Ioannes Baptista, minister Curiae Romanae, cardinalis: 207, 229
- Butler Gotardus Guillelmus: 597

*Butterwick Richard: XII*

Buydecki Matheus, praepositus generalis Miechoviensis templariorum: 128-130, 172, 173, 231, 378, 439, 450, 497

Byteń, oppidum: 351, 352

– monasterium OSBM: 262, 352, 467, 468, 606-609

Cabrit, mercator Regiomontio Borussiae: 515

Caché Benedictus de, legatus Austriae Varsaviensis: XI

Caffarelli, minister Curiae Romanae: 207, 229

Caieta (Gaeta), oppidum: XVIII

Cajodunum (Kiejdany, Kieydanis), oppidum: 456

Calcagnini Guido, nuntius Neapolitanus, cardinalis: 3, 124, 170, 176, 207

Caleppi (Galeppi) Laurentius, auditor nuntii Iosephi Garampi: 7, 201, 266, 434, 588

Calissia (Kalisz), urbs

– palatinatus: XII, 271

– – palatitnus v. Sułkowski Augustus Casimirus

Caluga (Kaługa), locus: 191, 484

Camac(h)en(a) (Camachus) in Armenia Tertia, dioecesis in partibus infidelium: 584

– epus v. Tumanowicz Iacobus Valerianus

Camenechia Podoliensis (Camenechia Podoliae, Cameniec, Caminiech, Caminietz, Kamieniec Podolski), urbs: 83, 110, 229, 230, 234, 351, 539, 540

– conventus OP: 539, 540

– conventus OFM Conv: 233, 234

– decanatus v. Łabęcki

– dioecesis ritus Latini: 83, 99, 110, 183, 198, 229, 230, 351, 542, 547

– – coadiutor v. Dembowski Ioannes

– – epus v. Krasieński Adam

– dioecesis Camenecen(sis) ritus Rutheni (una cum sede Leopoli-Halicia): 183, 199, 263, 264

– – epus v. Szeptycki Ludovicus Leo

Camozzi-Vertova, familia: XXIII

Camozzi-Vertova Ioannes Baptista, filius principissae Camozzi-Vertova: XXIII

Camozzi-Vertova, principissa, filia Ioannis Baptistae Vertova: XXIII

Campione, locus: 223

*Cancellieri Francesco: 109*

Canonici Regulares Custodes Sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani (Bożogrob-cy, Templarii): XXIII, 172, 184, 230-232, 438, 439, 496, 497

– conventus v. Gnesna, Miechovia, Posnania, Stradomia

Canonici Regulares: 184

Cantium (Kęty), locus

– conventus OFM Ref: 208, 209, 221

Caprara Ioannes Baptista, nuntius Coloniensis et Helveticus, cardinalis: IX, 5, 18,

- Carafa (Caraffa) Franciscus, cardinalis, praefectus Congregationis Episcoporum et Regularium: 399, 437, 438
- Carafa Iosephus Maria, epus Miletensis (Mileto in Italia): 123
- Carnotes (Carnotum, Carnutum, Chartres), urbs: 321
- Carolus III, rex Hispaniae: 21
- Carpasen(sis) (Carpasia) in insula Cypro, dioecesis in partibus infidelium: 299  
– epus v. Towiański Felix
- Carpegna, familia: 121
- Carrara Franciscus, secretarius Congregationis Concilii, cardinalis: 228
- Casale Maius (Casalmaggiore), locus: 111
- Caserten(sis) archdioecesis: 123  
– aepus v. Filomarini Nicolaus OSB
- Casimiria prope Cracoviam (Kazimierz), locus: 129, 190
- Castelli Iosephus Maria, cardinalis, praefectus Congregationis de Propaganda Fide: XI, 65, 68, 77, 171, 172, 220, 270, 273, 274, 294, 317-320, 343, 344, 364, 366, 383, 414, 415, 425-427, 467, 468, 504, 535, 571
- Castiglione, locus: 116
- Catharina II (Sophia von Anhalt-Zerbst), imperatrix Russiae: XI, XIII, XV, XVI, 84, 85, 86, 195, 243, 244, 245, 246, 256, 280, 337, 423, 447, 489-491, 535
- Catoviccia (Katowice), urbs: XXVII
- Cauna, locus: 456
- Cavigna, locus: 372
- Celler Adalbertus OFM de Observantia, guardianus Vschoviensis: 308-310
- Cenci Hieronymus: 119
- Centumcelle (Civitavecchia), oppidum: XVIII
- Cerularius (Keroularios) Michaël I, patriarcha Consantinopolitanus: 542
- Ceyler → Celler Adalbertus
- Chalcedonen(sis) (Chalcedon) in Bithynia Tertia, dioecesis in partibus infidelium (aepus Ioannes Andreas Archetti): IX, X, XIII, XVI, XXIII, XXVI, 23, 36, 37, 40, 46, 55, 57, 59, 60, 62, 78, 97-108, 113, 115, 116, 128, 132, 133, 135, 137, 149, 155, 160, 166, 188, 192, 205, 212, 219, 226, 227, 239, 243, 252, 255, 266, 274, 292, 294, 295, 336, 348, 363, 364, 367, 398, 400, 404, 406, 422, 424, 425, 427, 460, 485, 489, 491, 500, 504, 527, 537, 585, 586, 587
- Champagne, regio: 10
- Chard Iosephus de, agens Ioannis Andreae Archetti Romae: 120, 132, 135, 157, 163, 164, 220, 343, 444
- Chartres → Carnotes
- Chelma (Chełm Lubelski), urbs: 83, 110  
– dioecesis (Helmensis) ritus Rutheni: XV, 64, 183, 198, 409, 410, 504, 545, 549, 550, 555, 559, 563, 564, 568  
– – epi v. Ryłło Maximilianus, Susza Iacobus, Terlecki (Terlezki) Methodius  
– dioecesis (Helmensis, Kelmenis) ritus Latini: 83, 99, 110, 183, 249, 542  
– – epi v. Garnysz Matthias, Okęcki Antonius Onuphrius  
– monasterium OSBM: 568

- Cheyldviensis (Kholodivka?), locus: 325  
 – parochus v. Sierocinski Cyrillus
- Chodorków, locus: 324  
 – conventus OFM Cap: 237, 238  
 – parochus v. Ilnicki Andreas
- Chomutyńce (Chomutynecensis), locus: 387
- Christ Bonaventura, praepositus Gnesnensis templariorum: 439, 450, 449, 450, 497
- Chwastów, locus: 324  
 – decanus v. Ilnicki Andreas
- Cichowski Ioannes Nepomucenus, canonicus Varmiensis: 516
- Ciechanów (Chiecanow), urbs: 524, 525  
 – conventus OESA: 525
- Ciofani Matheus, residens Prussiae Romanus: 242, 342, 382, 488, 516
- Cirillus → Zieliński Cirillus
- Claravallis prope Anconam, abbatia: 169
- Claravallis prope Mediolanum, abbatia OCist: 164, 175, 176
- Clemens VIII (Hippolytus Aldobrandini), papa: 95, 544, 548-550
- Clemens XI (Ioannes Franciscus Albani), papa: 85, 574, 575
- Clemens XII (Laurentius Corsini), papa: 90, 604
- Clemens XIII (Carolus Rezzonico), papa: 528, 551, 555
- Clemens XIV (Ioannes Vincentius Ganganelli), papa: VIII, IX, XIII, 14, 64, 67, 74-76, 89, 95, 124, 149, 176, 186, 214, 216, 217, 258, 259, 508, 553
- CM → Congregatio Missionis
- Coccei Carolus Fridericus Ernestus de, legatus polonicus: 8
- Collalto, gens: 150
- Colloredo, gens: 150
- Colloredo Rudolphus Iosephus, vicecancellarius Austriae: 34, 43, 44, 149-151
- Colonia Agrippina (Köln), oppidum: 5
- Colonna Agnes (1702-1780), uxor Camilli Borghese IV (1693-1763): 123
- Colonna Barberini Carolus, dux Praenestinus: 321
- Colonna di Stigliano Nicolaus, nuntius Hispaniensis, cardinalis: 128, 176, 207
- Colonna Marcantonius, vicarius generalis papae ad res Romanas curandas, cardinalis: 155, 156
- Colonna Pamphili Petrus, nuntius in Francogallia, cardinalis: 72
- Comitibus de → Conti
- Compostela, basilica Sancti Iacobi: 52
- Concilium Lateranense V: 58
- Congregatio Camaldulensis Ordinis Sancti Benedicti (ECMC) (in Polonia:  
 Congregatio Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae): 184, 390, 391-393, 404-406  
 – monasteria v. Bielany, Wigry
- Congregatio Clericorum Marianorum ab Immaculata Conceptione Beatissimae Virginis Mariae (MIC): 185
- Congregatio Missionis (CM): 185, 494, 495

- ecclesia et valetudinarium v. Varsavia
- Congregatio Oratorii Sancti Philippi Neri (Philippini, Filipini): 207, 208
  - ecclesia et domus v. Roma – ecclesia Sanctae Mariae in Valicella
- Consalvi Hercules, cardinalis, secretarius status papae Pii VII: XIX
- Constantia, urbs
  - Concilium Constantiense: 543
- Constantinopolis, urbs
  - patriarchatus orthodoxus: 542, 543, 544, 545, 574
    - – patriarchae v. Cerularius Michaël, Jeremias II Tranos, Xanthopoulos Izydor II
- Constantinovia Antiqua (Konstantynów Stary), locus: 283
  - conventus OFM Cap: 283, 463
  - conventus OP: 463
- Constantinus OFM Cap: 358-360, 411, 412
- Constantius, gubernator Regni Poloniae: 420
- Conti (de Comitibus) Innocentius, cardinalis, secretarius brevium: 54, 55, 56, 57, 59, 60, 61, 121, 130, 230, 231
- Corilla Olimpica* → *Morelli Fernandez Maria Magdalena*
- Cornaro Ioannes, gubernator Romae, cardinalis: 110, 121, 123, 508
- Cornetan(a) (Corneto) dioecesis → Montis Falisci (Montefiascone)
- Corsini Andreas, cardinalis: 112
- Corsini Laurentius, frater cardinalis Andreae Corsini: 112
- Corsini Maria Victoria, ducissa Brachianensis: 159
- Cosmas et Damianus, sancti martyres: 24
- Cracovia (Kraków), urbs: XXV, XXVI, XXVII, XXIX, XXXVIII, 39, 110, 154, 155, 158, 160-162, 165, 176, 177, 190, 191, 193, 208, 209, 252, 253-255, 327-329, 370, 402, 491, 513, 514
  - conventus Canonicorum Regularium Sancti Spiritus de Saxia: 437, 438
    - – canonici v. Lodzyński Stephanus, Mazurkiewicz Antonius
  - conventus OFM Cap: 288, 289, 368, 491, 492
    - – guardianus v. Prokop (Samuel Manugiewicz)
  - conventus OFM Ref: 297
    - – lector theologiae v. Nepomucenus
  - dioecesis: 83, 96, 110, 183, 198, 230, 231, 255, 276, 277, 542, 589, 590
    - – archidiaconus v. Olechowski Iosephus
    - – capitulum: 329
      - – – canonici v. Sołtyk Michaël, Wybranowski Nicolaus
      - – epus v. Sołtyk Caietanus
      - – suffraganus, officialis et vicarius v. Potkański Franciscus
  - palatinus v. Rzewuski Venceslaus Petrus
- Craimnitz, cives Bauzanus: 144
- Crazonowica (Krzyżanowice) in decanatu Kije
  - praepositura praemonstratensium: XIV, 482, 483, 485-487, 505-507
- Cremona, urbs: VII
- Crimaea, regio: 560

- Cristianopulo Ermanus Domenicus OP: 217, 313*  
 Crivelli Carolus, nuntius Florentinus, cardinalis: 5  
 CRT → Ordo Clericorum Regularium vulgo Theatinorum  
 Cudnów, locus: 325  
 – decanus v. Strutynski Artemius  
 Cuiavia, regio: 110  
 Cuiavien(sis) seu Vladislavien(sis) dioecesis: 84, 100, 110, 183, 210, 235, 333, 416, 516  
 – canonicus Vladislaviensis v. Niewieciński Antonius  
 – epus v. Ostrowski Antonius Casimirus  
 – suffraganus v. Górski Stanislaus  
 Culma (Kulm, Chełmno), urbs: 84, 110  
 – dioecesis: 84, 99, 110, 183, 242  
 – – epi v. Baier Andreas Ignatius, Ioannes Carolus Hohenzollern  
 Curlandia → Curonia  
 Curonia (Couronia, Curlandia), regio: 63, 187, 213, 223, 335, 420, 421, 475, 476, 499, 542, 554  
 Cymbiak (Camblak, Keminlaus) Gregorius, metropolita Kioviensis: 543, 544  
 Cyprus (Cipro): 10  
 Czarnawska, locus: XXXII  
 Czartoryscy (Czartoryscii, Czartoryski), familia: XII, 204, 533  
 Czartoryska Isabella, uxor Adami Casimiri Czartoryski: 477  
 Czartoryski (Czartoriski) Adam Casimirus, princeps, generalis Podoliensis: 403, 404, 477, 524, 526, 527  
 Czartoryski Augustus Alexander, palatinus Russiae: 526  
 Czartoryski Michaël Fridericus, cancellarius magnus Magni Ducatus Lithuaniae: 25, 27  
 Czechryń, locus: 324  
 – decanus v. Lubiński Basilius  
 Czekanów, locus: 398, 399,  
 Czerkasy (Czyrcassiensis), locus: 324  
 Czerniaków prope Varsaviam (Czernicow), locus: XXX, 336  
 Czerniewicz Stanislaus SI, praepositus Iesuitarum Russiae Albae: 195  
